<sup>15</sup> Those who are interested in the sizing of the initials in the *editio princeps* may of course consult the facsimiles of Schnyder (1991) and Jerouschek (1992).

\* (Indicated with lower-case-letter footnote markers)

content of the omitted passage and the "resume" note indicates that the text in the *Malleus* takes up the passage of Eymeric at the end of the omitted passage described in the "pause" note.

Sometimes, the final words of the original were omitted, and if such is the case, this is noted in the footnote marking the end of the adaptation. At other times, the whole passage was so extensively rewritten that I held it necessary to include the whole of the original. The widely varying extent to which the original sources were adapted (through rewording, reordering, abridgment and greater or lesser elaboration) made it impossible to adhere rigidly to any fixed principle. These notes should make the extent of the adaptation clear enough.

It should be noted that while the sections quoted from Nider's *Formicarius* and *Praeceptorium* and Eymeric's *Directorium Inquisitorum* are the immediate source, the passages from Aquinas and Antoninus of Florence in Part One may well derive from an unknown intermediate source (see section 5f.i of the General Introduction).

Editions used for the main primary sources:

Antoninus: *Summa theologica* (Graz: Akademische Druck- und Verlagsanstalt; reprint of the Verona edn. of 1740).

Aquinas: *S. Thomae Aquinatis Opera Omnia*, 7 vols. (Stuttgart-Bad Cannstatt: Frommann-Holzboog, 1980).

Eymeric: *Directorium Inquisitorum F. Nicolai Eymerici Ordinis Praedicatorum, cum comentariis Francisci Pegñae Sacrae Theologiae ac Iuris Vtriusque Doctoris* (Venice: Apud Marcum Antonium Zalterium, 1595).

Nider: Johannes Nyder, *Formicarius* (Graz: Akademische Druck- und Verlagsanstalt; reprint of Ulrich Zell's Cologne edn. of ca. 1473).<sup>16</sup>

Johannes Nider, *Praeceptorium legis sive expositio decalogi* (Paris: Udalricus Gering, 1482).

<sup>16</sup> Deviations between this edition and the text in the *Malleus* show that this was not the source used. An elaborate apparatus criticus is available for certain of the sections of Nider's Bk. 5 in Osterero *et al.* (1999), but since they do not supply the text for all the sections used in the *Malleus*, I thought it best to use a single version that provides all of Bk. 5. To make citation easier, I have added the letters A–D in the fashion used for the *Malleus* to describe the top and bottom halves of the two columns on each page.

## Bibliography

This bibliography is meant simply to provide full information on works cited in the introduction and the notes to the text. Elaborate bibliographies about witchcraft in general and the *Malleus* in particular can be found in Schnyder (1993) and Behringer *et al.* (2000).

- Ammann, Hartmann, "Der Innsbrucker Hexenprozess von 1485," *Zeitschrift des Ferdinandeums für Tirol und Voralberg* 34 (1890), 1–87.
- , "Eine Vorarbeit des Heinrich Institoris für den *Malleus Maleficarum*," *Mitteilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung*, Ergänzungsband 8 (1911), 461–504.
- Ankarloo and Clark: Bengt Ankarloo and Stuart Clark (eds.), *Witchcraft and Magic in Europe: The Period of the Witch Trials* (Philadelphia: University of Pennsylvania Press, 2002).
- Apps and Gow: Lara Apps and Andrew Gow, *Male Witches in Early Modern Europe* (Manchester and New York: Manchester University Press, 2003).
- Audisio, Gabriel, *The Waldensian Dissent: Persecution and Survival, c. 1170–c.1570*, trans. by C. Davison (Cambridge: Cambridge University Press, 1999).
- Baum, Wilhelm, *Sigmund der Münzreiche: Zur Geschichte Tirols und der habsburgischen Länder im Spätmittelalter* (Bozen: Verlagsanstalt Athesia, 1987).
- Behringer, Wolfgang, *Witchcraft Persecutions in Bavaria: Popular Magic, Religious Zealotry and Reason of State in Early Modern Europe*, trans. by J. C. Grayson and D. Lederer (Cambridge: Cambridge University Press, 1997).
- , *Shaman of Obersdorf: Chonrad Stoecklin and the Phantoms of the Night*, trans. by H. C. Erik Midelfort (Charlottesville: University Press of Virginia, 1998).
- Behringer *et al.*: Wolfgang Behringer, Günter Jerouschek and Werner Tschacher (eds. and trans.), *Der Hexenhammer: Malleus Maleficarum* (Munich: Deutscher Taschenbuch Verlag, 2000).
- Bonomo, Giuseppe, *Caccia alle streghe: La credenza nelle streghe dal sec. XIII al XIX con particolare riferimento all'Italia* (Palermo: Palumbo, 1959).
- Borst, Arno, "The Origins of the Witch-craze in the Alps," in his *Medieval Worlds: Barbarians, Heretics and Artists in the Middle Ages* (Chicago: University of Chicago Press, 1992), 101–122.

- Brewyn, William, *A Fifteenth Century Guide-book to the Principal Churches of Rome*, ed. C. Eveleigh Woodruff (London: The Marshall Press, 1933).
- Brundage, James A., *Medieval Canon Law* (London and New York: Longman, 1995).
- Cohn, Norman, *The Pursuit of the Millennium*, rev. ed. (Oxford: Oxford University Press, 1973).
- , *Europe's Inner Demons: The Demonization of Christians in Medieval Christendom*, rev. edn. (London: Pimlico, 1993).
- De Wulf, Maurice, *History of Medieval Philosophy*, trans. by E. Messenger (New York: Longman, Green and Co., 1926).
- Der Kelheimer Hexenhammer: Facsimile-Ausgabe der Original-Handschrift aus dem Kehlheimer Stadtarchiv* (Munich-Allach: Verlag Konrad Kölbl, n.d.).
- Dreher, Alfons, *Geschichte der Reichsstadt Ravensburg* (Weissenhorn: Anton H. Konrad Verlag, 1972).
- Du Cange, Charles du Fresne, sieur, *Glossarium mediae et infimae latinitatis*, new edn. by L. Favre (Niort: L. Favre, 1883-1887).
- Duffy, Eamon, *The Stripping of the Altars* (London and New Haven: Yale University Press, 1992).
- Enders, Rudolf, "Heinrich Institoris, sein Hexenhammer und der Nürnberger Rat," in Peter Segl (ed.), *Der Hexenhammer: Entstehung und Umfeld des Malleus maleficarum von 1487* (Cologne and Vienna: Böhlau Verlag, 1988), 195-216.
- Gaskell, Philip, *A New Introduction to Bibliography* (Oxford: Clarendon Press, 1974).
- Gracia, Jorge J. E., and Timothy B. Noone, *A Companion to Philosophy in the Middle Ages* (Oxford: Blackwell Publishing, 2003).
- Grant, Edward, *Plants, Stars, and Orbs: The Medieval Cosmos, 1200-1687* (Cambridge: Cambridge University Press, 1994).
- Guy, Bernard, *Manuel de l'inquisiteur*, ed. and trans. by G. Mollat (Paris: Société d'édition "Les Belles Lettres", 1964).
- Holborn, Hajo and Annemarie (eds.), *Desiderius Erasmus Roterodamus: Ausgewählte Werke* (Munich: Beck, 1933).
- Hansen, Joseph, *Zauberwahn, Inquisition und Hexenprozess im Mittelalter und die Entstehung der grossen Hexenverfolgung* (Munich and Leipzig: R. Oldenbourg, 1900).
- , *Quellen und Forschungen zur Geschichte des Hexenwahns und der Hexenverfolgungen im Mittelalter* (Bonn: Universitäts-Buchdruckeri, 1901).
- , "Heinrich Institoris, der Verfasser des Hexenhammers, und seine Tätigkeit an der Mosel im Jahre 1488," *Westdeutsche Zeitschrift für Geschichte und Kunst* 26 (1907a), 110-118.
- , "Der Hexenhammer, seine Bedeutung und die gefälschte Kölner Approbation vom Jahre 1487," *Westdeutsche Zeitschrift für Geschichte und Kunst* 26 (1907b), 372-404.

- , "Die Kontroverse über den Hexenhammer und seine Kölner Approbation vom Jahre 1487. Ein Schlusswort," *Westdeutsche Zeitschrift für Geschichte und Kunst* 27 (1908), 366–372.
- Hinnebusch, William A., *The History of the Dominican Order*, 2 vols. (New York: Alba House, 1966–1973).
- Hopkin, Charles Edward, *The Share of Thomas Aquinas in the Growth of the Witchcraft Delusion* (Philadelphia: doctoral thesis at the University of Pennsylvania, 1940).
- Hsia, R. Po-Chia, *The Myth of Ritual Murder: Jews and Magic in Reformation Germany* (New Haven: Yale University Press, 1988).
- , *Trent 1475: Stories of a Ritual Murder Trial* (Yale: Yale University Press, 1992).
- Hutton, Ronalds, *The Triumph of the Moon* (Oxford: Oxford University Press, 1999).
- Jerouschek, Günter, *Nürnberger Hexenhammer 1491 von Heinrich Kramer (Institoris): Faksimile der Handschrift von 1491 aus dem Staatsarchiv Nürnberg, Nr. D 251* (Hildesheim, Zürich and New York: Georg Olms Verlag, 1992a).
- , *Malleus Maleficarum 1487 von Heinrich Kramer (Institoris): Nachdruck des Erstdrucks von 1487 mit Bulle und Approbatio* (Hildesheim, Zürich and New York: Georg Olms Verlag, 1992b).
- Kieckhefer, Richard, *European Witch Trials: Their Foundations in Popular and Learned Culture, 1300–1500* (Berkeley and Los Angeles: University of California Press, 1976).
- , *Forbidden Rites: A Necromancer's Manual of the Fifteenth Century* (University Park: The Pennsylvania State Press, 1997).
- Lambert, Malcolm, *The Cathars* (Oxford: Blackwell Publishing, 1998).
- , *Medieval Heresy: Popular Movements from the Gregorian Reform to the Reformation*, third edn (Oxford: Blackwell Publishing, 2002).
- Langbein, John H., *Prosecuting Crime in the Renaissance: England, Germany, France* (Cambridge: Harvard University Press, 1974).
- , *Torture and the Law of Proof: Europe and England in the Ancient Régime* (Chicago and London: University of Chicago Press, 1977).
- Lawrence, Clifford H., *Medieval Monasticism: Forms of Religious Life in Western Europe in the Middle Ages* (London and New York: Longman, 1984).
- Lees-Milne, J., *St. Peter's* (Boston: Little, Brown and Company, 1968).
- MacCulloch, Diarmaid, *Thomas Cranmer: A Life* (New Haven: Yale University Press, 1996).
- Midelfort, H. C. Erik, "Were there Really Witches?" reprinted in Brian Levack (ed.), *Witch-Hunting in Early Modern Europe: General Studies*, vol. 3 (New York and London: Garland Publishing, 1992), 141–157.
- Mills, C. A., *Ye Solace of Pilgrimes: A Description of Rome, circa AD 1450 by John Capgrave, an Austin Friar of King's Lynn* (London and New York: H. Frowde, 1911).
- Müller, Karl Otto, "Heinrich Institoris, der Verfasser des *Haxenhammer* und seine Tätigkeit als Hexeninquisitor in Ravensburg im Herbst 1484,"

- Württembergische Vierteljahrsheft für Landesgeschichte*, n.s. 19 (1910), 397–417.
- Ostorero *et al.*: Martine Ostorero, Agostino Paravicini Bagliani, Kathrin Utz Tremp with Catherine Chène, *L'imaginaire du sabbat* (Lausanne: University of Lausanne, 1999).
- Overfield, James H., *Humanism and Scholasticism in Late Medieval Germany* (Princeton: Princeton University Press, 1984).
- Paulus, N. "Is die Kölner Approbation des Hexenhammers eine Fälschung?" *Historisches Jahrbuch* 28 (1907), 372–376.
- "Zur Kontroverse um den Hexenhammer," *Historisches Jahrbuch* 29 (1908), 559–574.
- Peters, Edward, *Torture* (Oxford: Basil Blackwell, 1985).
- , *Inquisition* (Berkeley and Los Angeles: University of California Press, 1988).
- , "The Medieval Church and State on Superstition, Magic and Witchcraft: From Augustine to the Sixteenth Century," in Bengt Ankarloo and Stuart Clark (eds.), *Witchcraft and Magic in Europe: The Middle Ages* (London: The Athlone Press, 2001), 173–245.
- Petersohn, Jürgen, "Konziliaristen und Hexen. Ein unbekannter Brief des Inquisitors Heinrich Institoris an Papst Sixtus IV. aus dem Jahr 1484," *Deutsches Archiv zur Erforschung des Mittelalters* 44 (1988), 120–160.
- Piltz, Anders, *The World of Medieval Learning*, trans. by D. Jones (Oxford: Basil Blackwell, 1981).
- Pitz, Ernst, "Diplomatische Studien zu den päpstlichen Erlassen über das Zauber- und Hexenwesen," in Peter Segl (ed.), *Der Hexenhammer: Entstehung und Umfeld des Malleus maleficarum von 1487* (Cologne and Vienna: Böhlau Verlag, 1988), 23–70.
- Polain, M.-Louis, *Catalogue des livres imprimés au XV<sup>e</sup> siècle des bibliothèques de Belgique*, vol. 4 (Brussels: pour la Société des bibliophiles & iconophiles de Belgique, 1932).
- Ranke, Kurt (ed.), *Enzyklopädie des Märchens* (Berlin and New York: G. de Gruyter, 1975–).
- Rashdall, Hastings, *The Universities of Europe in the Middle Ages*, new edn. by F. M. Powicke and A. B. Emden (Oxford: Oxford University Press, 1936).
- Ridder-Symoens, Hilda de (ed.), *A History of the University in Europe: Volume 1, Universities in the Middle Ages* (Cambridge: Cambridge University Press, 1992).
- Riezler, Signmund, *Geschichte der Hexenprozesse in Bayern* (Stuttgart: J. G. Cotta, 1896).
- Rocke, Michael, *Forbidden Friendships: Homosexuality and Male Culture in Renaissance Florence* (New York: Oxford University Press, 1996).
- Schnyder, André, *Malleus Maleficarum von Heinrich Institoris (alias Kramer) unter Mithilfe Jakob Sprengers aufgrund der dämonologischen Tradition zusammengestellt: Wiedergabe des Erstdrucks von 1487 (Hain 9238)* (Göppingen: Kümmerle Verlag, 1991).

- , *Malleus Maleficarum von Heinrich Institoris (alias Kramer) unter Mithilfe Jakob Sprengers aufgrund der dämonologischen Tradition zusammengestellt: Kommentar zur Wiedergabe des Erstdrucks von 1487* (Hain 9238) (Göppingen: Kümmerle Verlag, 1993).
- Segl, Peter, "Heinrich Institoris. Persönlichkeit und literarisches Werk," in Peter Segl (ed.), *Der Hexenhammer: Entstehung und Umfeld des Malleus Maleficarum von 1487* (Cologne and Vienna: Böhlau Verlag, 1988), 103–126.
- Senner, Walter, "How Henricus Institoris became Inquisitor for Germany: The Origin of *Summis desiderantis* [sic] *affectibus*" in *Praedicatores, Inquisitores I: The Dominicans and the Medieval Inquisition. Acts of the 1st International Seminar on the Dominicans and the Inquisition, 23–25 February, 2002* (Rome: Istituto Storico Domenicano, 2004), 396–406.
- Stephens, Walter, *Demon Lovers: Witchcraft, Sex and the Crisis of Belief* (Chicago: University of Chicago Press, 2002).
- Strauss, Gerald, *Nuremberg in the Sixteenth Century: City Politics and Life Between Middle Ages and Modern Times* (Bloomington: Indiana University Press, 1976).
- , *Law, Resistance, and the State: The Opposition to Roman Law in Reformation Germany* (Princeton: Princeton University Press, 1986).
- Streckenbach, Gerhard, "Paulus Nivis, *Latinum ydeoma pro novellis studentibus*: Ein Gesprächsbüchlein aus dem letzten Viertel des 15. Jahrhunderts II," *Mittellateinisches Jahrbuch* 7 (1972), 187–251.
- Tavuzzi, Michael, "Lorenzo Soleri da Sant'Agata OP (ob. ca. 1510): The 'Inquisitor Cumanus' of the *Malleus Maleficarum*. A Biographical Note" in *Praedicatores, Inquisitores I: The Dominicans and the Medieval Inquisition. Acts of the 1st International Seminar on the Dominicans and the Inquisition, 23–25 February, 2002* (Rome: Istituto Storico Domenicano, 2004), 407–419.
- Tester, S. Jim, *A History of Western Astrology* (Woodbridge and Wolfboro: The Boydell Press, 1987).
- Thomas, Keith, *Religion and the Decline of Magic* (London: Weidenfeld & Nicolson, 1971).
- Walther, Hans, *Proverbia sententiaeque latinitatis medii aevii* (reprint edn., Göttingen: Vanhoek & Ruprecht, 1963).
- Wander, Karl Friedrich Wilhelm, *Deutsches Sprichwörter-Lexikon* (reprint edn., Darmstadt: Wissenschaftliche Buchgesellschaft, 1964).
- Wilson, Eric, "Institoris at Innsbruck: Henrich Institoris, the *Summis desiderantes*, and the Brixen Witch-Trial of 1485," in R. W. Scribner and T. Johnson (eds.), *Popular Religion in Germany and Central Europe, 1400–1800* (New York: St. Martin's Press, 1996), 87–100.
- Winston-Allen, Anne, *Stories of the Rose: The Making of the Rosary in the Middle Ages* (University Park: The Pennsylvania State University Press, 1997).
- Zoepfl, Heinrich, *Die peinliche Gerichtsordnung Kaiser Karl's V* (Heidelberg: C. F. Winter, 1842).

## *Sigla*

- <> Text accidentally omitted  
[] Text accidentally included and to be ignored  
| Marks the start of the section of Schnyder's facsimile noted in the margin (a marginal number without this mark signifies that the section starts at the beginning of the line). (The Appendix follows the pagination of Senner [2004].)

### *Abbreviations used in the Notes*

- Ant.: Antoninus (of Florence)  
Aq.: (Thomas) Aquinas  
Eym.: Eymeric, *Directorium inquisitorum*  
Form.: *Formicarius*  
PL: *Patrologia Latina*  
Praec.: *Praeceptorium*

NB Unless further specified, *Summa* signifies *Summa theologica*



*Malleus Maleficarum*  
The Latin Text



## *Structure of the text*

Tenor bulle apostolice	<i>page</i> 199
Approbatio et subscriptio doctorum alme vniuersitatis Coloniensis	202
Tabula subsequentis operis seu tractatus	206
Apologia auctoris in Malleum Maleficarum	207

### PARS I

Questio 1 (vtrum asserere maleficos esse sit adeo catholicum, quod eius oppositum pertinaciter defendere omnino sit hereticum)	217
Questio 2 (an catholicum sit asserere quod ad effectum maleficalem semper habeat demon cum malefico concurrere vel quod vnus sine altero, vt demon sine malefico vel econuerso, talem effectum possit producere)	229
Questio 3 (quod sit catholicum asserere quod per incubos et succubos demones possint homines procreari)	243
Questio 4 (vtrum catholicis sit asserere quod actus incuborum et succuborum demonum conueniat omnibus spiritibus immundis indifferenter et equaliter)	255
Questio 5 (an possit quoque modo catholice censer quod origo et multiplicatio maleficorum operum processerit ex influentijs corporum celestium seu ex superabundanti malitia hominum et non ex spurcitijs incuborum et succuborum demonum)	261
Questio 6 (cur in sexu tam fragili mulierum maior multitudo maleficarum reperitur quam inter viros;	

cuiusmodi mulieres pre ceteris inueniuntur superstitiose et malificijs infecte)	281
Questio 7 (an malefice mentes hominum ad amorem vel odium valeant immutare)	294
Questio 8 (an generatiuam potentiam seu actum venereum malefice impedire possunt)	307
Questio 9 (an malefice prestigiosa illusionem operantur circa membra virilia quasi illa omnino sint a corporibus euulsa)	314
Questio 10 (an malefice operantur circa homines in bestiales formas prestigiosa arte illos transmutando)	321
Questio 11 (quod obstetrices malefice conceptus in vtero diuersis modis interimunt, aborsum procurant, et vbi hoc non faciunt, demonibus natos infantes offerunt)	330
Questio 12 (an diuinam permissionem in his operibus maleficorum commendare ita sit catholicum, quod eius oppositum, scilicet redarguere illam, omnino sit hereticum)	337
Questio 13 (super duas permissiones diuinas quas deus iuste permisit, videlicet diabolum actorem omnis mali peccare, simul et primos parentes cadere, ex quibus maleficorum opera iuste permittuntur)	340
Questio 14 (an maleficorum flagicia cuncta mala que deus feri sinit et vsque in presens a principio mundi fieri permisit tam in culpis quam in penis et damnis excedunt)	346
Questio 15 (quod propter peccata maleficarum innocij sepe maleficientur)	354
Questio 16 (declaratur in speciali veritas premissa comparando opera maleficarum ad alias superstitionis species)	358
Questio 17 (declaratiua quaterdecime grauitatem criminis ad peccata quecunque demonum comparando)	363
Questio 18 (modus predicandi contra quinque argumenta laycorum quibus probare videntur sparsim quod deus non permittat tantam potestatem diabolo et maleficis circa huiusmodi maleficia inferenda)	366

## PARS 2

Questio introductoria (vtrum quis possit per bonos angelos ita beneficiari quod a maleficis per quoscunque infra scriptos modos non valeat maleficiari)	377
Questio 1	
Capitulum 1 (de diuersis medijs quibus demones attrahunt et alliciunt innoxios per maleficas ad augmentum illius perfidie)	389
Capitulum 2 (de modo sacrilege professionis)	394
Capitulum 3 (de modo quo localiter transferuntur de loco ad locum)	403
Capitulum 4 (de modo quo se incubis demonibus subijciunt)	411
Capitulum 5 (de modo generali quo per sacramenta ecclesie sua maleficia malefice exercent, et de modo quo vim generatiuam impedire solent seu etiam alios defectus super quascunque creaturas demptis corporibus celestibus)	421
Capitulum 6 (de modo quo vim generatiuam impedire solent)	426
Capitulum 7 (de modo quo membra virilia auferre solent)	428
Capitulum 8 (de modo quo homines in bestiales formas transformant)	434
Capitulum 9 (qualiter demones intra corpora et capita existunt sine lesione quando prestigiosas operantur transmutationes)	438
Capitulum 10 (de modo quo demones per maleficarum operationes homines interdum substantialiter inhabitant)	446
Capitulum 11 (de modo quo omne genus infirmitatis inferre possunt, et hoc in generali de grauioribus)	455
Capitulum 12 (super modum quo alias consimiles infirmitates in speciali hominibus inferre solent)	461
Capitulum 13 (super modum quo obstetrices malefice maiora damna inferunt dum infantes aut interimunt aut demonibus execrando offerunt)	465
Capitulum 14 (super modum quo iumentis malefice varia nocumenta inferunt)	472

Capitulum 15 (super modum quo grandines et tempestates concitare ac etiam fulgura super homines et iumenta fulminare solent)	477
Capitula 16–18 (tres modos quo viri et non mulieres reperiuntur maleficijs infecti)	482
Questio 2	
Questio introductoria (licitum sit maleficia per alia maleficia vel per aliqua illicita tollere)	492
Capitulum 1 (remedium ecclesiasticum contra incubos et succubos demones)	504
Capitulum 2 (remedia pro illis qui circa vim generatiuam maleficiuntur)	510
Capitulum 3 (remedia contra maleficiatos super amorem vel odium inordinatum)	514
Capitulum 4 (remedia super eos quibus virilia membra prestigiosa arte auferuntur et vbi interdum in bestiales formas homines transmutantur)	519
Capitulum 5 (remedia contra obsessos ex maleficio)	521
Capitulum 6 (remedia per licitos exorcismos ecclesie contra quascunque infirmitates a maleficis illatas, et de modo exorcizandi maleficiatos)	529
Capitulum 7 (remedia contra grandines et super iumenta maleficiata)	546
Capitulum 8 (remedia quedam occulta contra quasdam occultas demonum infestationes)	553
PARS 3	
Questio introductoria (vtrum malefice et earum fautores, receptores et defensores ita subijciuntur iudicio ecclesiastico diocesanorum et ciuili quod ab earum inquisitione valeant heretice prauitatis inquisitores esse exonerati)	559
Questio 1 (super modum inchoandi processum)	578
Questio 2 (de numero testium)	584
Questio 3 (an possint compelli ad iurandum)	586
Questio 4 (de conditione testium)	586
Questio 5 (an inimici capitales ad testificandum admittuntur)	588

Questio 6 (qualiter processus est continuandus: qualiter testes sunt examinandi in presentia quattuor aliarum personarum et qualiter delata est interroganda dupliciter)	589
Questio 7 (varia dubia declarantur super premissa interrogatoria et responsiones negatiuas, an delata sit incarceranda, et quando pro manifeste deprehensa in heresi maleficarum sit habenda)	596
Questio 8 (an sit incarceranda et de modo capiendi)	598
Questio 9 (quid agendum post captionem et an deponentium nomina sint ei manifestanda)	600
Questio 10 (qualiter sunt defensiones concedende cum deputatione aduocati)	603
Questio 11 (quid faciet aduocatus cum sibi nomina testium non publicantur)	605
Questio 12 (magis declarans qualiter sit inimicicia capitalis inuestiganda)	608
Questio 14 (super ea que ante interrogatoria in loco carceris et torture proponenda habet iudex aduertere)	612
Questio 15 (super tormenta continuanda et de cautelis et signis quibus cognoscere potest iudex maleficam, et quomodo se ab earum maleficijs debet premunire, et quomodo sint abrاندende, et vbi sua habent maleficia abscondita cum declarationibus varijs ad obuianđum maleficio taciturnitatis)	615
Questio 16 (de tempore et de secundo modo interrogandi)	625
Questio 17 (super purgationem vulgarem et precipue super examen candentis ferri ad quod malefice appellant)	629
Questio 18 (de sententia diffinitiuā in se et qualiter est ferenda)	632
Questio 19 (quot modis capitur suspitio pro sententia ferenda)	634
Questio 20 (super primum modum sentiendi)	641
Questio 21 (super modum sentiendi delatam et tantummodo diffamatam)	643
Questio 22 (super modum sentiendi diffamatam et questionibus exponendam)	647
Questio 23 (super modum sentiendi delatam et suspectam leuiter)	650

Questio 24 (super modum sentiendi suspectam vehementer)	653
Questio 25 (super modum sentiendi delatam violenter suspectam)	657
Questio 26 (super modum sentiendi delatam suspectam et diffamatam)	664
Questio 27 (super modum sentiendi heresim confessam sed penitentem)	668
Questio 28 (super modum sentiendi heresim confessam sed relapsam, licet penitentem)	672
Questio 29 (super modum sentiendi heresim confessam sed impenitentem et non tamen relapsam)	678
Questio 30 (super heresim confessam et relapsam et impenitentem)	680
Questio 31 (super conuictum et deprehensum, omnia tamen negantem)	683
Questio 32 (super conuictum sed fugituum vel se contumaciter absentantem)	689
Questio 33 (super personam delatam ab alia malefica incinerata vel incineranda: qualiter sit sentienda)	696
Questio 34 (super modum sentiendi maleficam malefica tollentem; insuper etiam super maleficas obstetrices et maleficos sagittarios)	702
Questio 35 (super modos sentiendi maleficos quosunque friole aut etiam iuste appellantes)	708

TENOR BULLE APOSTOLICE ADUERSUS HERESIM  
MALEFICARUM CUM APPROBATIONE ET SUBSCRIPTIONE  
DOCTORUM ALME VNIUERSITATIS COLONIENSIS IN  
SEQUENTEM TRACTATUM INCIPIT FELICITER

1\*

JNNOCENTIUS episcopus, seruus seruorum dei, ad futuram rei memoriam. Summis desiderantes affectibus, prout pastoralis sollicitudinis cura requirit, vt fides catholica nostris potissime temporibus vbique augeatur et floreat, ac omnis heretica prauitas de finibus fidelium procul pellatur, ea libenter declaramus ac etiam de nouo concedimus per que huiusmodi pium<sup>a</sup> desiderium nostrum votiuum sortiatur effectum, cunctisque propterea per nostre operationis ministerium, quasi per prouidi operatoris<sup>b</sup> sarculum, erroribus extirpatis eiusdem fidei zelus et obseruantia in ipsorum corda fidelium fortius imprematur.

Sane nuper ad nostrum<sup>c</sup> non sine ingenti molestia peruenit auditum quod in nonnullis partibus Alamanie superioris necnon in Moguntinensi, Coloniensi, Treuerensi, Saltzburgensi et Bremensi prouincijs, ciuitatibus, terris, locis et dyocesisibus quamplures vtriusque sexus persone, proprie salutis immemores et a fide catholica deuiantes, cum demonibus incubis et succubis abuti ac suis incantationibus, carminibus et coniurationibus alijsque nephandis supersticijs et sortilegijs, excessibus, criminibus et delictis mulierum partus, animalium fetus, terre fruges, vinearum uuas et arborum fructus necnon homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes et alia diuersorum generum animalia, vineas quoque, pomeria, prata, pascua, blada, frumenta et alia terre legumina perire, suffocare et extinguere facere et procurare, ipsaque homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes et animalia diris tam intrinsicis quam extrinsicis doloribus et tormentis afficere et excruciare ac eosdem | 1B\* homines ne gignere et mulieres ne concipere, virosque ne vxoribus, et mulieres ne uiris actus coniugales reddere valeant impedire, fidem propterea ipsam quam in sacri susceptione baptismi susceperunt ore sacrilego abnegare, aliaque quamplurima nefanda excessus et crimina instigante humani generis inimico committere et perpetrare non verentur in animarum suarum periculum, diuine maiestatis offensam ac perniciosum exemplum et scandalum plurimorum; quodque licet dilecti filij Henricus<sup>d</sup> Institoris in predictis partibus Alamanie superioris in quibus

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: puim

<sup>b</sup> *Schnyder (1993) 45 n. 71: operationis (without reason)*

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -am

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: -i

etiam prouincie, ciuitates, terre, dyoceses et alia loca huiusmodi comprehensa fore censentur necnon Jacobus Sprenger per certas partes linee Rheni, ordinis fratrum predicatorum et theologie professores, heretice prauitatis inquisitores per litteras apostolicas deputati fuerint, prout adhuc existunt, tamen nonnulli clerici et layci illarum partium, querentes plura sapere quam oporteat,<sup>1</sup> pro eo quod in litteris deputationis huiusmodi prouincie, ciuitates, dyoceses, terre et alia loca predicta illarumque persone ac excessus huiusmodi nominatim et specificè expressa non fuerunt, illa sub eisdem partibus minime contineri et propterea prefatis inquisitoribus in prouincijs, ciuitatibus, dyocesibus, terris et locis predictis huiusmodi inquisitionis officium exequi non licere et ad personarum earundem super excessibus et criminibus antedictis punitionem, incarcerationem et correctionem admitti non debere pertinaciter asserere non erubescunt, propter quod in prouincijs, ciuitatibus, dyocesibus, terris et locis predictis excessus et crimina huiusmodi non sine animarum earundem euidenti iactura et eterne salutis dispendio remanent impunita: nos igitur impedimenta quelibet per que<sup>a</sup> ipsorum inquisitorum officij executio quomodolibet retardari posset de medio summouere et ne labes<sup>2A\*</sup> heretice prauitatis aliorumque excessuum | huiusmodi in perniciem aliorum innocentum sua venena diffundat, oportunis remedijs, prout nostro incumbit officio, prouidere volentes (fidei zelo ad hoc maxime nos impellente), ne propterea contingat prouincias, ciuitates, dyoceses, terras et loca predicta sub eisdem partibus Alamanie superioris debito inquisitionis officio carere, eisdem inquisitoribus in illis officium inquisitionis huiusmodi exequi licere et ad personarum earundem super excessibus et criminibus predictis correctionem, incarcerationem, et punitionem admitti debere, perinde in omnibus et per omnia ac si in litteris predictis prouincie, ciuitates, dyoceses, terre et loca ac persone et excessus huiusmodi nominatim et specificè expressa forent, auctoritate apostolica tenore presentium statuimus, proque potiori cautela litteras et deputationem predictas ad prouincias, ciuitates, dyoceses, terras, et loca necnon personas et crimina huiusmodi extendentes, prefatis inquisitoribus quod ipsi vel alter eorum accersito secundo dilecto filio Johanne Gremper clerico Constantiensis dyocesis magistro in artibus eorum moderno<sup>b</sup>, seu quouis alio notario publico per ipsos et quemlibet eorum pro tempore deputando in prouincijs, ciuitatibus, dyocesibus, terris et locis predictis

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: que per

<sup>b</sup> *First draft of the bull*: notario.

<sup>1</sup> *Rom. 12: 3*: Dico . . . omnibus qui sunt inter vos non plus sapere quam oportet sapere . . .

contra quascunque personas, cuiuscunque conditionis et preeminentie fuerint, huiusmodi inquisitionis officium exequi<sup>a</sup> ipsasque personas quas in premissis culpabiles reperierint, iuxta earum demerita corrigere, incarcerare, punire et mulctare, necnon in singulis prouinciarum huiusmodi parrochialibus ecclesijs verbum dei fideli populo, quotiens expedierit ac eis visum fuerit, proponere et predicare omniaque alia et singula in premissis et circa ea necessaria et oportuna facere et similiter exequi libere et licite valeant plenam ac liberam eadem auctoritate de nouo concedimus facultatem.

Et nichilominus<sup>b</sup> venerabili fratri nostro, episcopo Argentinensi per apostolica scripta mandamus quatenus ipse per se vel alium<sup>c</sup> seu alios premissa vbi, quando et quotiens expedire cognouerit, fueritque pro parte <sup>2B\*</sup> inquisitorum huiusmodi seu alterius eorum legitime requisitus, solemniter publicans non permittat eos per quoscunque super hoc contra predictarum et presentium literarum tenorem quauis auctoritate molestari seu alias quomodolibet impediri, molestatores, et impediens et contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, preeminentie, nobilitatis et excellentie aut conditionis fuerint et quocunque exemptionis priuilegio sint muniti, per excommunicacionis, suspensionis et interdicti ac alias etiam formidabiliores de quibus sibi videbitur sententias, censuras, et penas, omni appellacione postposita conpescendo et etiam legitimis super hijs per eum seruandis processibus, sententias ipsas, quotiens opus fuerit, aggrauare et reaggrauare auctoritate nostra procuret, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinacionibus apostolicis contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab apostolica sit sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre declaracionis, extensionis, concessionis et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: ex qui

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -mius

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: aluim

nouerit incursum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimoquadringsimooctagesimoquarto, nonis decembris, pontificatus nostri anno primo.

3A\* SEQUITUR IN SEQUEM TRACTATUM APPROBATIO ET  
SUBSCRIPCIO DOCTORUM ALME VNIUERSTITATIS  
COLONIENSIS IUXTA FORMAM PUBLICI INSTRUMENTI

JN nomine domini nostri Jhesu Christi. Amen. Nouerint vniuersi pens publicum instrumentum lecturi, visuri et audituri quod anno a natuitate eiusdem domini nostri mccccclxxxuij, indictione quinta, die vero sabbati decimanona mensis maij, hora quinta post meridiem vel quasi pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Jnnocentij diuina prouidentia pape octauj anno tercio in mei notarij publici et testium infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutus venerabilis et religiosus frater Henricus Institoris sacre theologie professor ordinis predicatorum heretic<sup>a</sup> prauitatis inquisitor a sancta sede apostolica vna cum venerabili et religioso fratre Jacobo Sprenger, etiam sacre theologie professore ac conuentus predicatorum Coloniensis priore, collega suo specialiter deputatus, pro se et dicto collega suo proposuit atque dixit quod modernus summus pontifex, scilicet dominus Jnnocentius papa prefatus, per vnam patentem bullam commisit ipsis inquisitoribus Henrico et Jacobo ordinis predicatorum et sacre theologie professoribus predictis facultatem inquirendi apostolica auctoritate super quascunque hereses, precipue autem super heresim maleficarum modernis temporibus videntem, et hoc per quinque ecclesias metropolitanas, videlicet Moguntinam, Coloniensem, Treuerensem, Saltzburgensem, et Bremensem, cum omni facultate contra tales procedendi vsque ad vltimum exterminium iuxta tenorem bulle apostolice quam suis habebat in manibus sanam, integram, illesam et non viciatam, sed omni prorsus suspicione carentem. Cuius quidem tenor bulle sic incipit: “Jnnocentius episcopus  
3B\* seruus seruorum dei ad futuram | rei memoriam. Summis desiderantes affectibus, prout pastoralis sollicitudinis cura requirit, vt fides catholica nostris potissime temporibus vbique augeatur et floreat” etc., finit autem sic: “Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimoquadringsimooctagesimoquarto nonis<sup>b</sup> decembris, pontificatus nostri anno primo.”

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -i

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: nos

Et quia nonnulli animarum rectores et verbi dei predicatoribus publice in eorum sermonibus ad populum asserere et affirmare non verebantur maleficas non esse aut quod nichil in nocendum creaturarum quacunque operatione efficere possent, ex quibus incautis sermonibus nonnunquam seculari brachio ad puniendum huiusmodi maleficas amputabatur facultas, et hoc in maximum augmentum maleficarum et confortacionem illius heresis, ideo prefati inquisitores totis eorum viribus cunctis periculis et insultibus obuiare volentes, tractatum quendam non tam studiose quam et laboriose collegerunt, in quo non tam<sup>a</sup> huiusmodi predicatorum ignorantiam pro catholice fidei conseruatione repellere nisi sunt quantum etiam in exterminium maleficarum <declarando><sup>b</sup> debitos modos sentiendi et easdem puniendi iuxta dicte bulle tenorem et sacrorum canonum instituta laborarunt. At quoniam consonum rationi est vt ea que pro communi vtilitate fiunt etiam communi approbacione doctorum roborentur, ideo ne prefati rectores discolori et predicatoribus sacrarum litterarum ignari estimarent predictum tractatum sic vt premititur collectum minus bene doctorum determinationibus et sententijs fulcitum, eundem ad vniuersitatem Coloniensem seu nonnullis ibidem sacre pagine professoribus ad discutiendum et collacionandum obtulerunt, vt si qua<sup>c</sup> reprehensibilia et a catholica veritate dissona reperirentur eorum iudicio<sup>d</sup> refutarentur, que<sup>e</sup> tamen consona catholice veritati, approbarentur, quod et subscriptis modis factum fuit.

JN PRIMIS EGREGIUS DOMINUS LAMBERTUS de Monte manu 4A\* sua propria se subscripsit, prout sequitur: Ego Lambertus de Monte, sacre theologie humilis professor, decanus pro tempore facultatis sacre pagine eiusdem studij Coloniensis, fateor hac manu propria istum tractatum tripertitum per me lustratum et diligenter collationatum quo ad eius partes duas primas nichil continere saltim meo humili iudicio quod sit contrarium aut sententijs non errantium philosophorum aut contra veritatem sancte catholice et apostolice fidei aut contra doctorum determinationes a sancta ecclesia approbatorum aut admissorum; tercia etiam pars vtique sustinenda et approbanda quo ad illorum hereticorum

<sup>a</sup> The following quantum suggests that this should be tantum, but such tidiness is probably not to be expected of this text.

<sup>b</sup> Hansen (1898) 141: significare vel sim. before laborarunt; but for the absolute use of in ... laborare, see 111B, 136D; for declarando, see 76C.

<sup>c</sup> Schnyder 55: que (the form here is probably influenced by the common usage of the indefinite pronoun directly after si)

<sup>d</sup> Ed. prin.: iudice sic; Schnyder 55: iudicio sic; Behringer et al.: indice sic. The sic is pointless and probably derives from a misreading of the end of iudicio.

<sup>e</sup> Ed. prin.: qd' (=quod)

punitiones de quibus tractat in quantum sacris canonibus non repugnat, iterum propter experimenta in hoc tractatu narrata quae utique propter famam tantorum virorum, precipuorum etiam inquisitorum, creduntur esse vera. Consulendum tamen videtur quod iste tractatus doctis et viris zelosis qui ex eo sana varia et matura consilia in exterminium maleficarum conferre possunt communicetur, simul et ecclesiarum rectoribus timoratis et conscientiosis dumtaxat, ad quorum doctrinam subditorum corda in odium tam pestifere heresis incitari poterunt, ad cautelam bonorum pariter et malorum inexcusabilitatem atque punicionem, ut sic misericordia in bonis et iusticia<sup>a</sup> in malis luce clarius pateat et in omnibus deus magnificetur ipso prestante, cui laus et gloria.

Deinde ad idem venerabilis magister JACOBUS de Stralen etiam propria manu sua se subscripsit in hunc modum: Ego Jacobus de Stralen, sacre theologie professor minimus, post visitacionem tractatus memorati sentio conformiter per omnia hijs que per venerabilem magistrum nostrum Lambertum de Monte, decanum sacre theologie, superius annotata sunt, quod attestor hac scriptura manus mee ad dei laudem.

Pariformiter eximius magister ANDREAS de Ochsenfurt etiam propria manu se subscripsit, ut infra: Conformiter michi, Andree de Ochsenfurt, sacre theologie professori nouissimo, videtur censendum de materia oblato tractatus, quantum prima facie apparuit, quod contestor manus mee scriptura ad finem in eodem expressum promouendum.

Consequenter autem egregius magister THOMAS de Scotia similiter se propria manu sua subscripsit, prout sequitur: Ego Thomas de Scotia, sacre theologie doctor, licet immeritus, conformiter sentio per omnia venerabilibus magistris nostris precedentibus in materia prefati tractatus per me examinati, quod attestor manu propria mea.

Subsequenter et secunda subscriptio contra prefatos predicatores incautos sic acta fuit. In primis positi fuerunt articuli prout sequitur: primo inquisitores heretice prauitatis deputatos auctoritate sedis apostolice iuxta formam canonum commendant magistri sacre theologie subscripti et hortantur quod dignentur prosequi cum zelo eorum officium; secundo quod maleficia posse fieri permissione diuina ex cooperatione dyaboli per maleficos aut maleficas non est contrarium fidei catholice, sed consonum dictis sacre scripture, ymo necessarium est iuxta sententias sanctorum doctorum illa quandoque posse fieri admittere; tercio predicare ergo maleficia non posse fieri erroneum est, quia sic predicantes impediunt quantum in eis est opus pium inquisitorum in preiudicium

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: ins-

salutis animarum; secreta tamen que quandoque ab inquisitoribus audiuntur non sunt omnibus reuelanda; vltimo exhortandi veniunt omnes principes et quicumque catholici vt assistere dignentur tam pijs votis inquisitorum pro defensione sancte catholice fidei.

Demum vero subscripti et suprascripti doctores predicte facultatis theologie manibus proprijs se subscripserunt, prout ego Arnoldus notarius infrascriptus ex relacione honesti Johannis Vorda de Mechlinia, alme vniuersitatis Coloniensis bedelli iurati, qui michi hoc retulit, audiui et vt ex manibus etiam supra et infrascriptis apparuit, vidi in hunc qui sequitur modum.

Ego LAMBERTUS de Monte, sacre theologie humilis professor, ita 5A\*  
sentio vt prescribitur, teste hac manu mea propria, pro tempore decanus.

Ego JACOBUS de Stralen, sacre theologie professor minimus, ita sentio vt supra scribitur, quod testificor manu mea propria.

Ego VDALRICUS Kridwiß de Eßlingen, sacre theologie professor nouissimus, vt prescriptum est, ita sciendum hac manus proprie scriptura censeo.

Et ego CONRADUS de Campis, sacre theologie professor humillimus, prout supra cum maioribus meis in idem concurro iudicium.

Ego CORNELIUS de Breda, minimus professor, ita sentio vt prescriptum est, quod testificor manu mea propria.

Ego THOMAS de Scotia, sacre theologie professor, licet immeritus, conformiter sentio venerabilibus professoribus prescriptis, teste manu mea propria.

Ego THEODERICUS de Bunwell, sacre theologie humilimus professor, ita sentio sicut perscriptum est per magistros meos prescriptos, quod testor manu mea propria.

In assercionem articulorum prescriptorum conformis iudicij sum cum venerandis magistris nostris preceptoribus meis, ego ANDREAS de Ochsenfurt, sacre theologie facultatis professor ac theologorum vniuersitatis Coloniensis collegij minimus.

Nouissime autem et finaliter iam dictus venerabilis et religiosus frater HENRICUS Institutoris inquisitor habuit et tenuit in suis manibus quandam aliam litteram pergameneam serenissimi regis romanorum sigillo suo rubeo rotundo in capsula cere glauca impressa impressula pergamini inferius impendenti sigillatam, sanam et integram, non viciatam, non cancellatam neque in aliqua sui parte suspectam, sed omni | prorsus 5B\*  
vicio et suspicione carentem, ita quod in faciliorem expeditionem huius negocij fidei idem serenissimus dominus romanorum rex prefatus ipsam eandem bullam apostolicam supra tactam tanquam christianissimus

princeps tueri et defendere voluit atque vult et ipsos inquisitores in suam omnimodam protectionem suscipit, mandans et precipiens omnibus et singulis romano imperio subditis vt in execucione talium negociorum fidei ipsis inquisitoribus omnem fauorem et assistentiam exhibeant ac alias faciant prout in eadem littera plenius continetur et habetur. Cuius quidem littere regalis principium et finis hic infra annotantur in hunc modum: "MAXIMILIANUS diuina fauente clementia romanorum rex, semper augustus, archidux Austrie, dux Burgundie, Lotharingie, Brabancie, Lymburgie, Lutzenburgie et Gelrie, comes Flandrie" etc., finis vero: "Datum in oppido nostro Bruxellensi nostro sub sigillo mensis nouembris die sexta anno domini millesimoquadringentesimo octuagesimosexto, regni nostri anno primo."

De et super quibus premissis omnibus et singulis iam dictus venerabilis et religiosus frater HENRICUS inquisitor pro se et collega suo antedicto ipsis a me notario publico supra et infra scripto fieri et confici vnum vel plura publicum seu publica instrumentum et instrumenta in meliori forma petijt. Acta sunt hec Colonie<sup>a</sup> in domo habitationis venerabilis magistri LAMBERTI de Monte predicti infra emunitatem<sup>b</sup> ecclesie sancti Andree Coloniensis sita, in camera negociorum et studij eiusdem magistri Lamberti inferius, sub anno domini, indictione, mense, die, horis et pontificatu quibus supra, presentibus ibidem predictis magistro Lamberto et Johanne bedello necnon honestis viris Nicolao Cuper de Venroide venerabilis curie<sup>c</sup> Coloniensis notario iurato et Cristiano Wintzensi de Euszkirchen<sup>c</sup> clerico Coloniensis dyocesis testibus ad premissa fide dignis rogatis et requisitis.

Et ego Arnoldus Kolich de Euszkirchen,<sup>d</sup> clericus Coloniensis iuratus, quia premissis omnibus et singulis dum sic vt premittitur fierent et agerentur vna cum prenomatis testibus presens fui, eaque sic fieri vidi et vt prefertur ex relatione bedelli audiui, idcirco presens publicum instrumentum manu mea propria scriptum et ingrossatum exinde confeci, subscripsi, publicauit, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signaui rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

SEQUITUR TABULA SUBSEQUENTIS OPERIS SEU TRACTATUS.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: Coloñ

<sup>b</sup> *Sc.*: immun-

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: en }z-

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: en }z-

CUM INTER RUENTIS SEculi calamitates, quas – proh dolor! – non tam legimus quam passim experimur, vetus oriens damno sue ruine irrefragabili dissolutus ecclesiam quam nouus oriens homo Christus Jesus aspersione sui sanguinis fecundauit, licet ab initio varijs heresum contagionibus inficere non cessat, illo tamen precipue in tempore his conatur quando mundi vespere ad occasum declinante et malicia hominum excrescente nouit in ira magna, vt Johannes in *Apocalypsi* testatur, se modicum tempus habere: quare et insolitam quandam hereticam prauitatem in agro dominico succrescere fecit, heresim, inquam, maleficarum, a principaliori in quo vigere noscitur sexu denotando. Que dum innumeris machinatur insultibus, hoc tamen in singulis quod cogitatu terribile, deo nimium abominabile et omnibus Christi fidelibus odibile cernitur, operibus expletur – ex pacto enim cum inferno et federe cum morte fetidissime seruituti pro earum prauis explendis spurcitijs se subiiciunt – praeterea, ea que in quotidianis erumnis hominibus, iumentis, et terre frugibus ab eis deo permittente et virtute demonum concurrente inferuntur.

Inter que mala nos inquisitores Jacobus Sprenger vna cum charissimo ab apostolica sede in exterminium tam pestifere heresis socio deputato, licet inter diuinorum eloquiorum professores sub predicatorum ordine militantium minimi, pio tamen ac lugubri affectu pensantes quid remedij quidue solaminis mortalibus ipsis pro salutari anthidoto foret administrandum, huic operi pre cunctis alijs remedijs pios submittere humeros dignum iudicauimus, confisi de melliflua largitate illius qui dat omnibus affluenter et qui calculo<sup>2</sup> sumpto de altari forcipe tangit et mundat labia imperfectorum<sup>3</sup> in finem opratum cuncta perducere.

Verum cum in operibus hominum nil fiat adeo vtile et licitum cui non possit aliqua pernicies irrogari,<sup>4</sup> ingeniola etiam nostra ad acumen non perueniunt veritatis nisi lima alterius prauitatis plurimum fuerint abrasa, ideo qui de nouitate operis nos redarguendos estimat, ad certamen illius confidenter accedimus. Sciat tamen hoc ipsum opus nouum esse simul et antiquum, breue pariter et prolixum: antiquum certe materia et auctoritate, nouum vero partium compilatione earumque

<sup>2</sup> *Start of adaptation of Isaiah 6:6–7:* Et volauit ad me vnus de seraphim, et in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari, et tetigit os meum et dixit: "ecce tetigit hoc labia tua et auferetur iniquitas tua et peccatum tuum mundabitur."

<sup>3</sup> *End*

<sup>4</sup> *Cf. Augustine, Ep. 47.5:* Quid enim est in usu hominum bonum aut licitum unde non possit pernicies irrogari?

aggregatione, breue propter plurimorum auctorum in breue<sup>a</sup> perstrictionem, longum nihilominus propter immensam materie multitudinem et maleficarum imperscrutabilem maliciam. Nec hoc dicimus ceterorum auctorum scriptis presumptuose derogando, nostrumque opus iactanter et inaniter extollendo, cum ex nostro ingenio pauca et quasi nulla sint addita, vnde non nostrum opus sed illorum potius censeatur quorum ex dictis fere sunt singula contexta.

Qua simul ex causa nec poemata condere nec sublimes theorias cepimus extendere, sed excerptorum more procedendo, ad honorem summe trinitatis et indiuidue vnitatis super tres partes principales (originem, progressum et finem), *Maleficarum Malleum* tractatum nuncupando aggredimur recollectionem operis socio, executionem vero his<sup>b</sup> quibus iudicium durissimum imminet,<sup>c</sup> eo quod in<sup>d</sup> vindictam malorum, laudem vero bonorum<sup>e</sup> constituti cernuntur a deo, cui omnis honor et gloria in secula seculorum. Amen.

- 3A SUPER BULLAM ERGO INNOCENTII octauī aduersus heresim maleficarum nouissime emanatam questiones quadraginta octo discutiende; tria principaliter habent declarare: primo originem, secundo progressum, tercio finale remedium, originem quo ad multiplicationem, progressum quo ad operum executionem, finale remedium quo ad illius heresis exterminium. Prima pars super tria que ad maleficalem effectum concurrunt, vt sunt demon, maleficus et diuina permissio, continet in numero questiones decem et octo, quarum quattuor super potentiam demonis, relique super eorum opera. Est autem prima et totius operis introductoria, an asserere maleficas esse ita censeatur catholicum quod eius oppositum pertinaciter defendere omnino sit hereticum; secunda an catholicum sit asserere quod ad effectum maleficalem semper habeat demon cum malefico concurrere vel quod alterum sine adminiculo
- 3B alterius talem effectum possit producere; tercia an catholicum sit asserere quod huiusmodi effectus per incubos et succubos demones sic procurantur, quod etiam veri homines in multiplicationem et originem maleficorum per tales demones procreantur; quarta quaestio an catholicum sit asserere quod actus incuborum et succuborum demonum tantummodo

<sup>a</sup> Ed. prin.: -em

<sup>b</sup> Hansen (1901) 405 n. a suggests that *committendo* or *the like* has dropped out after his (see also *General Intro.* 4c. i. α)

<sup>c</sup> Cf. *Wisdom 6:6*: ... iudicium durissimus in his qui presunt fict.

<sup>d</sup> Start 1 *Peter 2:14*

<sup>e</sup> End

infirmis spiritibus conueniat; quinta an quoque<sup>a</sup> modo possit catholice censi quod origo et multiplicatio maleficorum operum ex influentijs procedat corporum celestium absque adminiculo demonum, seu a substantijs separatis, vt sunt motores orbium celestium, seu etiam a malicia hominum concurrente ad voces et verba quacunque virtute stellarum; sexta quo ad maleficos cum demonibus concurrentes, cur mulieres amplius inueniuntur hac heresi infecte quam viri, cuiusmodi etiam mulieres prae ceteris sunt inuolute declaratur per quinque sequentes questiones; septima an malefice virtute demonum mentes hominum ad odium vel amorem inordinatum incitare valeant et de modo proponendi huiusmodi materiam in sermonibus ad populum; octaua an generatiuam potentiam seu actum venereum impedire et maleficari possunt cum quadam incidentalibus questione cur interdum actus ille impeditur respectu vnus et non respectu alterius persone; nona an prestigiosa illusionem membra virilia quasi sint a corporibus euulsa auferre solent cum certis alijs annexis difficultatibus; decima an homines in bestiales formas possint transmutare cum incidentalibus alia difficultate; vndecima de obstetricibus maleficis conceptus in vtero et extra diuersimode interimentes;<sup>b</sup> duodecima super permissionem diuinam que ad demonem et maleficam habet concurrere, an diuinam permissionem in his operibus maleficarum commendare ita sit catholicum quod eius oppositum, scilicet illam redarguere, omnino sit hereticum; tredecima etiam incidentalibus super duas diuinas permissiones, circa casum diaboli et primorum parentum, ex quibus cuncta maleficorum opera iuste permittuntur; quartadecima an premissis non obstantibus peccata maleficorum grauiora<sup>c</sup> sint peccatis malorum angelorum et priorum parentum, et est tota materia predicabilis, cum declaratione quod grauissimas mererentur penas etiam in presenti vltra omnes flagitiosos mundi; quintadecima an propter peccata maleficorum innoxij sepe maleficientur; sextadecima an heresis maleficarum omnes alias superstitionis species excedat; decimaseptima est declaratiua quartedecime, grauitatem criminis in maleficis ad peccata quecunque demonum comparando; decimoctaua contra quinque argumenta laicorum quod deus non permittat tantam potestatem diabolo et maleficis, et in hac materia coniungitur finis suo principio,<sup>d</sup> dum hec vltima questio annectitur prime.

<sup>a</sup> Sc. quoquam

<sup>b</sup> Sc. -ibus

<sup>c</sup> Ed. prin.: grauiaora

<sup>d</sup> Ed. prin.: plin-

SECUNDA PARS OPERIS CONTINET sedecim capitula sub duabus questionibus, quarum vna in principio et altera in fine ponitur, et prima super remedia preseruatiua, altera super remedia maleficia amouentia. Capitula autem intermedia modum procedendi maleficorum in maleficijs inferendis pertractant. Prima questio an quis possit per bonos angelos ita beneficiari | quod a maleficis et demonibus non possit maleficiari: 4A capitulum primum de diuersis medijs quibus demones ad augmentum illius perfidie alliciunt per maleficas innoxias<sup>a</sup> et honestas puellas; secundum capitulum de modo sacrilege professionis earum cum declaratione omagij prestandi dyabolo; tertium super modum quo de loco ad locum corporaliter transferuntur; quartum de modo quo se incubis demonibus subijciunt, in quo etiam tractatur qualiter ex his multiplicantur, et an semper cum decisione seminis incubus maleficam aggreditur, et an potius vno tempore quam altero et similiter de loco, et an visibiliter illas spurcitas agitant cum maiori vel minori venerea delectatione, et an incubi tantummodo mulieres ex earum spurcicijs procreatas aggrediuntur; quintum capitulum de modo generali quo per sacramenta ecclesie sua maleficia exercent et de sex modis quibus omnibus creaturis corporalibus demptis corporibus celestibus veras infirmitates, licet non | veras sanitates, virtute naturali inferre possunt; sextum de 4B modo quo vim generatiuam impedire solent; septimum de modo quo membra virilia auferre solent, quia ea que in prima parte tacta sunt super potentiam faciendi iam per modos operandi declarantur, vnde non est eadem vtrobique materia; octauum de modo quo homines in bestiales formas transmutant; nonum de modo quo demones intra corpora sine lesione existunt quando prestigiosas operantur transmutationes; decimum de modo quo demones substantialiter per maleficarum operationes homines inhabitant; vndecimum de modo quo omne genus infirmitatis inferre possunt: hoc tamen in generali tractatur, in speciali vero sequenti duodecimo capitulo quo grauiores infirmitates inferunt; tertiumdecimum super modum quo malefice obstetrices pre omnibus alijs maiora damna inferunt infantes aut interimendo aut demonibus offerendo; quartumdecimum super modum | quo iumentis varia nocumenta 4C inferunt; quintumdecimum super modum quo grandines et tempestates concitare ac fulgura fulminare solent; sedecimum super tres modos quo<sup>b</sup> viri reperiuntur maleficijs infecti et non mulieres, et primo de maleficijs sagittarijs, secundo de incantatoribus qui per carmina sacrilega arma

<sup>a</sup> *Ed. prin.* -os

<sup>b</sup> *Sc.* quibus

lesiuā contra quecunq̄ue nocumenta incantare sciunt, et hoc per verba, tertio qui per breuia scripta.

SED QUO AD REMEDIA maleficia amouentia, quod est secundum principale huius secunde partis, primo ponitur questio, vtrum sit licitum maleficia per alia maleficia aut per illicita tollere, et habet capitula nouem: primum super remedium ecclesiasticum contra incubos et succubos demones; secundum super remedia contra vim generatiuam maleficiatam; tertium super remedia contra maleficiatos super amorem vel odium inordinatum; quartum super remedia vbi prestigiosa arte membra virilia auferuntur, et vbi homines in bestiales formas transmutantur; quintum super remedia contra obsessos ex maleficio; sextum super remedia contra quascumque<sup>a</sup> infirmitates a maleficis illatas et hoc per licitos exorcismos; septimum super remedia contra grandines et fulmina ac etiam super iumenta maleficiata; octauum super remedia quedam occulta contra quasdam occultas demonum infestationes; nonum super remedia pro illis qui se demonibus intuitu alicuius comodi temporalis totaliter deuouissent. 4D

TERTIA PARS OPERIS SUPER remedia vltima non tam contra earum opera quam personas maleficarum super ipsorum<sup>b</sup> exterminium continet tres partes principales, scilicet modum inchoandi processum iudicij et modum continuandi et modum sentiendi, puniendi et plectendi [questiones], et prima pars continet questiones quinque, secunda duodecim, tertia viginti. Et prima et omnium sequentium questionum 5A  
introductionaria est: vtrum malefice et earum fautores, receptatores et defensores ita subiiciuntur tam ecclesiastico quam ciuili iudicio quod ab earum inquisitione valeant heretice prauitatis inquisitores esse exonerati, demum super modum inchoandi processum: prima questio, quis sit modus conpetens iudici ad inchoandum processum fidei contra maleficas; secunda questio de numero testium; tertia, quotiens possint examinari; quarta de conditione testium; quinta, an inimici capitales ad testificandum admittuntur; super secundam partem, qualiter processus talis est continuandus, est questio sexta, et primo qualiter testes sunt citandi et interrogandi, secundo, qualiter interrogatoria generalia pro primo actu maleficis proponuntur, tertio qualiter interrogatoria particularia; questione septima varia dubia super responsiones negatiuas maleficarum

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -cuuque

<sup>b</sup> *Sc.* -arum

- 5B declarantur, et quando potest incarcerari, quando etiam pro manifeste deprehensa in heresi maleficarum sit habenda, et est actus secundus; questione octava, quomodo sit capienda et incarceranda (erit actus tertius); nona questio: an deponentium nomina sint ei post captionem manifestanda (actus quartus); decima, qualiter defensiones sunt concedende cum deputatione aduocati (actus quintus); vndecima, quid faciet aduocatus cum sibi testium nomina non publicantur (actus sextus); duodecima magis declaratiua, quomodo sit capitalis inimicitia inter delatam et testes inuestiganda, et est actus septimus iudicis; tredecima, quid faciet iudex vbi delatus vult eum recusare (actus octauus); quartadecima de hijs que iudex habet aduertere ante locum carceris et torture, et quod non sit facilis ad exponendum maleficam tormentis propter maleficium taciturnitatis (actus nonus); quintadecima de modo sentiendi delatam ad questiones, et qualiter prima die sit questionanda; sedecima, quomodo questiones sunt continuande, et de signis ex quibus malefica cognoscitur, et quomodo sunt abradende, et de varijs cautelis super maleficium taciturnitatis, et est actus vndecimus iudicis; decimaseptima de tempore et de secundo modo interrogandi et de cautelis extremis a iudice obseruandis.

SUPER MODOS VERO SENTENTIANDI viginti: in numero est prima questio, an super examen et iudicium candentis ferri, vbi ad illud appellant, possint sententiarum; secunda de his que generaliter iudex debet obseruare tam circa sententias interlocutorias quam diffinitiuas; tertia, quot modis iudex potest delatum habere suspectum, et super quibus suspicionibus potest ferre sententiam; quarta, quomodo sit sententia ferenda super personam delatam sed immunem totaliter; quinta, qualiter sit ferenda super delatam et diffamatam generaliter; sexta, qualiter super delatam diffamatam questionibus tamen et tormentis exponendam aliquid; septima, qualiter super suspectam de illa heresi leuiter; octava, qualiter super suspectam vehementer; nona, qualiter super suspectam violenter; decima, qualiter est ferenda super diffamatam et suspectam insimul et communiter; vndecima, qualiter super confessam illam heresim sed non relapsam et penitentem; duodecima, qualiter super confessam heresim et penitentem sed relapsam probabiliter; tredecima, qualiter super confessam et impenitentem sed non relapsam realiter; quartadecima, qualiter super confessam heresim et impenitentem atque relapsam certitudinaliter; quintadecima, qualiter super non confessam sed conuictam de heresi legitimis testibus et alias iudicialiter; sedecima, qualiter super conuictam sed fugitiuam vel se absentantem contumaciter;

decimaseptima, qualiter super delatam ab alia malefica incinerata sed non confessam; decimaoctava, qualiter super delatam non maleficia inferentem sed tollentem; decimanona, qualiter super sagittarios maleficos, armorum incantatores, et quoscunque nigromanticos; vicesima, super obstetrices maleficas omnes alias in malefijis excedentes; concludendo de remedio appellationis, vbi delata quecunque ad illud confugeret, quid iudici ecclesiastico seu ciuili sit faciendum.



P A R S I



VTRUM ASSERERE MALEFICOS ESSE sit adeo<sup>3</sup> catholicum quod 7A  
 eius oppositum pertinaciter defendere omnino sit hereticum, et arguitur  
 quod non sit catholicum quicquam de his asserere: (xxvi q. v. “Episcopi”)  
 “Qui credit posse fieri aliquam creaturam aut in melius deteriusue trans-  
 mutari aut in aliam speciem vel similitudinem transformari quam ab ipso  
 omnium creatore pagano et infideli deterior.” Talia autem cum referun-  
 tur fieri a maleficis, ideo talia asserere non est catholicum sed hereticum.

Preterea, nullus<sup>1</sup> effectus maleficialis est in mundo. Probat, quia, si  
 esset, operatione demonum fieret, sed asserere quod demones possint  
 corporales transmutationes aut impedire aut efficere non videtur  
 catholicum, quia sic perimere possent totum mundum.<sup>2</sup>

Preterea,<sup>3</sup> omnis alteratio corporalis, puta circa infirmitates aut sani-  
 tates procurandas, reducitur in motum localem. Patet ex vij *Phisicorum*  
 (“quorum | primus est motus celi”). Sed demones motum celi variare 7B  
 non possunt (Dionisius in *Epistola ad Policarpum*) quia hoc solius dei  
 est. Ergo videtur quod nullam transmutationem adminus veram<sup>4</sup> in  
 corporibus<sup>5</sup> causare<sup>6</sup> possunt<sup>7</sup> et quod necesse sit huiusmodi transmu-  
 tationes in aliquam causam occultam reducere.

Preterea,<sup>8</sup> sicut opus dei est fortius quam opus diaboli, ita et eius  
 factura, sed maleficium si esset in mundo, esset vtique opus diaboli contra  
 facturam dei: ergo sicut illicitum est asserere facturam supersticiosam  
 diaboli excedere opus dei, ita illicitum est credere vt creature et opera  
 dei in hominibus et iumentis valeant vitiari ex operibus diaboli.<sup>9</sup>

Preterea,<sup>10</sup> id quod subiacet virtuti corporali non habet virtutem  
 imprimendi in corpora, sed demones subduntur virtutibus stellarum,

<sup>3</sup> *Ed. prin.*: a deo

<sup>1</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 4.34.3.1.Agr*: Huiusmodi enim maleficia fiunt operatione demonum, sed demones non habent potestatem . . . quia sic totum mundum peruerterent . . . ; *and Co.*: . . . quidam dixerunt quod maleficium nihil erat in mundo nisi in estimatione hominum

<sup>2</sup> *End*

<sup>3</sup> *Start of Aq., Sent. 2.7.3.1.Ag3*

<sup>4</sup> adminus veram: *not in Aq.*

<sup>5</sup> *Aq. adds inferioribus*

<sup>6</sup> *Aq.*: facere

<sup>7</sup> *End (Aq. adds: de forma in formam)*

<sup>8</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 4.34.1.3.Ag2*: Preterea, opus dei fortius est quam opus diaboli. Sed maleficium est opus dei. Ergo non potest impedire matrimonium, quod est opus dei.

<sup>9</sup> *End*

<sup>10</sup> *Start of Aq., Sent. 2.7.3.1.Ag4*

quod patet ex eo quod certi incantatores<sup>11</sup> constellationes determinatas ad inuocandum demones obseruant: ergo non habent virtutem imprimendi aliquid in corpora,<sup>12</sup> et sic multo minus malefice.

7C Jtem, demones<sup>13</sup> non operantur nisi per artem,<sup>14</sup> sed ars non potest dare veram<sup>15</sup> formam, vnde in capitulo *De Mineris*<sup>16</sup> dicitur: "Sciant auctores alchimie species transmutari non posse": ergo et demones per artem operantes veras qualitates sanitatis aut infirmitatis inducere non possunt,<sup>17</sup> sed si vere sunt, habent aliquam aliam causam occultam absque opere demonum et maleficorum.

Sed contra in *Decretis* xxxiiij q. i ("Si per sortiarias atque maleficas artes non nunquam occulto iusto dei iudicio permittente et diabolo preparante" etc.) loquitur de impedimento maleficali quo ad actus coniugales, tria concurrere, scilicet maleficam, diabolum et dei permissionem.

Preterea,<sup>18</sup> fortius agere potest in id quod est minus forte, sed virtus demonis est fortior virtute corporali<sup>19</sup> (*Job* xl: "Non est potestas super terram que ei valeat comparari qui creatus est vt neminem timeret").

Responsio. Hic impugnandi sunt tres errores hereticales, quibus reprobatis veritas patebit. Nam quidam iuxta doctrinam sancti Thome in 7D *Quarto*, (di. xxxiiij), [vbi tractat de impedimento maleficali, conati sunt asserere maleficium<sup>20</sup> nihil esse in mundo nisi in opinione hominum qui naturales effectus quorum cause sunt occulte maleficijs imputabant;<sup>21</sup> alij qui maleficos concedunt sed ad maleficiales effectus illos tantummodo imaginarie et fantasticè concurrere asserunt; tertij qui effectus maleficiales omnino dicunt esse fantasticos et imaginarios, licet demon cum malefica realiter concurrat. Horum errores sic declarantur et reprobantur.

Nam primi omnino de heresi notantur per doctores in *Quarto*, prefata distinctione, precipue per sanctum Thomam in iij articulo et in corpore

<sup>11</sup> quod patet . . . incantatores: vnde etiam malefici in *Aq.*

<sup>12</sup> *End*

<sup>13</sup> *Start of Aq.*, Sent. 4.7.3.1. *Ag*

<sup>14</sup> *Aq.*: modum artis

<sup>15</sup> *Aq.*: substantialem

<sup>16</sup> *Aq.*: numeris

<sup>17</sup> *End*

<sup>18</sup> *Start of Aq.*, Sent. 2.7.3.1. *SC2*

<sup>19</sup> *End*

<sup>20</sup> *Start of Aq.*, Sent. 4.34.1.3. *Ag2*

<sup>21</sup> *End*

questionis dicens<sup>a</sup> illam opinionem esse omnino contra<sup>22</sup> auctoritates sanctorum et procedere ex radice infidelitatis, quia ubi auctoritas scripture sacre dicit quod demones habent potestatem supra corporalia et supra imaginationem hominum quando a deo permittuntur, vt ex multis scripture sacre passibus notatur, ideo illi qui dicunt maleficium nihil esse in mundo nisi in estimatione hominum etiam non | credunt esse demones nisi in estimatione vulgi tantum, vt terrores quos homo sibi-ipsi facit ex sua estimatione imputet demoni, et quod etiam ex imaginatione vehementi alique figure apparent in sensu tales quales homo cogitat, et quod<sup>b</sup> tunc creduntur demones videri,<sup>23</sup> dicamus vel etiam malefici. Et quoniam hec<sup>24</sup> vera fides repudiat, per quam angelos de celo cecidisse et demones esse credimus,<sup>25</sup> ideo et fatemur ipsos ex<sup>26</sup> subtilitate sue nature multa posse que nos non possumus, et illi qui eos ad talia facienda inducunt malefici vocantur.<sup>27</sup> Hec ibi. Quia vero infidelitas in baptizato heresis nominatur, ideo tales de heresi reprehenduntur. 8A

Alij duo errores demones et eorum naturalem potentiam non negantes sed inter se quo ad effectum maleficalem et ipsam maleficam dissidentes, in quantum vnus concedit maleficam realiter cooperari ad effectum, non tamen verum sed fantasticum, alter vero per contrarium effectum realem in leso concedens sed maleficam fantasticè putat cooperari: 8B  
fundamentum erroris ex duobus passibus canonis qui habentur xxvi q. v “Episcopi” sumpserunt, ubi primo reprehenduntur mulieres que credunt se cum Diana vel Herodiade<sup>c</sup> nocturnis horis equitare (inspicitur ibi canon), et quia sepe fantasticè et imaginarie talia solummodo fiunt, ideo et illi errantes de omnibus alijs effectibus ita fieri iudicant; secundo, quia ibi continetur quod qui credit vel asserit posse fieri aliquam creaturam aut in melius deteriusue immutari aut transformari in aliam speciem vel similitudinem quam a deo omnium creatore, infidelis est et pagano deterior, vnde propter hoc quod ibi dicitur, deteriusue immutari, dicunt illum effectum non esse realem in maleficiato sed tantummodo fantasticum.

<sup>a</sup> Sc. -entem

<sup>b</sup> Ed. prin.: quod et [quod not in Aq.]

<sup>c</sup> Ed. prin.: -diana (cf. 11A, 60C, 101A)

<sup>22</sup> Start of Aq., Sent. 4.34.1.3. Co.

<sup>23</sup> Pause

<sup>24</sup> Resume (sed omitted at start)

<sup>25</sup> Pause

<sup>26</sup> Resume (ex omitted at start)

<sup>27</sup> End

Sed quod hi errores heresim sapiant et contra sanum intellectum canonis militant, ostenditur primo tam per legem diuinam quam etiam ecclesiasticam et ciuilem, et hoc in generali, demum in speciali verba canonis  
8C exprimendo, licet etiam in sequenti questione clarius hoc deducetur.

Nam lex diuina in plerisque locis precipit maleficas non solum esse vitandas sed etiam occidendas. Cuiusmodi penas non imponeret si non veraciter et ad reales effectus et lesiones cum demonibus concurrerent. Mors<sup>28</sup> enim corporalis non infligitur sine corporali et graui peccato,<sup>29</sup> licet aliud de morte anime, que ex fantastica illusione seu etiam tentatione oriri potest. Hec est sententia sancti Thome in *Secundo*, distinctione vij in questione, an vti auxilio demonum sit malum. Nam *Deuteronomi* xvij precipitur omnes maleficos et incantatores interfici.<sup>30</sup> *Leuitici*<sup>31</sup> etiam xix dicitur: "Anima que declinauerit ad magos et ad ariolos et fornicata fuerit in<sup>32</sup> eis, ponam faciem meam contra eam et interficiam eam de medio populi mei," et iterum xx: "Vir vel mulier in quibus phitonicus vel diuinus<sup>33</sup> spiritus fuerit moriatur:<sup>34</sup> lapidibus obruentur eos." Et dicuntur phitones in quibus demon operatur miros effectus.

Preterea, hec sunt quod propter hoc pactum Ochozias infirmus mortuus fuit (*iiij Regum i*) et Saul (*i Paralipomenon x*).<sup>35</sup>

8D Diuinorum denique eloquiorum tractatores quid aliud in eorum scriptis super *Secundo* (di. vij et viij) tradiderunt de potestate demonum et magicis artibus eorum? Scripta inspiciantur cuiuscumque doctoris super *Secundum Librum Sententiarum* et inueniet nullo discrepante magos et maleficos virtute demonum permittente deo miros effectus, non fantasticos posse producere. Taceo de varijs alijs locis in quibus sanctus Thomas diffuse de huiusmodi operibus pertractat, vt in *Summa Contra Gentiles* (li. iij, c. <c>i et ij), in *Prima Parte* (q. cxiiij, ar. iiij), et in *Secunda Secunde* (q. lxxxij et lxxxiiij). Inspiciantur denique postillatores et glosatores de magis pharaonis (*Exodi* vij). Inspiciantur et dicta Augustini xvij *De Ciuitate Dei* (c. xvij), et in secundo *De Doctrina Christiana*, similiter aliorum doctorum. Quibus omnibus contradicere valde absurdum est, nec a vitio heresis excusari potest, imo in iure hereticus censetur quicumque errat in expositione sacre scripture (xxiiij q. i "Heresis"), et

<sup>28</sup> *Start of Aq.*, Sent. 2.7.3.2.SC 1

<sup>29</sup> *End*

<sup>30</sup> *Quotation from Aq.*, Sent. 2.7.3.SC 1

<sup>31</sup> *Start of adaptation of Nider*, Praec. 1.9 (C): Vnde Leui. xix: [same quotation]; item ibidem: xx [same quotation with "Sanguis eorum fit super eos"]. Vnde propter hoc pactum Ochozias infirmus mortuus est (iiij Reg. i) et Saul (i Paral. x).

<sup>32</sup> *Vulgate*: cum

<sup>33</sup> *Vulgate*: diuinationis

<sup>34</sup> *So Nider*; *Vulgate*: -atur

<sup>35</sup> *End*

quicumque aliter sentit de his que fidem concernunt quam Romana tenet ecclesia (eodem capitulo et questione, "Hec est fides").

Quod denique contra sanum intellectum canonis militant ostenditur <sup>9A</sup> per legem ecclesiasticam. Nam et canonum doctores super capitulum "Si per sortiarias et maleficas artes" (xxxiiiij q. i) et *Extra*, "De frigidis et maleficiatis" quid aliud pretendunt nisi de maleficali impedimento circa actus coniugales declarare, quo modo dirimit contractum aut contrahendum matrimonium? Dicunt enim, sicut et Thomas in *Quarto* (vbi supra), quod, si maleficium superueniat matrimonio ante carnalem copulam, tunc, si est perpetuum, impedit et dirimit matrimonium contractum, cuiusmodi sententia non daretur super illusorium et fantasticum effectum, vt de se patet. Videatur Hostiensis in *Summa Copiosa*, similiter Gotfridus et Raymundus, qui etiam nullibi leguntur difficultasse, an talis effectus posset censi imaginarius et non realis, sed hoc tamquam per se notum relinquebant, et quo modo posset censi perpetuus vel temporalis declarant si post triennium duraret, nec dubitabant, an imaginarie per maleficam seu illusorie intromitteretur, sed quod vere et realiter potest talis defectus procurari virtute demonis <sup>9B</sup> propter pactum cum eo initum, vel etiam per ipsum demonem absque malefica, licet hoc rarissime fiat in ecclesia, vbi sacramentum matrimonij meritorium existit, sed quod inter infideles hoc contingat, hoc est, quia iusto titulo illos possidere se cernit, vt Petrus de Palude in suo *Quarto* recitat de sponso qui desponsauerat ydolum et nihilominus contraxerat cum quadam iuuenula, quam tamen cognoscere non potuit propter diabolum qui semper se in corpore assumpto interposuerat. Cum tamen in ecclesia diabolus conatur potius per maleficas propter suum lucrum in perditionem animarum tales effectus intromittere, et qualiter hoc facere potest et quibus medijs, inferius declarabitur, vbi de septem modis nocendi hominibus per consimiles effectus tractabitur, et alijs etiam questionibus, quas theologi et canoniste circa hanc materiam mouent, hoc idem patet, discutientes quomodo possit tolli et an licitum sit per aliud maleficium tollere et quid si malefica mortua sit per <sup>9C</sup> quam maleficium est immissum, de quo casu Gotfridus in sua *Summa* mentionem facit. De quibus in questionibus tertie partis patebit.

Cur denique tam diligenter canoniste varias penas promulgassent, distinguendo de occulto et manifesto peccato maleficorum seu potius diuinorum, cum noxia superstitio varias habeat species, vt<sup>36</sup> si

<sup>36</sup> *Start of Nider. Praec. 1.9 (C), which begins:* Item secundum canones si diuinorum et maleficorum peccatum occultum sit, imponitur penitentia xl dierum (*Extra*, eodem capitulo i), si notorium, eucharistia negatur...

notorium sit, eukaristia denegetur; si occultum, penitentia xl dierum (“De Consecratione,” di. ij “Pro dilectione”); item, si clericus, quod deponendus et in monasterio detrudendus; si laycus, excommunicandus (xxvi q. v “Non oportet”); item quod tales infames debeant censi et qui ad eos concurrunt, imo nec ad accusationem debent admitti (ij q. viij “quisquis nec”).<sup>37</sup>

Sed et per legem ciuilem hoc idem ostenditur. Nam Azon in *Summa* super ix libro *Codicis*, rubrica “De Maleficis” post legem Corneliam de siccarijs et homicidijs dicit: “Sciendum quod omnes illi quos vulgus maleficos vocat et etiam illi qui artem diuinandi sciunt patiuntur capitalem penam, vt lege ‘Nemo’ C. ‘De Maleficis;’ item inferunt penam lex ‘Culpa’, lex ‘Nullus.’ He enim leges his verbis vtuntur: ‘Nemini permittitur diuinare; alioquin supplicium capitis gladio vltore feret prostratus,’” et subdit: “Sunt et alij qui arte magica vite innocentum insidiantur, animos mulierum ad libidinem flectunt, et hi bestijs obijciuntur, vt eodem C. lege ‘Multi.’” Decernunt etiam leges quod ad eorum accusationem quilibet admittatur, sicut et canon in c. “In fauorem fidei” (*Libro Sexto*, “De Hereticis”). Vnde subditur ibidem: “Ad hanc accusationem quilibet admittitur quasi in crimine lese maiestatis. Ipsam enim prope modum pulsant maiestatem diuinam.” Jtem quod questionibus ad interrogandum subijciuntur subit: “Et quilibet nulla dignitate obstante questionibus subijcitur, et qui conuincitur, vel si detegat facinus suum, sit eculeo deditus, vngulisque sulcantibus latera perferat penas dignas suo facinori,” vt eodem codice,<sup>a</sup> lege ‘Si ex’ etc. Nota quod olim duplici pena tales<sup>b</sup> plectebantur capitis et vngulis ad dilacerationem corporis seu ad deuorandum bestijs obijciendo. Jam autem cremantur, forte propter femineum sexus.

Jtem prohibent participationem, vnde subditur, “sed nec permittantur tales ad limen alterius accedere; alioquin concremantur bona, nec aliquis debet eos suscipere vel consulere; alioquin deportantur in insulam et omnia bona publicantur.” Hic notatur pena exilij cum amissione omnium bonorum qui tales consulunt aut suscipiunt. Has penas vbi predicatorum populis et rectoribus terrarum publicant, plus aduersus maleficas quam ex alijs scripturarum allegationibus inardescunt.

Preterea, et per leges commendantur qui eorum maleficijs obstant, vnde (vbi supra) lex “Eorum”: “Alij autem, qui faciunt id ne labores hominum ventorum grandinisque lapidatione sternuntur, non pena sed

<sup>a</sup> *Ed. prin.* in pleno; *this is a misunderstanding of the abbreviation C., which instead stands for caput.*

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: talis

<sup>37</sup> *End*

premio digni sunt.” Qualiter autem sit licitum talia impedire, inferius patebit, vt prius tactum est. Omnia autem hec negare aut friuole illis 10B resistere quomodo potest scrupulo heretice prauitatis carere, iudicet vnus quisque, nisi fortassis eum ignorantia excusabit. Sed cuiusmodi ignorantia excusat statim inferius patebit.

Concludendo ex omnibus premissis catholicam et verissimam assertionem quod malefici sunt qui demonum auxilio propter pactum cum eis initum maleficiales reales effectus permittente deo procurare possunt, non excludendo quin et prestigiosos effectus et fantasticos etiam per media prestigiosa producere valeant, sed quia presens speculatio super maleficiales effectus versatur, qui plurimum ab aliis differunt, ideo per hoc nihil ad propositum, cum tales potius sortilegi vel incantatores dicuntur quam malefici.

Demum quia fundamentum sui erroris capiunt ex verbis canonis, precipue duo vltimi errores, non loquendo de primo qui seipsum condemnat, dum nimium contra veritatem scripture exorbitat, ideo ad sanum intellectum canonis est procedendum, et primo contra | primum errorem 10C dicentis medium esse fantasticum sed extrema esse realia. Vbi notandum quod dum quattuordecim sunt species capitales in genere superstitionis quas recitare causa breuitatis non expedit, tum quia clare recitantur ab Jsidoro (viiij *Ethimologiarum*) et *Secunda Secunde* per sanctum Thomam (q. xcij), tum etiam quia inferius vbi de grauitate huius heresis tractabitur de ipsis mentio erit, et hoc questione vltima huius prime partis, et species sub qua huiusmodi mulieres continentur vocatur species phitonum, in quibus demon vel loquitur vel mira operatur, et est sepius prima in ordine, species autem sub qua malefici continentur vocatur species maleficorum. Et quia inter se plurimum distant, nec oportet quod qui in vna specie laborat, quod<sup>a</sup> etiam sub alijs comprehendatur, ideo, sicut canon de illis mulierculis mentionem facit et non de maleficis, ita false canonem interpretantur<sup>b</sup> qui huiusmodi imaginarias deductiones corporum ad totum genus superstitionis et omnes species eius reducere velint, vt | sicut<sup>c</sup> ille mulieres imaginarie solum, ita et omnes malefice 10D transferantur, et peramplius canonem falsificat qui ex illo arguere vellet maleficam solummodo imaginarie ad effectum maleficalem egritudinis vel morbi concurrere.

Preterea, tales sic errantes peramplius reprehenduntur dum extrema concedunt realia, scilicet demonem operantem et effectum morbi

<sup>a</sup> *Redundant*

<sup>b</sup> *Ed. prin.: -atur*

<sup>c</sup> *Ed. prin.: sic (in place of sic)*

realem, medium autem instrumenti, scilicet personam malefice,<sup>a</sup> dicunt fantastice concurrere, cum tamen medium super naturam participat extremorum. Nec valet si dicatur quod etiam fantasia sit quid reale, quia sicut fantasia vt talis nil possit efficere nec concurrere ad demonis operationem nisi per pactum inicum cum demone, in quo pacto malefica se totam obtulit et astrinxit diabolo vere et realiter et non fantastice et imaginarie solum, ita etiam oportet quod cooperatur diabolo vere et corporaliter. Nam et ad hoc sunt omnia maleficorum opera, vbi semper aut per tactum<sup>b</sup> aut per visum aut per locutionem seu per aliud maleficij instrumentum<sup>c</sup> repositum<sup>d</sup> sub limine domus operatione sua maleficia exercent, prout in sequenti questione patebit.

11A Preterea, si quis verba canonis diligenter inspiciet, considerabit quatuor que predicatorum et sacerdotum per ecclesias sibi commissas omni cum instantia populo predicare debent, scilicet, quod extra vnum deum nemo arbitretur aliquid esse numinis vel diuinitatis; secundo, quod cum Dyana vel Herodiade equitare est cum diabolo qui se ita fingit et nominat transmeare; tertio quod talis equitatura fit tunc fantastice, quando diabolus mentem per infidelitatem sibi subiectam agitat taliter vt ea que solo spiritu fiant corporaliter fieri creduntur; quarto, quod tali domino habeant in omnibus obedire. Vnde ad maleficiales actus hec verba extendere est absurdum, cum sint diuerse species.

An autem malefici etiam localiter transferantur in sua specie superstitionis vel solum imaginarie sicut phitones, tractabitur de illo in capitulis secunde partis (capitulo tertio quod vtroque modo).

Et sic secundus error cum primo eliditur quo ad fundamentum et sanum intellectum canonis. Tertius insuper qui ex verbis canonis effectum | maleficialem asserit fantasticum, ex verbis canonis etiam eliditur. 11B Nam in eo quod dicit: "qui credit posse fieri aliquam creaturam aut in melius deteriusue transmutari aut in aliam speciem vel similitudinem transformari quam ab ipso omnium creatore" etc. "infideli deterius est," hec tres partes, si nude intelligantur, sunt contra processum scripture et determinationem doctorum.

Nam posse fieri aliquas creaturas a maleficis vtpote vera animalia imperfecta, inspiciatur sequens canon "Nec mirum" post allegatum canonem "Episcopi." Quid Augustinus determinat de magis Pharaonis qui virgas in serpentes verterunt: inspiciatur glosa super illud *Exodi* vij ("Vocauit pharao sapientes"); inspiciatur et alia glosa Strabi, quod

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: - ā

<sup>b</sup> *So Snyder (1993) 107 (see 96B, 114D, 116A, 143D, 166B, 183B); ed. prin.*: pactum

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: - i

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: - i

demones discurrunt per mundum quando per incantationem malefici per eos aliquid efficere conantur et colligunt diuersa semina et ex eorum adaptatione possunt prorumpere diuersae species; inspiciatur et Albertus in *De Animalibus*; inspiciatur et sanctus Thomas (*Prima Parte*, q. cxiiiij, ar. iijj). Quorum dicta breuitatis causa omittuntur. Solum hoc superest 11C vt intelligatur ibi fieri procreari.

Secundum etiam, quod in melius deteriusue valeant transmutari, intelligatur solummodo a deo autoritatiue et ad correctionem seu etiam punitionem. Sepius tamen ista ministerio demonum exercentur. Et sicut de primo dicitur: "Dominus percutit et ipse medetur" et "ego occidam et ego viuere faciam," ita de secundo dicitur "immissionem per angelos malos," vt supra tactum est. In prefato denique canone "Nec mirum" inspiciantur verba Augustini: qui dicuntur malefici et cuiusmodi eorum operationes, quando hominibus interdum non solum infirmitates sed etiam mortem inferunt.

Tertium etiam sane intelligere expedit, cum moderni malefici sepius opere demonum transformantur in lupos et alias bestias. Sed canon loquitur de reali transformatione et essentiali et non de prestigiosa que sepius fit. De qua etiam Augustinus (xviiij *De Ciuitate Dei*, c. xviiij) multa refert, vt de famosissima maga Circes et de sociis Dyomedis et de patre Prestancii. De qua materia in capitulis secunde partis patebit, et an 11D semper sunt presentes vel absentes malefici et an illam formam diabolus assumat vel ipse homo per se videatur talis (capitulo vi et vij).

SED QUIA SECUNDA PARS questionis dicit quod his oppositum asserere pertinaciter sit hereticum, queritur an tales debeant haberi tanquam manifeste deprehensi in heretica prauitate vel solum vt de heresi vehementer suspecti, et videtur quod primo modo. Nam Bernardus<sup>38</sup> in glosa ordinaria in capitulo "Ad abolendam" § "Presenti" et verbo "deprehensi" (*Extra*, "De hereticis": "Presenti nihilominus ordinatione sancimus vt quicumque manifeste fuerint in heresi deprehensi" etc.) declarat quod tribus modis quis censetur manifeste deprehensus: facti videlicet euidentia, puta quia publice predicat heresim, vel legitima probatione per testes vel ex sua confessione.<sup>39</sup> Et quia tales publice predicant seu temere contra prefata omnia se opponunt, asserentes maleficas non esse aut quod nullo modo valeant hominibus nocere, ideo tanquam manifeste deprehensi<sup>a</sup> in tali prauitate sub hac distinctione continentur.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -ii

<sup>38</sup> *Start of Eym.* 3. 89 (638 col. 1A-B)

<sup>39</sup> *Pause*

12A Ad eundem etiam sensum est eiusdem<sup>40</sup> | Bernardi glossa in capitulo “Excommunicamus” secundo super verbo “Deprehensi publice.” Ad idem etiam facit capitulum “Super quibusdam” (*Extra*, “De verborum significatione”).<sup>41</sup> Inspiciat ibidem lector capitulum: reperiet veritatem.

Sed contra, quia hoc nimis durum videtur, tum propter penam annexam, que notatur in capitulo “Ad abolendam” § “Presenti” (*Extra*, “De hereticis”), vbi in clerico ponitur degradatio, et quod secularis relinquatur arbitrio potestatis secularis animaduersione debita puniendus, tum etiam propter ignorantiam et multitudinem eorum que culpabilis in tali errore cernitur, et ex multitudine tali rigor iustitite est temperandus (di. xl “Vt constitueretur”).

Responsio. Cum nostra sit intentio potius a vitio heresis huiusmodi predicatorum proposse excusare quam incusare, cum, vt dicitur *Extra* “De presumptionibus” c. “Literas” § “Quo circa”: “mandamus quatenus cum propter solam suspicionem quamuis vehementem nolumus illum de tam graui crimine condemnari” etc., vbi glossa super verbo “condemnari”:

12B procedi potest contra talem sic vehementer suspectum sed non debet propterea condemnari nisi assit, vt ibidem declaratur, violenta suspitio, attamen quia suspicionem excludere non possumus, et hoc propter friuolas eorum assertiones contra fidei veritatem, et cum hoc triplex sit suspitio – leuis, vehemens et violenta, de quibus in c. “Accusatus” et c. “Cum contumacia” (*Libro Sexto*, “De hereticis”) et pernotata per Archidiaconum et Johannem Andree super c. “Accusatus” et verbo “Vehemens” et de presunto c. “Litteras,” de violenta etiam loquitur canon distinctione xxxiiij “Quorundam” – ideo querendum cuiusmodi suspitioni talis predicans subiaceret. Et quidem cum talia dogmatizantes non equaliter se ad huiusmodi errores habere noscuntur, eo quod aliqui ex simplici ignorantia iuris diuini, aliqui etiam sufficienter informati adhuc fluctuant facillando et plene assentire nolunt, et cum error in mente hereticum non faciat nisi assit pertinacia voluntatis, oportet etiam dicere quod ad suspicionem super crimen heresis non se equaliter habeant.

12C Attamen quia per ignorantiam putant | se posse euadere, aduertant paululum quam grauius peccant qui ex huiusmodi ignorantia delinquunt. Nam licet multiplex sit ignorantia, tamen in rectoribus animarum ignorantia, quecunque sit, non potest dici ignorantia inuincibilis seu ignorantia particularis secundum philosophos, que a iuristis et theologis dicitur facti, sed censetur in eis ignorantia vniuersalis, que est ignorantia

<sup>40</sup> *Resume* (*Eym. begins*: Et eiusdem Bernardi glossa in c. “Excommunicamus” ij, super verbo “deprehenſi” (*Extra*, “De Hereticis”)... Ad idem videtur facere c. “Super quibusdam” (*Extra*, “De Ver. Sign.”)...) )

<sup>41</sup> *End*

iuris diuini, quia est eorum que quis de iure ex lege diuina scire tenetur (dist. xlij, Nicolaus papa: "Dispensatio celestis seminis nobis iniuncta est: ve si non asperserimus, ve si tacuerimus"). Tenentur enim habere scientiam sacre scripture (dist. xxxvi per totum, et ad hoc ad subditorum animas informandas eadem dist. c. ij § "Ecce" et § "Si quis vult"), licet secundum Raymundum, Hostiensem, Thomam non requiratur quod habeat scientiam eminentem sed quod habeat competentem, id est, sufficientem ad suum officium exequendum. Attamen pro eorum aliquali consolatione, dummodo damna precedentia lucris sequentibus deinceps recompensant, est eis | aduertendum quod hec ignorantia iuris, <sup>12D</sup> licet dicatur interdum affectata, crassa et supina, dicitur tamen affectata, id est, voluntaria, dupliciter, quia interdum cum scientia intentionis, interdum cum ignorantia intentionis:<sup>a</sup> prima licet in nullo excusat sed damnat, de qua psalmus: "noluit intelligere vt bene ageret," secunda tamen sicut diminuit voluntarium, ita et peccatum, quia fit quando quis tenetur aliquid scire, sed nescit quod teneatur, que etiam fuit in Paulo (*i Thimothei* i: "Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate").

Quia tamen dicitur affectata indirecte, quia propter alias occupationes negligit addiscere ea quae scire tenetur nec vult laborare in studio ad sciendum illa, et excusat non a toto sed a tanto, et etiam iuxta Ambrosium super illud *Romanorum* ij ("an ignoras quod benignitas dei ad penitentiam te adducit") dicitur "grauissime peccas si ignoras grauissime," id est, valde periculose, ideo presertim iam in temporibus ad succurrendum animarum periculis omnem ignorantiam repellamus et durissimum iudicium quod nobis imminet super districtam rationem et talentum nobis creditum semper pre oculis habeamus, ne ipsa | ignorantia etiam in nobis <sup>13A</sup> notetur crassa vel supina per methaphoram hominis crassi vel supini, qui non videt etiam ea que coram ipso sunt. Dicit enim Cancellarius in *Floribus Regularium Moralium* et in secunda regula, quod culpabilis ignorantia iuris diuini non cadit in facientem quod in se est: ratio est quia spiritussanctus talem hominem de necessarijs ad salutem que vires eius excedunt docere immediate paratus est.

Ad primum argumentum solutio patet per sanum intellectum canonis.

Ad secundum dicit Petrus de Tharantasia: "Perimeret vtique ex magna sua inuidia qua aduersus hominem agitur, si a deo permitteretur." Quod autem deus permittit sibi aliqua et aliqua non, hoc cedit in maiorem ipsius diaboli contumeliam et diplicentiam, quod deus in

<sup>a</sup> Ed. prin.: ten-

omnibus vitur eo contra suam voluntatem ad manifestationem glorie sue.

Ad tertium dicitur quod alterationem egritudinis aut alterius effectus maleficialis semper precedit aliquis motus localis in quantum demon per maleficam colligit determinata actiua, que videlicet ledere possunt, et  
 13B apponit determinatis<sup>a</sup> passiuis ad inferendum dolorem vel nocumentum aut actum aliquem spurcissimum.

Et si queritur an motus ille rerum a demone localis reducatur in motum celestem, dicendum est quod non, quia<sup>42</sup> non mouentur ex virtute naturali sed mouentur ex obedientia naturali qua subiiciuntur virtuti demonis, qui habet hoc ex virtute nature sue quod potest supra corpora.<sup>43</sup> "Potest" dico non quod possit influere rebus materialibus aliquam formam vel substantialem vel accidentalem absque amminiculo alterius rei naturalis, sed quia potest deo permittente res localiter mouere et ex rebus coniunctis dolorem vel aliquam qualitatem producere. Vnde effectus maleficialis non subiicitur motui celi, sicut nec ipse demon, licet res ille et instrumenta subiiciantur.

Ad quartum dicendum: opus dei potest opere diaboli viciari, prout ad presens loquimur de effectu maleficiali, sed quia hoc non potest nisi diuina permissione, ideo non sequitur quod diabolus sit deo fortior, demum quia non viciat opera dei per violentiam, cum sic etiam destruere posset.

13C Ad quintum simpliciter notum est quod<sup>44</sup> corpora celestia non habent virtutem imprimendi in demones, cum nihil agant<sup>b</sup> vltra suam virtutem. Sed quod a magis aduocati sub certa constellatione veniunt, duplici ex causa hoc facere videntur: primo quia sciunt virtutem illius constellationis iuuare ad effectum quem magi optant; secundo faciunt vt homines inducant ad venerandum aliquod numen in stellis ex qua veneratione etiam ante tempora ritus idolatrie processit.<sup>45</sup>

Ad vltimum quantum ad terminos argumenti super aurum alchimicum, dicendum secundum Sanctum Thomam in *Secundo*,

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -ātis

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -at

<sup>42</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.7.3.1.Ra3*: ... talis motus localis non reducitur in motum celestem, quia non est secundum aliquam virtutem mouentem, sed in quantum obedit virtuti demonis ad motum localem, quod est virtute nature sue que supra corpora est.

<sup>43</sup> *End*

<sup>44</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.7.3.1.Ra4*: ... corpora celestia non habent aliquam impressionem in demones, vt eis subdantur, sed ideo aduocati sub certa constellatione veniunt, quia sciunt virtutem illius constellationis iuuare ad effectum qui requiritur, vel propter hoc, vt homines inducantur ad venerandum aliquod numen in stellis, ex quo idolatrie ritus procedit.

<sup>45</sup> *End*

distinctione vij in solutione vnus argumenti, vbi declarat de virtute demonum in operando, quod licet quedam<sup>46</sup> forme substantiales per artem induci possint virtute naturalis agentis vt quando forma ignis inducitur per artem in lignum, hoc tamen non potest fieri vniuersaliter, eo quod ars non potest inuenire semper seu coniungere propria actiua proprijs passiuis: potest tamen facere aliquid simile et sic alchimiste faciunt aliquid simile auro quantum ad accidentia<sup>a</sup> exteriora, sed tamen non faciunt verum aurum quia forma substantialis auri non est per calorem ignis quo vtuntur alchimiste, sed per calorem solis in loco<sup>13D</sup> determinato, vbi viget virtus mineralis, et ideo tale aurum non habet operationem consequentem speciem, et simile est de alijs eorum operationibus.<sup>47</sup>

Ad propositum: demones operantur per artem circa effectus maleficiales, et ideo absque amminiculo alterius agentis nullam formam substantialem vel accidentalem inducere possunt, et quia non dicimus quod maleficia<sup>b</sup> inferat per artem<sup>c</sup> absque amminiculo alterius agentis, ideo etiam cum tali amminiculo potest veras qualitates egritudinis aut alterius passionis inducere.

Sed qualiter hec amminicula seu amministrationes instrumentorum habent ad effectum maleficalem cum demonibus concurrere vel non patebit per sequentia.

## SECUNDA QUESTIO

AN CATHOLICUM SIT ASSERERE quod ad effectum maleficalem semper habeat demon cum malefico concurrere vel quod vnus sine altero, vt demon sine malefico vel econuerso, talem effectum possit producere.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -ced-

<sup>b</sup> *Behringer et al. (2000) 158 n. 102 are bothered by the shift to the singular inferat after the earlier demones, and suggest that maleficia is a printing error for malefica. but such a clumsy shift in number occurs elsewhere in connection with the devil and demons (e.g., 52D. where interimere possent follows diabolus, the subject presumably being demones) and logically the subject of inferat has to be the demon and not the sorceress.*

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: ꝑꝑꝑꝑ

<sup>46</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.7.3.1.Ras: Ad quintum dicendum, quod ars virtute sua non potest formam substantialem conferre, quod tamen potest virtute naturalis agentis, sicut patet in hoc quod per artem inducitur forma ignis in lignis. Sed quedam forme substantiales sunt quas nullo modo ars inducere potest, quia propria actiua et passiuia inuenire non potest, sed in his potest aliquid simile facere, sicut alchimiste faciunt aliquid simile auro quantum ad accidentia exteriora. Sed tamen non faciunt verum aurum, quia forma substantialis auri non est per calorem ignis quo vtuntur alchimiste, sed per calorem solis in loco determinato, vbi viget virtus mineralis, et ideo tale aurum non habet operationem consequentem speciem. Et similiter in alijs que eorum operatione fiunt.*

<sup>47</sup> *End*

Et arguitur primo quod demon sine malefico (Augustinus in *Libro lxxxij Questionum*): omnia que visibilibus fiunt etiam per inferiores potestates<sup>a</sup> aeris fieri posse creduntur, sed omnia | nocumenta corporalia non sunt inuisibilia sed potius sensibilia: igitur etiam a demonibus fieri possunt.

Preterea, ex scripturis nocumenta Job illata, ubi ignis de celis cecidit et familiam cum gregibus pecorum vno impetu consumpsit et turbo domum deiiciens liberos occidit, demon per se absque maleficis concurrente tantummodo diuina permissione operatus est: ergo, a simili in alijs que maleficis ascribuntur. Patet et de septem viris Sare virginis, quos demon occidit.

Preterea, quicquid potest virtus inferior absque amminiculo virtutis superioris, potest et virtus superior absque amminiculo virtutis inferioris. Sed virtus inferior potest concitare grandines et inducere infirmitates absque auxilio virtutis superioris. Dicit enim Albertus (*De Proprietatibus Rerum*) quod salua putrefacta certis modis, vt ibidem ponit, si proiecta fuerit in fontem, mirabiles concitabit in aere tempestates.

Preterea, si dicatur quod demon vtitur maleficio non propter indigentiam sed propter eius quam querit perditionem, contra Aristoteles (iij *Ethicorum*): "Malicia est voluntarium," quod probat per hoc quod nullus operatur iniuste voluntarie non velle iniustum esse et voluntarie stuprantem non velle incontinentem esse, et per hoc etiam legislatores puniunt malos quasi voluntarie mala operantes.<sup>48</sup> Demon ergo si operatur per maleficiam, operatur tanquam per instrumentum, et cum instrumentum dependet ad voluntatem principalis agentis et non voluntarie agit si concurrat, non erit ei actio imputanda nec per consequens punienda.

Sed contra, quod nihil possit efficere in inferioribus absque maleficis (primo *De Generatione*: "Omnis actio est per contactum"), et quia non est aliquis contactus demonis ad corpora, cum nihil habeat cum eis commune, ergo vtitur aliquo instrumento, illi influendo virtutem ledendi per contactum.

Juxta hoc etiam quod maleficia possint fieri absque opere demonum, probatur per textum et glosam *Ad*<sup>49</sup> *Galatas* iij ("O insensati Gallate,

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -is

<sup>48</sup> Cf. Aristotle, Nic. Eth. (*Lat. version*): Malicia autem voluntarium [13b16]. . . Adhuc autem irrationabile iniusta facientem non velle iniustum esse aut stuprantem incontinentem [14a10] . . . puniunt enim (sc. legislatores) et iniuriuntur operantes male . . . bona autem operantes honorant [13b25].

<sup>49</sup> *Start of Aq.*, Summa 1.117.3. *Ag2*, which begins: Preterea, super illud *Ad Gal* . . .

quis vos fascinavit<sup>a</sup> veritati non obedire?”).<sup>50</sup> Glosa:<sup>51</sup> “Quidam habent oculos vrentes qui solo aspectu inficiunt alios et maxime pueros”.<sup>52</sup> Est ad hoc etiam Auicenna | (*Sexto Naturalium*, li. iij, c. vltimo), ita dicens: <sup>14C</sup> “Multotiens autem anima operatur in corpore alieno, sicut in proprio, quemadmodum est opus oculi fascinantis et estimationis operantis.” Et eandem sententiam etiam ponit Algazel (li. v suo *Phisicorum*, c. ix). Putat etiam Auicenna, licet non teneatur in illo, quod virtus ymaginativa etiam absque visu possit extranea corpora immutare, vbi nimis extendit virtutem ymaginativam, et capimus hic virtutem ymaginativam non inquantum distinguitur contra alias virtutes sensitivas interiores, vt est sensus communis et fantasia et estimatio, sed inquantum includit omnes illas virtutes interiores. Sed bene verum quod talis virtus ymaginativa potest transmutare corpus coniunctum, scilicet illud in quo est, sicut homo potest ambulare supra trabem que est in medio vie, si vero posita fuerit super aquam profundam, non audebit ambulare super eam, eo quod ymaginabitur in eius anima forma cadendi vehementer impressa, cui obedit materia eius et virtus membrorum eius et | non obediunt <sup>14D</sup> eius contrario, scilicet ad directe ambulandum. In hoc ergo conuenit hec immutatio cum oculo fascinantis inquantum immutatur corpus proprium primo, sed non corpus alienum, de qua immutatione iam loquimur.

Preterea, si dicatur quod talis immutatio causatur a corpore viuo mediante anima in aliud corpus viuum, contra: quia ad presentiam interfectoris manat sanguis ex vulneribus occisi, ergo etiam absque virtute anime corpora possunt mirabiles effectus producere. Item homo viuens et prope cadauer hominis occisi transiens etiam non sentiendo illud adhuc terrore concutitur.

Preterea, sicut<sup>53</sup> res naturales habent quasdam virtutes occultas quarum ratio ab homine assignari non potest, sicut quod adamas trahit ferrum et multa que Augustinus enumerat (xxi *De Ciuitate Dei*),<sup>54</sup> ita mulieres ad immutationes faciendas in corporibus alienis certis rebus vti possunt absque auxilio demonum. Que etiam nostram rationem

<sup>a</sup> *Ed. prin:* fast-

<sup>50</sup> *The words veritati . . . obedire do not appear in the Vulgate, but they seem to be treated here as part of the biblical quotation.*

<sup>51</sup> *Start of Glossa ordinaria, which begins:* Dicuntur etiam fascinus vulgo qui nocet infantibus. Dicuntur enim quorundam oculi visu vrentes . . .

<sup>52</sup> *End*

<sup>53</sup> *Start of Aq., Summa 2/2.96.2. Ag1*

<sup>54</sup> *End*

15A excedunt, et quia excedunt, non debemus | propterea demonibus quasi ex maleficis insimul conuersantes ascribere.

Preterea, malefici certi vtuntur imaginibus et rebus instrumenta- libus quas interdum ponunt sub limine ostij domus aut ad certa loca vbi pecudes conueniunt aut etiam homines qui maleficientur et interdum moriuntur. Sed quia huiusmodi effectus possunt euenire ex imaginibus illis inquantum habent quasdam influentias a corporibus celestibus receptas, probatur. Nam sicut corpora naturalia subduntur corporibus celestibus, ita et artificialia, sed corpora naturalia possunt recipere quasdam virtutes occultas: ergo etc. et artificialia. Vnde videtur quod eorum opera possent per tales impressiones practicari et non per demones.

Preterea, si vera miracula possunt fieri ex potestate nature in eo quod operatur, ita et miranda et stupenda opera ex virtute nature. Probatur: nam Gregorius<sup>55</sup> dicit (secundo *Dyalogorum*): “Sancti mira- cula faciunt aliquando ex prece, aliquando ex potestate.” Exemplum 15B datur de vtroque: Petrus orando suscitauit Thabitam mortuam, | Ananiam et Saphiram mentientes morti increpando tradidit absque prece. Ergo et homo per virtutem sue anime poterit materiam corporalem in altero etiam transmutare, seu immutare de sanitate in infirmitatem et econuerso.<sup>56</sup>

Preterea,<sup>57</sup> corpus humanum est nobilius quam alia corpora inferi- ora, sed propter<sup>58</sup> apprehensionem anime humane immutatur corpus humanum ad calorem et frigus, vt patet in irascentibus et timentibus. Jmo etiam hec immutatio pertingit<sup>59</sup> quandoque vsque ad egritudinem et mortem: ergo multo magis potest sua virtute materiam corporalem immutare.<sup>60</sup>

Sed contra est. Substantia spiritualis non potest imprimere aliquam formam nisi amminiculo alterius agentis, vt supra tactum est. Vnde et Augustinus in prefato libro: “Non est putandum istis transgressoribus angelis ad nutum seruire hanc visibilium rerum materiam, sed soli

<sup>55</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 1.117.3.Ag1*: Dicit enim Gregorius, ii Dialog., quod sancti miracula aliquando ex prece faciunt, aliquando ex potestate, sicut Petrus, qui Tabitham mortuam orando suscitauit, Ananiam et Saphiram mentientes morti increpando tradidit. Sed in operatione miraculorum fit aliqua immutatio materie corporalis. Ergo homines virtute sue anime possunt materiam corporalem immutare.

<sup>56</sup> *End*

<sup>57</sup> *Start of Aq., Summa 1.117.3.Ag3*

<sup>58</sup> *Aq.: per*

<sup>59</sup> *Aq.: peruenit*

<sup>60</sup> *End*

Deo":<sup>61</sup> ergo multominus homo ex potestate naturali efficere potest effectus maleficiales.

Respondendo: quia non desunt errantes in hac materia maleficas excusantes et demones | tantammodo aut inculpantes aut quibusdam naturalibus transmutationibus earum facta ascribentes, ideo horum falsitas ostenditur primo per descriptionem maleficorum, de qua Ysidorus (viji *Ethi.* c. ix): "Malefici dicuntur ob facinorum magnitudinem," scilicet, mala pre cunctis malefactoribus efficientes.<sup>a</sup> Vnde subdit: "Hi elementa concutiunt," opere scilicet demonum, "ad grandines et tempestates concitandas." Jtem dicit: "Mentes hominum turbant" (intellige ad amantiam, odium et amorem inordinatum). Jtem subdit: "Ac sine vilo veneni haustu violentia tantum carminis animas interimunt." Ad idem xxvi. q. v c. "Nec mirum," et sunt verba Augustini in *De Ciuitate Dei*, vbi declaratur qui dicuntur magi et malefici: "Magi<sup>62</sup> sunt qui vulgo dicuntur malefici et ob facinorum magnitudinem sic nuncupantur. Hi sunt qui permissu dei elementa concutiunt, hominum turbant mentes minus confidentium in Deo ac sine vilo veneni haustu violentia tantum carminis interimunt homines."<sup>63</sup> Vnde et Lucanus: | 'Mens hausti nulla sanie polluta veneni incantata perit.' Demonibus enim accitis audent ventitare, vt quosque suos perimant malis artibus inimicos."<sup>64</sup> Ex quibus patet quod in huiusmodi operibus semper habent demones cum maleficis concurrere. 15D

Secundo, quia cum quadruplices effectus penales assignare possumus, scilicet ministeriales, noxiales, maleficiales et naturales, et ministeriales dicuntur qui ministerio bonorum angelorum, sicut noxiales malorum spirituum, immittuntur – Moyses enim Egiptum in decem plagis ministerio bonorum percussit, vbi magi in decem tantum per malos spiritus concurrerunt, et triduam pestem propter peccatum Dauid circa numerationem populi commissum, et de lxxij milibus hominum vna nocte prostratis de exercitu Sennacherib: vtique hic per angelos domini, id est, per bonos dominum venerantes et cognoscentes peracta fuerunt – "noxiales" vero effectus cum in scripturis nominantur, immissiones per angelos malos, secundum quas populus ille in deserto | sepe percussus fuit, et maleficiales effectus dicuntur quando demon per maleficos et per magos operatur, sicut et naturales qui ex influentijs corporum celestium 16A

<sup>a</sup> *Ed. Prin.*: -ibus

<sup>61</sup> Quotation from *Aq.*, *Summa* 1.110.2.SC

<sup>62</sup> *Start of Decretum* 26.5.24

<sup>63</sup> *Homines: not in Decretum*

<sup>64</sup> *End*

in istis inferioribus circa mortalitates, sterilitates, fertilitates terrarum, et grandines et his similibus<sup>a</sup> causantur, et inter hos effectus magna sit differentia: ideo cum Job noxiali plaga fuit a demone percussus et non maleficiali, ideo nihil ad propositum.

Si quis vero curiosius instaret, sicut plerumque hec materia curiosas patitur a maleficarum defensoribus instantias, semper in cortice verborum aerem verberantes et medullam veritatis numquam penetrantes,<sup>b</sup> cur Job non maleficiali effectu per demonem sicut noxiali percussus fuit, his curiose etiam responderi potest, quod Job fuit percussus a diabolo solum et non mediante malefico vel malefica, quia hoc genus superstitionis vel nondum erat inuentum vel si erat inuentum, diuina tamen  
 16B prouidentia voluit vt potestas demonis mundo ad precauendum eius insidias pro dei gloria innotesceret, cum nihil nisi a Deo permissus efficere potest.

Et de tempore quidem quo primum genus superstitionis inuentum fuit – et dico primum genus quo ad demonum inuocationem, non quo ad puram ydolatriam – dicit Vincentius in *Speculo Hystorie*, allegans plures doctores, quod primus inuentor artis magice et mathematice fuit Zorastres, qui dicitur fuisse Cham filius Noe. Hic secundum Augustinum (*De Ciuitate Dei*) solus risit nascendo et hoc non nisi opere diaboli. Hic etiam cum esset rex, superatus est a Nino filio Beli, qui edificauit Ninuem, vel amplius sub quo cepit regnum Assyriorum tempore Abrae. Hic etiam Ninus ob inordinatum amorem patris fecit fieri imaginem patri mortuo, ad quam quicumque confugiebant malefactores liberi erant ab omni punitione debita. Et ex hoc ceperunt homines imagines adorare vt deos, sed hoc post primam etatem, quia sub illo tempore non erat idolatria propter recentem memoriam creationis mundi, vt dicit sanctus Thomas  
 16C (*Secunda | Secunde* q. xcvi ar. iiii), vel etiam incepit a Nembroth, qui cogeat homines ignem adorare et sic in secunda etate incepit ydolatria.

Que est primum genus superstitionis, sicut diuinitio secundum et obseruantia tertium. Maleficorum autem ritus reducitur ad secundum genus superstitionis, scilicet ad diuinationem, que fit per expressam demonum inuocationem. Cuius etiam sunt tria genera, scilicet nigromantia, planetarij seu potius mathematici et diuinitio per somnia.

Hec ideo posui vt pius lector intelligat noxias illas artes non subito sed processu temporis fuisse inuentas, nec absonum esse asserere maleficas tempore Job non fuisse. Sicut enim per incrementa temporum, vt Gregorius in *Moralibus* dicit, creuit scientia sanctorum, ita et noxie artes

<sup>a</sup> Sc.: -ia

<sup>b</sup> verberantes and penetrantes are clumsily dependent upon the singular quis.

demoniorum. Et sicut iam repleta est terra scientia domini (*Ysaie xi*), ita iam mundi vespere ad occasum declinante et malicia hominum excrescente et caritate refrigesciente superabundat omnis maleficorum iniquitas. Ipse tamen Zorastres cum esset intentus illis actibus et solummodo <sup>16D</sup> considerationi astrorum, a diabolo succensus est (hec vbi supra).

De tempore autem quo malefici leguntur cum demonibus ad maleficia inferenda conuenisse, tactum est supra et habetur *Exodi vij* quo ad magos Pharaonis, qui in plagis super Egiptum demonum assistentia, sicut Moyses ministerio bonorum angelorum, signa plurima perpetrarunt.

Vnde concluditur veritas catholica, videlicet quod ad effectum maleficalem, licet non ad effectum noxiale, semper habet maleficus cum demone concurrere, et per hec patet responsio ad argumenta.

Nam ad primum non negatur quin effectus noxiales, qui visibiliter cernuntur super homines, iumenta, terre fruges, et qui etiam ex influentijs corporum celestium sepe proueniunt, etiam a demonibus Deo permittente inferuntur. Dicit enim Augustinus (iij *De Ciuitate <Dei>*): “Demonibus subsunt ignis et aer, quantum eis a deo permittitur.” Patet et per glosam super illud: “Immissiones per angelos malos,” que dicit: “Dominus punit per malos angelos.”

Ex quibus etiam patet responsio ad secundum de Job et ex his que prius | tacta sunt de initio artis magice. <sup>17A</sup>

Et ad tertium de saluia putrefacta et in puteum proiecta, dicitur quod licet sequatur effectus noxialis absque auxilio demonis, licet non absque influencia corporis celestis, loquimur autem de effectu maleficali, vnde non est simile.

Ad quartum dicitur verum esse quod demones vtuntur maleficis tantummodo propter eorum perditionem, et cum infertur quod non essent puniendi quia concurrunt tanquam instrumenta que mouentur ad nutum non proprium sed principalis agentis, respondetur quod sunt instrumenta animata et libere agentia, et licet post expressum pactum initum cum demonibus non iam sint sue libertatis, quia, vt ex earum fassionibus accepimus – et loquor de mulierculis combustis ad plurima maleficia – coacte si verbera demonum subterfugere volunt cooperantur, prima tamen professione, qua sponte se demonibus subiecerunt, manent ligatae.

AD ALIA VERO ARGUMENTA in quibus probatur maleficiales effectus posse absque opere demonum a vetulis procurari, | dicendum quod ex vno <sup>17B</sup> particulari concludere varie est dissonum rationi. Et cum in tota, vt videtur, scriptura sacra non inuenitur tale nisi hic vbi agitur de fascinatione

seu inuultatione<sup>a</sup> vetularum,<sup>65</sup> ideo non valet per hoc concludere quod semper habeat ita euenire. Insuper est etiam dubium per glosam, an absque opere demonum talis fascinatio fieri possit, eo quod ex glosis ibi elicitur quod fascinatio capitur tripliciter: vno modo dicitur ludificatio sensuum, que fit per artem magicam, et sic potest fieri ministerio demonum, nisi prohibeantur a deo immediate vel mediante<sup>b</sup> ministerio sanctorum angelorum; secundo modo potest dici inuidia, vt vbi apostolus dixit, “Quis vos fascinauit?”, id est, tanto odio persecutus est; tercio, quod ex tali odio fiat immutatio ad malum in corpore alicuius per oculos alterius aspicientis in eum, et de fascinatione hoc modo dicta communiter loquuntur doctores, secundum quem modum etiam Auicenna et Algazel, vt in argumentis deducitur, locuti sunt. Nam<sup>66</sup> et Sanctus Thomas hanc fascinationem declarat (*Prima Parte*, q. cxvij) per hunc  
 17C modum: “Ex<sup>67</sup> forti,” inquit, “imaginatione anime | immutantur spiritus corporis coniuncti. Que quidem immutatio spirituum maxime fit in oculis, ad quos subtiliores spiritus proueniunt.<sup>68</sup> Oculi enim inficiunt aerem continuum vsque ad determinatum spacium, per quem modum specula, si sint noua et pura, contrahunt quandam impuritatem ex aspectu mulieris menstruate, vt Aristoteles dicit in libro *De Somno et Vigilia*. Sic igitur cum aliqua anima fuerit vehementer commota ad malitiam, sicut maxime vetulis contingit, efficitur secundum modum predictum aspectus eius venenosus et noxius, et maxime pueris, qui habent corpus tenerum et de facili receptiuum impressionis.”<sup>c</sup> Subdit tamen, quod possibile est etiam quod dei permissione vel ex aliquo occulto facto cooperetur ad hoc malignitas demonum cum quibus sortilege vetule pactum<sup>69</sup> aliquod habent.<sup>70</sup>

SED PRO AMPLIORI INTELLECTU solutionum aliqua dubia mouentur ex quorum solutione veritas magis patebit. Videtur enim obstare  
 17D | primo illud quod superius dictum est, quod substantie spirituales non possunt transmutare corpora ad aliquam naturalem formam nisi

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: in vul-

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: mediante vel

<sup>c</sup> *So Aq.* (cf. 18A); *ed. prin.*: -ē

<sup>65</sup> Cf. the title of *Nider*, *Praec. 1.11.24*: Vtrum fascinationes seu inuultationes habeant efficaciam malam in pueris a vetulis malis

<sup>66</sup> *Start of Nider*, *Praec. 1.11.24 (Et)*, which begins: Quam fascinationem sic declarat (*Parte I q. cxvij*): “Nam,” vt inquit, “ex forti . . .”

<sup>67</sup> *Start of Aq.*, *Summa 1.117.3. Raz*

<sup>68</sup> *Aq.*: per-

<sup>69</sup> *Aq.*: fedus

<sup>70</sup> *End (Aq. and Nider)*

amminiculo alterius agentis: ergo multominus hoc poterit efficere imaginatio quantumcunque fortis in anima.

Preterea, est articulus condemnatus in plerisque vniuersitatibus, precipue tamen Parisiensi, quod incantator aliquis proicit camelum in foueam solo visu, eo quod, sicut intelligentie superiores imprimunt in inferiores, sic anima intellectiua imprimit in aliam et etiam in animam sensitiuam.

Item, ad hoc est articulus condemnatus, quod materia exterior obedi substantie spirituali si intelligatur simpliciter et secundum omnem modum transmutationis, quia sic soli deo, vt prius patuit, obedit.

His visis fascinatio, de qua loquimur, qualiter sit possibilis et qualiter non, declaratur. Non enim est possibile homini quod per naturalem virtutem anime sue per oculos talem virtutem emittat que non mediante transmutatione proprii corporis neque |medij nocumentum inferre possit corpori hominis quod aspicit, maxime cum secundum opinionem communiorem videamus intra suscipientes, nihil extra mittentes. Non est etiam possibile homini quod per virtutem naturalem anime sue pro voluntate sua transmutationem faciat ymaginando in oculis suis que mediante transmutatione medij, scilicet aeris, possit corpus hominis quem aspicit in aliquam transmutare qualitatem secundum quod sibi placuerit. 18A

Et quia secundum hos duos modos predictos non potest vnus homo alium fascinare, cum nulli hominum potest inesse talis virtus per naturalem virtutem anime sue, ideo velle probare quod maleficiales<sup>a</sup> effectus possent prodire<sup>b</sup> ex naturali aliqua virtute super<sup>c</sup> ad infringendum opera maleficiorum, que virtute demonum fiunt, est plurimum alienum a veritate, quia etiam secundum hos duos modos fascinatio reprobatur, sicut et prefati duo articuli.

Qualiter tamen sit possibile, licet superius tactum sit, tamen clarius sic deducitur. Potest enim contingere quod |homo vel mulier aspiciens corpus alicuius pueri moueat ipsum mediante visu et imaginatione, vt aliqua passione sensibili. Et quia passio sensibilis est cum quadam immutatione corporali et oculi sunt tenerrimi, propter quod sunt impressionis multum receptiui, ideo quandoque contingit quod per aliquam passionem interiorem transmutantur oculi in aliquam malam qualitatem, maxime 18B

<sup>a</sup> *Ed. prin.:* mele-

<sup>b</sup> *Ed. prin.:* -iri

<sup>c</sup> *Sic. For the expression virtus super, see 85B; this might lead one to think that something like illum is lacking, but the generalizing aliqua should preclude specification of the sphere over which this virtus operates. Perhaps the word derives from clumsy adaptation of a source.*

cooperante ad hoc aliqua imaginatione, cuius impressio cito redundat in oculos et propter eorum teneritudinem et propter vicinitatem radicis sensuum particularium ad imaginationis organum.

Cum autem oculi sunt transmutati in aliquam qualitatem nociuam, contingere potest quod transmutent aerem sibi contiguum <in> aliquam qualitatem malam et illa pars aliam<sup>a</sup> et sic vsque ad aerem contiguum oculis pueri qui aspicitur<sup>b</sup> et ille aer contiguus poterit quandoque in materiam<sup>c</sup> dispositam<sup>d</sup> quam non dispositam,<sup>e</sup> cui consonat, transmutare oculos ipsius pueri in aliam qualitatem malam et mediantibus  
18C oculis ipsius pueri aliquas alias partes interiores, vnde nec cibum digerere nec in membris fortificari aut augmentari poterit.

Experimentum huius rei manu ductiuum est, quia videmus hominem patientem in oculis quandoque ex aspectu suo ledere oculos eum aspicientis, quod contingit ex hoc quod oculi mala qualitate infecti inficiunt aerem medium et aer infectus inficit oculos directos ad oculos infirmos, eo quod secundum rectam lineam infectio illa deriuatur in directum ad oculos inspicientium cooperante ad hec multum imaginatione eius qui aspiciendo oculos infirmos imaginatur se ledi. Plura possent exempla manu ductiua adduci, que breuitatis causa omittuntur.

Concordat his quedam glosa super<sup>f</sup> illud psalmi “Qui timent te, videbunt me et letabuntur,”<sup>g</sup> dicens: “Magna<sup>71</sup> virtus in oculis est, quod in naturalibus apparet. Animal enim visum prodest ytericis.<sup>72</sup> Prior videns lupis<sup>h</sup> vocem aufert vel sic.<sup>73</sup> Basiliscus, si prior videt occidit; si prior videtur, occiditur.”<sup>74</sup> Et ratio quare basiliscus videndo occidit hominem <non est?> nisi quod ex aspectu et imaginatione<sup>i</sup> excitatur in eius

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: aliquā

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -tnt

<sup>c</sup> *Sc.*: -a

<sup>d</sup> *Sc.*: -a

<sup>e</sup> *Cf.* 38D (Omnis enim causa limitate virtutis producere potest effectum intensiorem in materiam dispositam quam non dispositam); since there the *quam* is sensibly generated by the comparative, presumably the present passage has been defectively adapted from the original text from which 38D was copied. Hence, *quam non dispositam* should be ignored here. Defective adaptation also explains in governing the accusative, where the ablative would be expected.

<sup>f</sup> *Ed. prin.*: sn-

<sup>g</sup> *Ed. prin.*: le

<sup>h</sup> So *ed. prin.*; Lombardus: lupus (Behringer et al. (2000) 171 n. 147 call this a printer's error, but the mistake well have been present in an intermediate source)

<sup>i</sup> *Ed. prin.*: -ōz

<sup>71</sup> *Start Petrus Lombardus, Collatio in psalmum xcviij (PL 191 col. 1081D)*

<sup>72</sup> *Lombardus: dicitur*

<sup>73</sup> *vel sic: not in Lombardus*

<sup>74</sup> *End*

corpore materia venenosa per quam oculi primo inficiuntur et demum 18D  
aer contiguus et sic alia et alia pars aeris vsque ad aerem homini contiguum, quem aerem per aspirationem cum homo attraxerit, intoxicatur et moritur; prior autem visus ab homine, vbi homo volens basiliscum occidere circummunit se speculis, ex quibus dum basiliscus inspicit, ex reuerberatione aer inficitur et sic vsque ad basiliscum pertingit et occiditur. Sed dubium cur homo occisor bestie non moritur, et hic occultam quandam causam opinari necesse est.

Hec sine preiuditio et temeraria assertionem dicta sunt: tantummodo dictis sanctorum inherentes catholicam veritatem concludamus quod ad maleficiales effectus, de quibus ad presens loquimur, malefici cum demonibus semper concurrere et vnum sine altero nihil posse efficere.

Ad argumenta.

Patet responsio de fascinatione ad primum.

Ad secundum dicitur iuxta Vincentium in *Speculo Nature* (c. xiiij), quod vulnus infectum spiritibus interficientis ex forti imaginatione illud vulnus trahit aerem infectum, transeunte<sup>a</sup> iam interfecitore sanguis ebuliens extra manat, quia ad presentiam interfectoris aer inclusus in vulnere, sicut ab interfecitore intrauit, ita ad eius presentiam commouetur, ex qua commotione sanguis erumpit. Sunt quidam alias causas allegantes quasi illa ebullitio sanguinis sit eius clamor de terra super homicidam presentem, et hoc propter maledictionem primi<sup>b</sup> homicide Cayn. 19A

Ad illud de horrore dicendum (hoc quod homo transiens prope cadauer hominis occisi horrore concutiatur, licet illud non sentiat): hoc fit ex spiritu quantulumcunque<sup>c</sup> infectionem recipiente et eam anime representante.

Sed hec nihil concludunt aduersus opera maleficorum, cum omnia illa naturaliter, vt dictum est, fieri valeant.

Ad tertium, sicut dictum est supra, maleficorum ritus deducuntur ad secundum genus superstitionis, quod dicitur diuination, rebus vero superstitione vti in obseruantijs quibusdam reducitur ad tertium genus: ideo argumentum non est simile; demum etiam quia reducuntur non ad quamlibet diuinationem | sed ad illam que fit per expressam demonum 19B  
inuocationem, et hoc etiam cum multis modis fieri possit, scilicet per nigromanciam, geomanciam, idromanciam etc. (inspiciatur *Secunda Secunde*, q. xcvi ar. v): ideo hec diuination maleficorum, vbi maleficijs sunt intenti, sicut supremum gradum in flagitijs tenet, ita et aliud iudicium

<sup>a</sup> Ed. prin.: -em

<sup>b</sup> Ed. prin.: -e

<sup>c</sup> Ed. prin.: q̄zumlacūque

de eo existit. Vnde quando arguitur quod quia<sup>a</sup> occultas rerum virtutes cognoscere non possumus et malefici etiam occultis rebus intendunt, dicitur quod si intenderent rebus naturalibus ad aliquos effectus naturales ex naturali virtute procedendos,<sup>b</sup> hoc licitum foret,<sup>c</sup> vt de se patet, vel etiam concedendo quod si intenderent superstitiose rebus naturalibus, vt pote rebus huiusmodi certas characteres vel aliqua nomina ignota inscribendo,<sup>d</sup> et illis pro acquirenda sanitate vel amicitia et pro aliqua vtilitate et non pro nocumento aliquo inferendo vterentur, tunc, licet absque expressa demonum inuocatione, licet non absque tacita, fieri ista possent, et  
 19C illicita iudicantur. Quia tamen hec et his|similia reducuntur ad tertium genus superstitionis, scilicet ad obseruantiam vanitatum, vt dictum est, ideo nihil ad propositum super heresim maleficorum fortificatur.

Etiam solutio, quod huic tercio generi quattuor assignantur species, quia vel vtitur quis obseruantijs ad scientiam acquirendam vel ad coniecturas sumendas fortuniorum vel infortuniorum vel ad suspensiones sacrorum verborum vel ad corpora immutanda in melius, vnde et notanter sanctus Thomas in titulo illo questionis, vbi querit, an obseruationes ordinate ad corporum immutationem sint licite (q. xcvi in *Summa* prefata, ar. ij), addit: “puta ad sanitatem”: obseruationes ergo maleficorum cum hic locum non habent sed, vt dictum est, sub secundo genere continentur superstitionis, ideo nihil ad propositum.

Ex his etiam ad quartum argumentum responderetur, quod quia  
 19D duplices in his obseruantijs fieri possunt imagines: nigromantice<sup>75</sup> et astronomice, et inter hec talis est differentia, quod in nigromanticis semper fiunt expresse inuocationes demonum propter expressa pacta cum|eis inita (inspiciatur solutio secundi argumenti prefate questionis), in astronomicis vero sunt pacta tacita et ideo nulla inuocatio nisi fortassis tacita, puta propter figurarum et characterum signa que eis inscribuntur, et iterum imagines nigromantice vel fiunt sub certis constellationibus ad recipiendum certos influxus et impressiones celestium corporum, etiam certis figuris et characteribus insignitis,<sup>e</sup>76 vt in anulo, lapide vel aliqua

<sup>a</sup> *Seemingly redundant*

<sup>b</sup> procedendos: *presumably error for produc-*

<sup>c</sup> *Ed. prin.:* -at

<sup>d</sup> *Ed. prin.:* in scrib-

<sup>e</sup> *Ed. prin.:* -i

<sup>75</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 2/2.96.3.Ra.2: . . .* Vnde etiam imagines quas astronomicas vocant ex operatione demonum habent effectum, cuius signum est quod necesse est eis inscribi quosdam characteres, qui naturaliter ad nihil operantur: non enim est figura actionis naturalis principium. Sed in hoc distant astronomice imagines a nigromanticis quod in nigromanticis fiunt expresse inuocationes et prestigia quedam, vnde pertinent ad expressa pacta cum demonibus inita, sed in alijs imaginibus sunt quedam tacita pacta per figurarum seu characterum signa.

<sup>76</sup> *End*

preciosa materia, vel fiunt simpliciter absque obseruantia constellationum, sed indifferenter ex quacunque materia, etiam vili, ad inferendum maleficia, vbi et quando ad aliqua loca reponuntur, et de his effectibus cum suis imaginibus iam sermo est et non de alijs, ideo argumentum non facit ad propositum.

Qualiter denique certe imagines superstitiose, de quibus tactum est, nullam habent efficaciam in quantum sunt artificialia solum, licet forte materialia in eis considerata possent habere efficaciam, si et in quantum haberent naturalem aliquam virtutem ex impressione corporum celestium: si cui placet, doctorem ibidem inspiciat.

Semper tamen dicit esse illicitum imaginibus vti, imagines vero maleficarum absque naturali aptitudine ad effectum fiunt, solummodo autem ex iussu demonum reponunt et applicant vt manualiter ad effectum concurrant in maiorem contumeliam creatoris, vt et per amplius irritatus malaque<sup>a</sup> fieri in flagitorum talium vindictam amplius permittat. Vnde et sacratoribus anni temporibus huiusmodi fieri procurant.

Ad<sup>77</sup> quantum dicendum quod Gregorius ibi intellexit potestatem gratie, non nature, vnde et ibidem subdit: "Qui filij dei potestate sunt, vt Johannes dicit, quid mirum si signa ex potestate faciunt?"<sup>78</sup>

Ad vltimum dicendum quod similitudo non valet, quia alia est actio anime circa corpus proprium et alia circa corpus alienum. Nam quia corpori proprio vnitur anima vt forma, et appetitus sensituius est actus alicuius organi corporalis, ideo ad apprehensionem anime humane potest commoueri appetitus sensituius cum aliqua immutatione corporali <ad?> calorem et frigus, vel etiam vsque ad mortem, | ad exteriora vero corpora immutanda nulla apprehensio anime humane sufficit nisi mediante immutatione propriij corporis, sicut de fascinatione dictum est. Vnde et malefici ex nulla potestate naturali sed solummodo auxilio demonum et ipsi demones amminiculo alicuius alterius rei, vt per spinas, ossa, crines, ligna, ferrum et huiusmodi, quando intromittunt aut instrumentum aliquod reponunt, vt successiue patebit, maleficiales effectus procurant.

DEINDE MAGIS IN SPIRITUALI tenori bulle apostolice inherendo considerandum est de origine maleficorum et eorum operum

<sup>a</sup> -que unnecessary.

<sup>77</sup> *Start of adaptation of Ag.*, Summa 1.117.3. *Rat*: Ad primum ergo dicendum quod sancti dicuntur miracula facere ex potestate gratie, non nature. Quod patet per illud quod Gregorius ibidem dicit: Qui filij dei ex potestate sunt, vt dicit Iohannes, quid mirum si signa facere ex potestate valeant?

<sup>78</sup> *End*

multiplicatione, et primo de ipsis maleficis, secundo de eorum operibus. Vbi notandum quod quia huiusmodi effectum tria habent concurrere, scilicet demon, malefica et diuina permissio (xxxiiij q. i “Si per sortiarias”), Augustinus etiam dicit quod ex pestifera societate<sup>a</sup> hominum et demonum hec superstitiosa vanitas adiuuata est, ideo origo et multiplicatio<sup>b</sup> huius heresis ex pestifera hac societate sumitur, | quod etiam  
 20C ex alijs elicatur. Nam attento quod hec heresis maleficorum non solum differt ab alijs heresibus in hoc quod ipsa per pacta nedum expressa verum etiam placita ac federata in omnem creatoris ac sue<sup>c</sup> creaturarum contumeliam et nocumentum insanit, cum tamen omnes alie simplices hereses per nullum pactum tacitum vel expressum cum demonibus initum, licet non absque instinctu satoris omnis infidie, erroribus propter difficultatem credendorum assentiunt, verum etiam differt ab omni noxia et superstitiosa arte in hoc quod super omnia genera diuinationum ipsa maleficorum heresis supremum attinet gradum malitie, quod etiam nomen a malefaciendo seu male de fide sentiendo sibi usurpat, vt prius tactum est, attento etiam quod inter alios actus habent pro augmento illius perfidie quattuor exercere, videlicet fidem catholicam in toto vel in parte ore sacrilego abnegare, seipsos in corpore et anima deuouere, infantes nondum renatos ipsi maligno offerre, spurcitijs diabolicis  
 20D per carnales actus cum incubis et succubis demonibus insistere – que omnia vtinam aliena ab omni veritate et figmenta forent dicenda, dummodo ecclesia<sup>d</sup> a tanta labe infectionis existeret immunis, cui tamen heu obstat et apostolice sedis per bullam determinatio verum et experientia rerum magistra, que nos ex proprijs earum fassionibus ac flagitijs perpetratis intantum certificauit quod absque dispendio proprie salutis iam ab eorum<sup>e</sup> inquisitionibus desistere nequimus – ideo de illorum origine et multiplicatione pestifera tractaturi, quia laboriosum existit, ideo a legentibus sic summa cum diligentia singula sunt perscrutanda, quod et admittenda que rationi consona et scripturarum traditionibus non dissona inueniuntur.

Et quia inter omnes actus ad multiplicationem eorum deseruientibus<sup>f</sup> duo eorum plurimum<sup>g</sup> cooperantur, scilicet incubi et succubi demones et infantium sacrilege oblationes, ideo de ipsis specialiter tractabimus,

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: sac-

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -pucat-

<sup>c</sup> *Sc. suarum*

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: -e

<sup>e</sup> *Sc. eorum*

<sup>f</sup> *Sc. -es*

<sup>g</sup> *Ed. prin.*: -a

ita tamen vt primo de ipsis demonibus, secundo de ipsis maleficis et tercio de ipsa diuina permissione mentio habeatur. Et quia demones <sup>21A</sup> per intellectum et voluntatem operantur et potius sub vna constellatione quam sub altera ad hoc, vt semen ad proles procreationem vigoretur, inquirendum erit de ipsis constellationibus a demonibus obseruatis. Et ita principaliter queruntur tria: primo, an hec heresis per comparisonem ad demones incubos et succubos possit originaliter multiplicari; secundo, an per comparisonem ad corpora celestia, que etiam cause sunt humanorum actuum, eorum opera possint vigorari; tercio, an per oblationes sacrilegas infantes demonibus offerentes possit ipsa heresis augmentari. Tamen infra secundam et terciam tractabitur secunda questio principalis, scilicet de influentijs corporum celestium, et hoc propter decentem continuationem super opera maleficorum. Circa primum tres erunt difficultates: vna generalis de incubis illis demonibus, altera specialis, a quibus demonibus huiusmodi actus exercentur, tercia singularis quo ad ipsas maleficas demonibus se|subijcientibus.<sup>a</sup> <sup>21B</sup>

#### TERCIA QUESTIO PRIME PARTIS

AD PRIMUM VIDETUR QUOD sit catholicum asserere quod per incubos et succubos demones possint homines procreari. Procreatio hominum instituta est ante peccatum a deo in hoc quod homini mulierem in adiutorium de costa formauit. Quibus et dixit: "Crescite et multiplicamini" (*Genesis* i) et iterum Adam inspiratus dixit: "Erunt duo in carne vna" (*Genesis* iij). Similiter et post peccatum in lege nature dictum est ad Noe: "Crescite et multiplicamini" (*Genesis* ix). In tempore etiam noue legis a Christo hec coniunctio confirmata (*Mathei* xix: "Non legistis quod ab initio qui fecit homines masculum et feminam fecit eos?"). Ergo alij modi homines procreandi non debent assignari.

Si dicatur quod demones concurrunt non vt principia naturalia sed vt artificialia quando studioso cooperantur ad naturales conceptus <sup>21C</sup> hominum semen recipiendo et iterum transfundendo, contra, quia aut hoc posset diabolus in omni statu, videlicet matrimoniali et extra, aut in vno tantum: non primo modo<sup>b</sup> quia tunc opus diaboli esset fortius quam opus dei, qui quemlibet statum instituit aut confirmauit, puta continentium et coniugatorum, nec secundo modo quia de hoc nullubi legitur in scripturis, vt ex vno statu et non ex altero huiusmodi hominum fieret procreatio.

<sup>a</sup> Sc. -es

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: mo do

Preterea, procreare hominem est actus viui corporis, sed demones assumptis corporibus non dant vitam, quia illa tantummodo formaliter fluit ab anima, qui<sup>a</sup> est actus corporis phisici organici potentiam vite<sup>b</sup> habentis (ij *De Anima*): ergo per huiusmodi assumpta corpora opera vite exercere non possunt.

Si dicatur quod assumunt corpus non vt vitam tribuant sed vt semen naturale retineant et transfundant, contra: in operibus angelorum bonorum et malorum, sicut nihil est superfluum, nec etiam in operibus nature, <sup>21D</sup> sed cum demon naturali virtute, qua etiam omnem virtutem corporis excedit, possit inuisibiliter et semen colligere et iterum applicare, igitur aut ratio dabitur quod non possit inuisibiliter hoc facere, aut si potest, alterum erit superfluum.

Fortificatur ratio: nam in<sup>79</sup> libro *De Causis* dicitur quod virtus intelligentie est infinita inferius, quamuis sit finita superius, sed omnia corporalia sunt infra intelligentias:<sup>80</sup> ergo et infinitate sue virtutis potest ea qualitercunque vult immutare. Sed intelligentie sunt angeli, siue boni siue mali. Ergo possunt absque hoc quod corpora assumant transmutationes in seminibus facere.<sup>81</sup>

Preterea, semen recipere ab vno et transfundere in alium fieret per motum localem, sed demones non possunt corpora mouere localiter. Probat<sup>82</sup>: anima est substantia spiritualis sicut et demon, sed anima non potest localiter mouere corpus nisi a se viuificatum, vnde si aliquod membrum mortificetur, redditur immobile: ergo et demones aliquod <sup>22A</sup> corpus mouere localiter nisi ab eis viuificatum | non possunt.<sup>83</sup> Dicitur est autem et quasi per se notum quod demones non viuificant aliquod corpus: ergo nec semen poterunt mouere localiter de loco ad locum.

Preterea,<sup>84</sup> omnis actio est per contactum, vt dicitur primo *De Generatione*, non videtur autem quod possit esse aliquis contactus demonis ad corpora, cum nihil habeat cum eis commune: cum ergo semen immittere

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: que

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: potentia vitam; cf. operatio potentie corporis viuientis (*Aq.*, *Sent.* 4.8.1.4c.Co.)

<sup>79</sup> *Start of Aq.*, *De Malo 16.9.Ag8*

<sup>80</sup> *Aq.*: -am

<sup>81</sup> *End (last clause is possunt ergo corpora formaliter transmutare in Aq.)*

<sup>82</sup> *Start of adaptation of Aq.*, *De Malo 16.10.Ag2*: Probat<sup>82</sup>: anima est substantia spiritualis sicut et demon, sed anima non potest localiter mouere corpus nisi a se viuificatum, vnde si aliquod membrum mortificetur, redditur immobile: ergo non possunt aliquod corpus mouere localiter.

<sup>83</sup> *End*

<sup>84</sup> *Start of adaptation of Aq.*, *De Malo 16.10.Ag3*: Preterea, omnis actio est per contactum, vt dicitur primo de generatione, non videtur autem quod possit esse aliquis contactus demonis ad corpora, cum nihil habeat cum eis commune: cum ergo mouere localiter sit quoddam agere, videtur quod daemones non possint corpora localiter mouere.

et mouere localiter sit quoddam agere, videtur quod demones illa facere non possint.<sup>85</sup>

Preterea,<sup>86</sup> demones non possunt mouere corpora magis propinquiora eis in ordine nature, vt sunt celestia, ergo nec alia magis distantia. Antecedens probatur quia cum mouens et motum sint simul (ij *Physicorum*) sequeretur quod demones mouentes corpora celestia essent in celo, quod neque secundum nos neque secundum platonicos habet veritatem.<sup>87</sup>

Sed<sup>88</sup> contra. Augustinus (iij *De Trinitate*): “Demones colligunt semina que adhibent ad corporales effectus,” hoc autem sine motu locali fieri non potest: ergo demones possunt semina recepta ab aliquibus in | 22B alios transfundere.<sup>89</sup>

Item, glosa<sup>90</sup> Strabi super istud *Exodi* vij (“Vocauit Pharao sapientes” etc.) dicit quod demones discurrunt per mundum et colligunt diuersa semina et ex eorum adaptatione possunt prorumpere<sup>91</sup> diuerse species<sup>92</sup> (videatur etiam glosa ibidem super illa verba “uocauit pharao”).

Item, *Genesis* vi.: super illud: “Videntes filij dei filias hominum” etc. glosa duo dicit: primo, quod per<sup>93</sup> filios dei filij Seth intelliguntur et per filias hominum filie Cayn;<sup>94</sup> secundo dicit quod non<sup>95</sup> est incredibile non ab hominibus sed a quibusdam demonibus qui mulieribus sunt improbi huiusmodi homines, id est, gigantes esse procreatos, de quibus in littera dicitur:<sup>96</sup> “Gigantes autem erant super terram, quia et post diluuium corpora non solum virorum sed etiam mulierum incredibilis pulcritudinis exstiterunt.”<sup>97</sup>

<sup>85</sup> End

<sup>86</sup> *Start of adaptation of Aq.*, De Malo 16.10.Ag4: Preterea, si demones possent aliqua corpora mouere localiter, maxime possent mouere localiter corpora celestia, que propinquiora sunt eis in ordine nature. Sed corpora celestia mouere non possunt: “quia cum mouens et motum sint simul,” vt dicitur in vij *Physicor.*, sequeretur quod demones neque sint in celo, quod neque secundum nos est verum neque secundum Platonicos. Ergo multo minus possunt mouere alia corpora.

<sup>87</sup> End

<sup>88</sup> *Start adaptation of Aq.*, De Malo. 16.10.SC: Sed contra. Augustinus (iij *De Trinitate*): “Demones colligunt semina que adhibent ad corporales effectus,” hoc autem sine motu locali fieri non potest: ergo demones possunt corpora mouere localiter . . .

<sup>89</sup> End

<sup>90</sup> *Start of Nider*, Praec. 1.11.7 (L)

<sup>91</sup> *Nider*: producere

<sup>92</sup> End

<sup>93</sup> *Start of adaptation of Glossa Ordinaria on Gen. 6:2*: Filij Seth religiosi intelliguntur per filios dei, qui victi concupiscentia ex filiabus hominum, id est, ex stirpe Cain, uxores acceperunt.

<sup>94</sup> Pause

<sup>95</sup> Resume

<sup>96</sup> de . . . dicitur: not in Glossa

<sup>97</sup> End

Responsio. Quia de potestate ac operibus diaboli circa maleficiales effectus plura oportet causa breuitatis obmittere, ideo pio lectori tanquam per se nota relinquuntur, vel adminus si noscere velit in scriptis doctorum, super *Secundo Sententiarum*, distinctione v singula ad vnguem elucidata inueniet. Conspiciet enim quod cuncta opera sua per intellectum et voluntatem demones exequantur, item quod hec data naturalia non sunt immutata, sed iuxta Dionisium (iiij ca. *De Diuinis Nominibus*) manserunt integra et splendidissima, quamuis eis vti ad bonum virtutis non valeant.<sup>98</sup> Inueniet etiam quantum ad intellectum quod triplici<sup>99</sup> acumine scientie vigent, scilicet subtilitate nature, experientia temporum et reuelatione supernorum spirituum.<sup>100</sup> Inueniet etiam in quibus et qualiter conditiones<sup>a</sup> et naturales hominum impressiones ex influentijs corporum celestium predominantes agnoscunt, vnde et eliciunt aliquos magis esse dispositos ad maleficia exequenda quam alios, quos etiam pre ceteris ad huiusmodi exequenda magis infestant. Quantum vero ad eius voluntatem reperiet ipsam immobiliter malo inherere, semper peccare peccatis superbie,<sup>b</sup> inuidie et summe displicentie, quod deus pro sui gloria | eo vitur contra suam voluntatem. Cognoscet qualiter ex his duobus, scilicet intellectu et voluntate, mira operatur ita quod non est potestas in terra que eis potest comparari (*Job* xli: “Non est super terram potestas que ei valeat comparari qui factus est vt neminem timet” vbi glosa: “Et licet neminem timet, meritis tamen sanctorum subiacet”). Inueniet etiam qualiter cognoscit cogitationes cordium nostrorum, qualiter etiam possit transmutare corpora adminiculo alterius agentis substantialiter et accidentaliter, qualiter etiam possit mouere corpora localiter, immutare etiam sensus exteriores et interiores ad aliquid cogitandum, qualiter etiam possit immutare hominis intellectum et voluntatem (licet indirecte).

Que omnia licet ad presentem nostram deseruirent speculationem, volumus tamen ex illis solummodo eorum proprietates concludere vt ad questionis discussionem procedatur. Sunt autem proprietates a theologis assignate quod sunt spiritus impuri,<sup>c</sup> licet non immundi ex natura, quia | in eis secundum Dionisium inest<sup>101</sup> furor irrationalis, amens

<sup>a</sup> Sc. -ditiones

<sup>b</sup> Ed. prin.: -bi

<sup>c</sup> Ed. prin.: in|puri

<sup>98</sup> *Aq.*, Sent. 2.7.2.1.SC 2: Item Dionysius dicit: “Data autem angelica dona nequaquam mutata esse dicimus, sed manere integra et splendidissima.” Sed inter alia attributa naturalia angelorum vnum fuit perspicacitas intelligentie. Ergo hoc adhuc in eis manet.

<sup>99</sup> *Start of Aq.*, De Malo 16.7.Ag10

<sup>100</sup> *End (see also Aq.*, Sent. 2.7.2.1, Co, Ra3)

<sup>101</sup> *Start of Aq.*, Sent. 2.7.2.1.Ag1

concupiscentia, fantasia proterua<sup>102</sup> – intellige quo ad peccata eorum spiritualia, scilicet superbiam, inuidiam et iram – vnde sunt humani generis inimici mente rationales, absque tamen discursu intelligentes, in nequitia subtiles, nocendi cupidi, semper in fraude noui; mutant sensus, inquinant affectus, vigilantes turbant, dormientes per somnia inquietant, morbos inferunt, tempestates concitant, in lucis angelos se transformant, semper infernum secum portant, erga maleficos diuinum cultum sibi vsurpant, magice artes per eos fiunt, super bonos dominari appetunt et amplius proposse infestant, electis ad exercitium dantur, semper fini hominis insidiantur, et licet mille nocendi habeant modos et artes<sup>103</sup> (xvi q. ij) vtpote qui conatur<sup>104</sup> a principio ruine sue vnitatem ecclesie rescindere, charitatem vulnerare, sanctorum operum dulcedinem inuidie felle inficere et omnibus modis humanum genus euertere et perturbare,<sup>105</sup> potestas tamen eius in lumbis et vmbelico manet 23B (*Job* penultimo), quia videlicet per luxuriam carnis multum dominantur hominibus. Sedes enim luxurie in viris est in lumbis quia inde deceditur semen, sicut mulieribus ab vmbelico.

His presuppositis ad intellectum questionis de incubis et succubis demonibus, dicendum quod asserere per incubos et succubos demones homines interdum procreari intantum est catholicum quod eius oppositum asserere est nedum dictis sanctorum sed et traditioni sacre scripture contrarium, quod sic deducitur.

Nam Augustinus<sup>106</sup> hanc questionem non quidem quo ad maleficos sed quantum ad ipsas operationes demonum et ad fabulas poetarum in vno loco mouet et sub dubio reliquit, licet postea quantum ad processum sacre scripture determinat. Nam (li. iij *De Ciuitate Dei* ca. ij) dicit: “Vtrum potuerit Venus ex concubitu Anchisis Eneam parere, in medio relinquamus. Nam pene talis questio in scripturis oritur<sup>107</sup> qua queritur, vtrum preuaricatores angeli cum filiabus hominum concubuerunt,<sup>108</sup> 23C vnde natis gigantibus, id est, nimium grandibus et fortibus viris, tunc

<sup>102</sup> *End*

<sup>103</sup> Decretum 2.16.2.1: Habet enim mille nocendi modos.

<sup>104</sup> *Start of Decretum 2.16.2.1 (with namque in place of vtpote qui). The singular verb conatur results from clumsy quotation (versutus hostis is the subj. in Decretum)*

<sup>105</sup> *End*

<sup>106</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.9 (228D), which begins: Hanc questionem sanctus Augustinus (de Ci. Dei li. iij, ca. v) quidem mouet sed non determinat, vbi sic dicit: vtrum potuerit Venus ex concubitu Anchisis Eneam parere vel Mars ex concubitu iunioris filie Romulum gignere, in medio relinquimus . . .*

<sup>107</sup> *Nider: nostris aboritur*

<sup>108</sup> *Nider: concuberint*

terra repleta<sup>109</sup> est. Sed (li. v ca. xxij)<sup>110</sup> questionem determinet in hec verba: “Creberrima<sup>111</sup> fama est multique se expertos vel ab eis qui experti erant, de quorum fide dubitandum non est, se<sup>112</sup> audisse confirmant siluanos et faunos,<sup>113</sup> quos vulgus incubos vocant, improbos<sup>a</sup> exstittisse mulieribus ac earum appetisse ac peregisse concubitum, et quosdam demones, quos dusios Galli nuncupant, assidue hanc immundiciam et tentare et efficere plures<sup>b</sup> talesque asseuerant, vt hoc negare impudentie videatur.” Hec ille. Postea ibidem determinat secundam questionem, videlicet quod illud *Genesis*<sup>114</sup> “Videntes filij dei, id est, Seth, filias hominum, id est, Cayn<sup>115</sup> non de incubis solum<sup>116</sup> intellegitur. Quod autem incubos esse non sit incredibile,<sup>c</sup> ad illud (ibidem) est glosa, que sic dicit, vt prius tactum est:<sup>117</sup> Non est incredibile non ab hominibus sed ab angelis vel quibusdam demonibus<sup>118</sup> qui mulieribus sunt improbi  
 23D eiusmodi homines, id est, gigantes esse procreatos, | de<sup>119</sup> quibus in littera dicitur: “Gigantes autem erant super terram, qui<sup>120</sup> et post diluuium” etc. (vt supra).<sup>121</sup> Ad idem est glosa *Esaie* xiiij, vbi propheta desertionem babilonice ciuitatis predicat et monstra in ea habitanda (“Jbi,” inquit, “habitabunt struconnes<sup>d</sup> et<sup>e</sup> pilosi ibi saltabunt” – “demones” intellige loco “pilosus”<sup>122</sup> – vnde glosa dicit: “Pilosus<sup>123</sup> sunt siluestres homines, hispidi, qui incubones vel satiri, certa genera demonum.”);<sup>124</sup>

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -as

<sup>b</sup> *So Nider*, Form. 229A; *ed. prin.*: pluries

<sup>c</sup> *So Nider*; *ed. prin.*: credibile

<sup>d</sup> *So Nider*, Form. 229C; sc. strucones (*so Vulgate Is. 13:21*)

<sup>e</sup> *Ed. prin.*: eet

<sup>109</sup> *Nider*: completa

<sup>110</sup> *Nider*: li. xv, ca. xxij

<sup>111</sup> *Nider*: Et quoniam creberrima

<sup>112</sup> *Not in Nider*

<sup>113</sup> *Nider*: faunos pauos

<sup>114</sup> *Nider*: Genesis vi.

<sup>115</sup> *Nider*: Cham!

<sup>116</sup> *Not in Nider!*

<sup>117</sup> *Clause not in Nider*

<sup>118</sup> *Nider*: non est incredibile ab hominibus, ab angelis, sed quibusdam demonibus. *The gloss itself has ab hominibus non ab angelis vel quibusdam demonibus, which Nider has garbled. The reading here must be an attempt to represent the sense of Nider.*

<sup>119</sup> *Nider*: scilicet de

<sup>120</sup> *Nider* (*and Glossa Ord.*): quia

<sup>121</sup> *Nider*: super terram: quia et post diluuium corpora non solum virorum sed eciam mulierum incredibilis magnitudinis extiterunt. *Here, this clause appears to be the truncated end of the biblical quotation (see 22B; in fact the quotation should end at super terram) but is in fact an explanation of why it is not impossible to believe that the giants were born of humans.*

<sup>122</sup> *Phrase not in Nider*

<sup>123</sup> *Start of Glossa Ordinaria on Is. 13:21*

<sup>124</sup> *End*

et *Esaię* xxxiiij super illo, vbi prophetat desolationem terre Jdumeorum, qui persequebantur Judeos ("Erit," inquit, "cubile draconum et pascua strutionum et occurrent demonia;" glosa interlinearis: "Jd est, monstra demonum adinuicem"); et glosa beati Gregorij ibidem: "Qui alio pilosi nomine figurantur, non hi quos Greci panos, Latini vero incubos vocant?"<sup>125</sup> Ad idem est beatus Jsidorus (li. viij, ca. vltimo) sic dicens: "Pilosus qui Grece Paniti, Latine incubi appellantur, vnde et incubi dicuntur ab incubando, hoc est, stuprando. Sepe enim improbi existunt etiam mulieribus et earum peragunt concubitum, quos demones Galli dusios <sup>24A</sup> nuncupant, quia assidue<sup>a</sup> hanc peragunt immundiciam. Quem autem vulgo incubonem vocant, hunc Romani faunum<sup>b</sup> ficarium dicunt. Ad quem Oratius dixit: 'Faune, nympharum fugientium amator, per meos fines et aprica rura lenis incedas.'" Insuper illud apostoli (*i Corinthiorum* xi): "Mulier debet habere velamen<sup>126</sup> super caput suum propter angelos" multi catholici exponunt quod sequitur: "Propter angelos, id est, incubos." Ad idem est Beda in *Historijs Angelorum*, item Guilielmus in libro *De Vniuerso* (parte vltima tractatus vi<sup>127</sup> multipliciter). Preterea, hoc determinat sanctus doctor (*Prima Parte* q. xv et in *Secundo* scripto dis. viij et *Quodlibeto* vij q. x atque *Super Esaim* capitulis xiiij et xxxiiij). "Vnde talia negare," dicit Thomas, "imprudencie<sup>c</sup> est." Jd enim quod multis videtur non potest omnino falsum esse secundum philosophum in *De Somno et Vigilia* in fine et in ij<sup>128</sup> *Ethicorum*. Sileo de historijs multis et auctenticis tam catholicorum quam ethnicorum, qui incubos esse palam asseuerunt. <sup>24B</sup>

Causa autem quare demones se incubos faciunt vel succubos,<sup>129</sup> non delectationis est causa, cum spiritus carnem et ossa non habeat, sed hec est potissima, vt<sup>130</sup> per luxurie vitium vtriusque hominis naturam ledant, corporis videlicet et anime,<sup>131</sup> vt sic ad omnia vitia homines proniores existant.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -dne

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -nnm

<sup>c</sup> *So Nider 230A* (Malleus 23C: impudencie)

<sup>125</sup> *The following sentence in Nider is omitted: de demonibus etiam Cassianus (coll. i Abbatis Sereni) passum exponit prefatum.*

<sup>126</sup> *The Vulgate has potestatem, which has been replaced (in Nider) with velamen, which makes much more sense in the context.*

<sup>127</sup> *Nider: parte vl. cir. vi*

<sup>128</sup> *Nider: vij*

<sup>129</sup> *Pause (Nider adds: hoc esse videtur)*

<sup>130</sup> *Resume*

<sup>131</sup> *Pause (Nider continues: qua in lesione precipue delectari videtur)*

Nec dubium quin et sub certis constellationibus semina vigorare sciunt, sub quibus homines etiam concepti semper malitijs existunt deprauati. Vnde<sup>132</sup> et enumeratis per altissimum multis luxurie vitijs a quibus suum populum mundum esse voluit et quibus infideles irretiti erant, ait (*Leuitici* xvij): "Ne polluamini in omnibus his quibus contaminate sunt gentes, quas ego etiam<sup>a</sup> ante conspectum vestrum, e quibus polluta est terra, cuius scelera ego visitabo." Dicit glosa super verbo "gentes": "Demones," inquit, "qui propter multitudinem dicuntur gentes vniuerse,<sup>b</sup> qui cum omni peccato gaudent, precipue tamen fornicatione<sup>c</sup> et idolatria, quia in his et corpus et anima maculatur et totus homo, qui terra dicitur. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat.<sup>133</sup> Si cui libet intueri historias de incubis et succubis, inspiciat (vt supra) Bedam in *Historijs Angelorum* et Guilhelumum, Thomam denique Brabantinam in libro qui *De Apibus* intitulatur.

Ad argumenta.

Ad primum de naturali propagatione instituta a deo inter marem et feminam dicitur quod sicut dei permissione sacramentum matrimonij potest opere diaboli vitari per maleficia, vt supra patuit, ita a simili et a fortiori in quolibet alio actu venereo inter marem et feminam.

Sed si queritur, quare potius in actu et super actum venereum diabolo permittitur maleficia exercere quam super alios humanos actus, dicitur quod multiplex causa assignatur a doctoribus, de quibus inferius sub illa parte, vbi de permissione diuina discutitur. Ad presens sufficit causa que prius<sup>d</sup> tacta est, scilicet quod potestas demonis est in lumbis hominum, quia in inter omnia certamina duriora sunt prelia certaminis, vbi continua pugna et raro victoria.

Nec valet vbi dicitur quod tunc opus diaboli esset fortius opere dei, cum actus matrimoniales a deo institutos posset vitare, quia non vitiat per violentiam, imo cum nihil valeat inficere nisi a deo permissus, ideo magis per hoc eius impotentia concluditur.

Ad secundum. Verum est quod procreare hominem est actus viui corporis, sed cum dicitur quod demones non possunt dare vitam, quia illa fluit formaliter ab anima, iterum verum est, sed quia

<sup>a</sup> So Nider 230B (and Vulgate Lev. 18:24) (=eiciam); ed. prin.: etiam

<sup>b</sup> So Nider 230B, Glossa Ordinaria; ed. prin.: vniuersi

<sup>c</sup> Ed. prin.: forniatioe

<sup>d</sup> Ed. prin.: -ns

<sup>132</sup> Resume

<sup>133</sup> End (the next sentence is a paraphrase of the end of Nider)

materialiter descenditur<sup>a</sup> a semine et demon incubus illud immittere potest deo permittente per coitum et non tanquam ab eo descisum<sup>b</sup> sed per semen alicuius hominis ad hoc acceptum, vt dicit sanctus doctor in *Prima Parte* (q. li. ar. iij) vtpote<sup>134</sup> quod idem demon qui est succubus ad virum fiat incubus ad mulierem, sicut etiam aliarum rerum semina assumunt ad aliquarum rerum generationem, | vt Augustinus <sup>25A</sup> dicit (iij *De Trinitate*): vnde si queritur, cuius filius sic natus existit, patet quod non<sup>135</sup> est filius demonis sed illius hominis cuius est semen acceptum.<sup>136</sup>

Sed cum instatur quod nihil est superfluum in operibus angelorum, sicut et nature, conceditur, sed cum infertur quod demon potest inuisibiliter semen et recipere et infundere, verum est, hoc autem potius operatur visibiliter vt succubus et incubus, vt sic per talem spurciam inficiat corpus et animam et in vtroque homine, mulieris scilicet et viri, vt in corpore questionis tactum est.

Preterea, plura possent demones inuisibiliter que<sup>c</sup> tamen non permittuntur, etiam si vellent, exercere,<sup>137</sup> permittuntur autem visibiliter vel in exercitium bonorum vel correctionem malorum.

Posset denique contingere quod loco demonis succubi alter semen reciperet ab eo et incubum loco alterius demonis se faceret, et hoc triplici ex causa, puta quia demon deputatus mulieri reciperet semen ab altero demone deputato viro, vt sic vnusquisque circa | sibi a principe <sup>25B</sup> demoniorum commissum habeat maleficium exercere, cum vnique proprius deputetur angelus etiam a malis, vel propter feditatem actus quam demon vnus facere abhorreret, cum, vt in sequenti questione patebit, certi demones ex nobilitate nature certos actus et spurcias facere abhorrent, vel quod inuisibiliter loco viri seminis suum semen, id est, quod incubus recepit, inuisibiliter se interponendo mulieri intro-mittat, quam interpositionem facere non est contra eius naturam aut virtutem, cum etiam in corpore assumpto inuisibiliter et incontrectabiliter se interponere potest, sicut supra de illo iuvene qui idolum desponsauerat patuit.

<sup>a</sup> *Sc. decid- to judge by Aq. (though on 109D the relevant verb is clearly considered to be descendere, not decidere. a confusion no doubt compounded by medieval pronunciation)*

<sup>b</sup> *Sc. decis- (see preceding note)*

<sup>c</sup> *Ed. prin.: qui*

<sup>134</sup> *Start of Aq., Summa 1.51.3. Ra6*

<sup>135</sup> *For vnde si . . . quod non Aq. has: vt sic ille qui nascitur*

<sup>136</sup> *End*

<sup>137</sup> *Cf. Aq., De Malo 16.11. Ra10*

Ad tertium, hoc quod dicitur quod virtus<sup>138</sup> angeli est infinita respectu superiorum,<sup>a</sup> hoc est, quia eius virtus comprehendi non potest ab inferioribus, quin semper superexcedit ea,<sup>b</sup> ita quod non limitatur ad vnum effectum tantum: et hoc ideo quia suprema in entibus habent virtutes  
 25C maxime vniuersales, vnde propter hoc quod est infinita superius<sup>c</sup> non potest dici quod possit indifferenter in omnem effectum illum ad producendum,<sup>139</sup> quia sic etiam diceretur infinita inferius, sicut superius.

Demum quia inter agens et patiens debet esse proportio et nulla potest esse proportio inter substantiam pure spiritualem et corporalem, ideo nec ipsi demones possent in aliquem effectum nisi mediante aliquo alio principio actiuo: inde est quod seminibus rerum vtuntur ad effectos producendos iuxta Augustinum (iij *De Trinitate*).<sup>140</sup> Vnde hoc argumentum redundat in precedens nec per illud fortificatur, nisi quis vellet declarationem eius habere, quare intelligentie asseruntur habere virtutes infinitas superius et non inferius,<sup>d</sup> et daretur sibi ex ordine rerum corporalium et corporum celestium, que<sup>e</sup> secundum se in plures et infinitos effectus influere possent, hoc autem non fit propter debilitatem inferiorum.

Concluditur quod demones, licet absque hoc quod corpora assumant, possint transmutationes in seminibus facere. Hoc nihil arguit contra  
 25D hoc quod hic intenditur de incubis et succubis, quorum actus exercere non possunt nisi in assumptis corporibus secundum quod supra tactum est.

Ad quartum,<sup>141</sup> quod demones non possunt mouere corpora localiter, vnde nec semen etc., probaturque ibi de anima per similitudinem, dicendum quod aliud est loqui de substantia spirituali ipsius angeli aut demonis et aliud de ipsa anima. Hoc enim quod anima<sup>142</sup> non potest mouere corpus localiter nisi sit viuificatum ab ea,<sup>143</sup> vel per contactum corporis ad

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: super-: but *Aq.* has inferiorum! Schnyder (1993) 117 and Behringer et al. (2000) 188 n. 222 would restore the latter, but see note to the translation.

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: eam

<sup>c</sup> Behringer et al. (2000) 188 n. 223: inferius, but this is directly refuted later in this parag. and in the next.

<sup>d</sup> For superius . . . inferius Schnyder (1993) 117 and Behringer et al. (2000) 189 n. 225 would read inferius . . . superius.

<sup>e</sup> *Ed. prin.*: qui

<sup>138</sup> *Start of adaptation of Aq.*, De Malo 16.9. *Raz*: . . . virtus intelligentie dicitur esse infinita respectu inferiorum, inquantum non potest ab inferioribus comprehendi, sed superexcedit ea, non autem ita quod indifferenter omnem effectum in eis producere possit.

<sup>139</sup> *End*

<sup>140</sup> For this clause, cf. *Aq.*, De Malo 16.9. *Rato*

<sup>141</sup> For the args. of this para., cf. *Aq.*, De Malo 16.10. *Raz*, 3, 4

<sup>142</sup> *Start of Aq.*, De Malo 16.10. *Ag2*

<sup>143</sup> *End*

aliud corpus non viuificatum,<sup>144</sup> hoc est, quia tenet<sup>145</sup> infimum gradum in ordine substantiarum spiritualium,<sup>146</sup> ex quo etiam contingit quod illud corpus quod habet mouere etiam per contactum oportet quod sit proportionatum,<sup>147</sup> non sic autem est de demonibus quorum virtus omnino corporalem virtutem excedit.<sup>148</sup>

Ad quintum. Dicendum quod contactus demonis ad corpus seminis vel cuiuscunque alterius non est contactus corporalis sed virtualis et fit secundum proportionem conuenientem tam mouenti quam mobili ita quod illud corpus quod mouetur non excedat proportionem | uirtutis demonis, vt sunt corpora celestia et etiam tota terra vel elementa mundi.<sup>149</sup> 26A

Et quare illa excedunt dicere possumus, vt dicit sanctus Thomas in *Questionibus De Malo* (q. x "De demonibus") quod hoc est vel propter conditionem nature vel propter damnationem culpe.<sup>150</sup> Est<sup>151</sup> enim ordo rerum, sicut secundum naturam ipsarum, ita et secundum motum, et sicut superiora corpora celestia mouentur a superioribus substantijs<sup>a</sup> spiritualibus, vt sunt angeli boni, ita inferiora corpora moueri possunt a substantijs spiritualibus inferioribus, vt sunt demones. Et siquidem hoc contingit eis secundum conditionem nature secundum quod aliqui ponebant demones non esse ex illis superioribus angelis, sed ex illis que proficiuntur<sup>b</sup> a deo huic terrestri ordini, vt erat philosophorum opinio, vel etiam si contingit ex pena peccati, vt theologorum sententia est, tunc a celestibus sedibus detrusi in hunc aerem tanquam ad penam, non possunt ipsum aut terram commouere.<sup>152</sup>

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: sn-

<sup>b</sup> *So Aq.; ed. prin.*: p

<sup>144</sup> *For the sense of this clause cf. Aq., De Malo 16.10.Ag3*

<sup>145</sup> *Start of Aq., De Malo 16.10.Raz*

<sup>146</sup> *End*

<sup>147</sup> *Sense of this clause from Aq., De Malo 16.10.Raz*

<sup>148</sup> *Aq., De Malo 16.10.Raz4 states that demons cannot move the corpora celestia because the latter exceed the proportion of the demons' virtue.*

<sup>149</sup> *Cf. Aq., De Malo 16.10.Raz3: ... demonis ad corpus non est contactus corporalis sed virtualis; qui quidem requirit conuenientiam proportionis mouentis ad mobile.*

<sup>150</sup> *Propter ... culpe: from Aq., De Malo 16.10.Raz4*

<sup>151</sup> *Start of adaptation of Aq., De Malo 16.10.Co.: ... In actionibus virtutum actiuarum considerandus est ordo rerum, qui non solum attenditur secundum naturas ipsarum sed etiam secundum earum motus ... Sicut ergo superiores substantie spirituales mouent superiora celestia corpora, ita etiam inferiores mouere possunt localiter inferiora corpora, quales sunt demones; siue hoc habeant ex conditione nature, siue secundum illos qui dicunt quod demones non fuerunt ex illis superioribus angelis sed ex illis qui proficiuntur a deo huic terrestri ordini secundum proportionem sue nature, siue etiam hoc eis conueniat ex pena peccati propter quam sunt detrusi a celestibus sedibus in hunc aerem, secundum Gregorium, qui ponit aliquos de supremis angelis per peccatum cecidisse.*

<sup>152</sup> *End*

26B Hec addita sunt propter duo argumenta que tacite soluuntur, scilicet de corporibus celestibus, quod illa etiam possent mouere, si possent corpora localiter mouere, quia sunt eis magis propinqua, vt etiam vltimum argumentum pretendit. Respondetur enim quod non valet quia illa corpora excedunt proportionem virtutis eorum, siquidem prima opinio locum habet. Si vero non sed secunda, tunc iterum non possunt mouere propter penam peccati.

Est etiam ad argumentum, vbi quis obijceret quod idem<sup>153</sup> est motus totius et partis, sicut totius terre et glebe (in iij *Phisicorum*), vnde si demones possent mouere partem terre, possent etiam mouere terram.<sup>154</sup> Non valet, vt patet intuenti distinctionem. Colligere autem semina rerum et applicare ad certos effectus non excedit eorum virtutem naturalem deo eis permittente, vt de se patet.

Summarie concludatur quod non obstante quod quidam<sup>155</sup> dicunt demones in assumptis corporibus nullo modo posse generare et quod per filios dei significantur filij Seth et non angeli incubi, sicut et per filias  
26C hominum ille que de stirpe Cayn descenderant, quia tamen contrarium a multis, vt patuit, asseritur, et quod multis videtur non potest omnino esse falsum secundum philosophum<sup>156</sup> in vij *Ethicorum* et in fine *De Somno et Vigilia*, iam etiam modernis temporibus attestantur facta et dicta maleficarum talia vere et realiter exequentium, ideo dicimus tria: primo, quod per tales demones spurcissimi actus venerei non delectationis sed infectionis anime et corporum quibus succubunt aut incubunt causa exercentur; secundo, quod per talem actum completa conceptio et generatio a mulieribus fieri potest,<sup>157</sup> in quantum<sup>158</sup> semen humanum apponere possunt in loco conuenienti ventris mulieris ad materiam proportionatam ibidem preexistentem, a simili sicut et semina aliarum rerum colligere possunt ad complendum aliquos effectus;<sup>159</sup> tercio, quod demonibus attribuitur in talium generatione illud tantum quod est motus localis, non<sup>160</sup> autem ipsa generatio cuius principium non est virtus demonis  
26D aut corporis ab eo assumpti, sed virtus illius | cuius semen fuit, vnde et genitus non demonis sed alicuius hominis filius est.<sup>161</sup>

<sup>153</sup> *Start of Aq., De Malo 16.10. Ag8*

<sup>154</sup> *End*

<sup>155</sup> *Start of Aq., Sent. 2.8.1.4b. Co.*

<sup>156</sup> *Pause*

<sup>157</sup> ... ideo dicimus ... fieri potest *is adaptation of* ideo potest dici quod per eorum actum complerur generatio

<sup>158</sup> *Resume*

<sup>159</sup> *Pause*

<sup>160</sup> *Resume (after omission of vt attribuat id tantum eis quod est motus localis)*

<sup>161</sup> *End*

Et per hec patet responsio ad argumenta, vbi quis arguere vellet quod demones generare non possent propter duo, primo quod<sup>162</sup> generatio completur per virtutem formatiuam que est in semine <ex><sup>163</sup> corpore viuo resoluta, et corpus a demonibus assumptum,<sup>164</sup> quia non est tale, ergo etc. Patet responsio, quia demon virtutem<sup>a</sup> seminis formatiuam reponit ad locum debitum etc.

Secundo, si<sup>165</sup> dicatur quod semen non habet virtutem generandi nisi quamdiu calor anime in eo retinetur quem tamen exhalare necesse est per magnam distantiam delatum<sup>166</sup> – est enim responsio quod demones<sup>167</sup> possunt aliqua reponere ad conseruationem seminis, ne calor vitalis euaporet, vel etiam quia velocissime mouentur propter victoriam mouentis super rem motam.<sup>168</sup> Ideo non poterit euaporari tam faciliter.

QUARTA QUESTIO: A QUIBUS DEMONIBUS HUIUSMODI  
EXERCENTUR

VTRUM CATHOLICUM SIT ASSERERE quod actus incuborum et<sup>27A</sup> succuborum demonum conueniat omnibus spiritibus immundis indifferenter et equaliter.

Et videtur quod sic, quia oppositum asserere esset ordinem quandam bonum inter eos affirmare. Probat: sicut ad rationem boni pertinet modus et ordo (Augustinus in libro *De Natura Boni*), ita ad rationem mali pertinet inordinatio, sed in angelis bonis nihil est inordinatum, ergo et in malis nihil potest esse ordinatum. Vnde indifferenter huiusmodi actibus habent insistere; inde etiam illud, vbi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat, in terra videlicet miserie et tenebrarum (*Job x*).<sup>169</sup>

Preterea, si non omnes indifferenter his actibus insistunt, hoc eis competit vel ex natura vel ex culpa vel pena.<sup>170</sup> Non ex natura, quia post

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -e

<sup>162</sup> *Start of Aq., Sent. 2.8.1.4b.SC 1*

<sup>163</sup> *So Aq.*

<sup>164</sup> *End* (et . . . assumptum is sed corpus assumptum a demonibus et ab angelis non est viuum in Aq.)

<sup>165</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.8.1.4b.SC 2*: Si dicatur quod generant per hoc quod idem demon succubus ad virum est recipiens ab eo quod postmodum in mulierem transfudit, factus incubus ad eam. contra est, quod semen non habet virtutem generandi nisi quamdiu calor anime in eo retinetur, quem oportet exhalare per magnam distantiam delatum.

<sup>166</sup> *End*

<sup>167</sup> *Start of Aq., Sent. 2.8.1.4b.SC2*

<sup>168</sup> *End*

<sup>169</sup> *Quotation from Aq., Sent. 2.6.1.4.Agi* (in terra miserie et tenebrarum. nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat)

<sup>170</sup> *Cf. Aq., Summa 1.109.2.Agy*: Preterea, si in eis est aliqua prelatio, aut hoc pertinet ad eorum naturam aut ad eorum culpam vel penam . . .

peccatum omnes indifferenter, vt in precedenti questione tactum est, sunt in natura ipsorum spiritus impuri, licet non immundi, quantum  
 27B ad diminutionem naturalium bonorum ("in nequicia subtiles, nocendi cupidi, per superbiam tumidi" etc.). Ergo competit eis quo ad culpam vel penam.

Tunc sic: vbi est maior culpa, ibi maior pena, sed superiores angeli magis peccauerunt,<sup>171</sup> ergo in eorum penam magis his spurcitijs habent insistere. Si hoc non est, dabitur ratio alia, cur non illis actibus indifferenter insistant.

Preterea,<sup>172</sup> vbi non est subiectio et obedientia, ibi omnes indifferenter operantur, sed in demonibus nulla est subiectio et obedientia. Probat, quia illa sine concordia haberi non possunt, sed in demonibus nulla est concordia (*Proverbiorum* xij: "Inter superbos semper sunt iurgia").<sup>173</sup>

Preterea, sicut equaliter omnes propter culpam post diem iudicij in infernum detrudentur, ita et ante illud tempus in aere caliginoso propter officium eorum detinentur, nec legitur esse inequalitas ex parte mancipationis: ergo nec inequalitas ex parte officij et tentationis.

Sed<sup>174</sup> contra glosa (*i ad Corinthios* xv): quamdiu durat mundus, angeli angelis, homines hominibus, demones demonibus presunt.

27C Item *Job* xl dicitur de squamis | leuiathan per quas membra diaboli significantur, quod vna vni adheret:<sup>175</sup> ergo inter eos est diuersitas et ordinis et actionis.

Incidentaliter queritur, an a bonis angelis ipsi demones ab huiusmodi eorum spurcitijs exequendis interdum impediuntur vel non. Et dicendum quod quia potestates dicuntur angeli quorum ditioni virtutes aduersae subiectae sunt, vt Gregorius dicit et Augustinus (*De Trinitate*: "Spiritus vite desertor atque peccator regitur per spiritum vite rationalem, pium et iustum"),<sup>176</sup> et sicut ille<sup>177</sup> creature super alias influentiam habent que sunt perfectiores et deo propinquiores,<sup>178</sup> eo quod

<sup>171</sup> Cf. *Aq.*, Sent. 2.6.1.4. *Ag4*: Preterea, superiores demones grauius peccauerunt secundum quod naturalia meliora acceperunt per que stare possent. Sed illi qui magis peccauerunt grauius debent puniri.

<sup>172</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 1.109.2. *Ag2*: Preterea, vbi non est obedientia et subiectio, non est prelatio. Hec autem sine concordia esse non possunt, que in demonibus nulla est secundum illud *Prou.* 13: "Inter superbos semper sunt iuriga." Ergo in demonibus non est prelatio.

<sup>173</sup> *End*

<sup>174</sup> *Start of Aq.*, Summa 1.109.2. *SC 1*

<sup>175</sup> *End (Aq. continues: et tenentes se nequaquam separabuntur. Ergo videtur quod sit inter eos aliqua concordia et ordo prelationis.)*

<sup>176</sup> *The quotation of Aug. and the mention of Gregory (who is also quoted) come from Aq.*, Summa 1.109.4. *SC*

<sup>177</sup> *Start of Aq.*, Summa 1.109.4. *Co.*

<sup>178</sup> *End (Aq. continues: Maxima autem perfectio et per quam maxime deo appropinquatur est creaturarum fruendum deo, sicut sunt sancti angeli: qua perfectione demones priuantur, et ideo boni angeli super malos prelationem habent et per eos reguntur.)*

totus ordo prelationis primo et originaliter est in deo et participatur a creaturis secundum quod ei magis propinquant, ideo etiam boni angeli qui maxime appropinquant deo propter eius fruitionem qua demones carent super ipsos demones habent prelationem et per eos reguntur.

Et cum instatur quod demones<sup>179</sup> premissis medijs multa mala faciunt aut ergo non impediuntur quia non subsunt bonis angelis qui eos impedire | possent aut si subsunt, tunc cum ad negligentiam presidentis pertinere videntur ea que per subditos male fiunt, videtur quod in angelis bonis sit aliqua negligentia,<sup>180</sup> responderetur quod sancti<sup>181</sup> angeli sunt ministri diuine sapientie, vnde sicut diuina sapientia permittit aliqua mala fieri per malos angelos vel homines propter bona que ex eis elicit, ita et boni angeli non totaliter cohibent malos a nocendo,<sup>182</sup> siue homines siue demones.

Reponso. Catholicum est asserere quandam ordinem actionum interiorum et exteriorum etiam per quandam prelationem esse in demonibus. Vnde et quedam spurcitie ab aliquibus infimis perpetrantur, a quibus superiores propter nobilitatem nature secluduntur.<sup>183</sup> Et declaratur hoc primo generaliter ex triplici congruentia qua talia<sup>184</sup> congruunt eorum nature, diuine sapientie et proprie nequitie,<sup>185</sup> demum magis in speciali ex natura quidem. Nam constat quod a principio creationis semper quidam<sup>186</sup> alijs superiores fuerunt ex natura,<sup>187</sup> cum inter se differant specie, nec duo angeli vnus speciei existant, communiorem opinionem sequendo, que etiam dictis<sup>188</sup> philosophorum concordat et Dionisius<sup>a</sup> qui ponit (x ca. *Celestis Jerarchie*) in eodem ordine esse primos, medios et vltimos, cui etiam necessario oportet assentire,<sup>189</sup> tum ex immaterialitate eorum, tum etiam ex incorporalitate:<sup>190</sup> inspicat qui

<sup>a</sup> Sc. ij (so Aq.)

<sup>179</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 1.109.4.Ag2: Preterea, ad negligentiam presidentis pertinere videntur ea que per subditos male fiunt. Sed demones multa mala faciunt. Si igitur subsunt prelationi bonorum angelorum, videtur in angelis bonis esse aliqua negligentia, quod est inconueniens.

<sup>180</sup> End

<sup>181</sup> *Start of Aq.*, Summa 1.109.4.Ra2

<sup>182</sup> End

<sup>183</sup> Cf. *Nider*, Form. 5.5 (213B): Aliquando eciam non vult [sc. demon] propter peccati abominacionem et pudorem, vt angeli mali propter nobilitatem sui in qua creati sunt abominantur temptare de vilibus peccatis et de sodomia vel eciam de fornicacione simplici . . .

<sup>184</sup> *Start of Aq.*, Sent. 2.6.4.Co., which begins: ordinem prelationis in demonibus esse congruit . . .

<sup>185</sup> Pause

<sup>186</sup> Resume

<sup>187</sup> End

<sup>188</sup> *Start of Aq.*, Sent. 2.3.1.4.Co.

<sup>189</sup> *Aq.*: et huic necessarium est consentire

<sup>190</sup> End

vult dicta doctoris in *Secundo*, distinctione ij. Et<sup>191</sup> quia peccatum naturam non tollit et demones post casum data naturalia non amiserunt, vt supra tactum est, et operationes rerum sequuntur naturales earum condiciones, ideo sicut in natura, sic et in operationibus sunt varij et multiplices.

Congruit etiam hoc diuine sapientie, vt ea que ab ipso sint ordinata sint (*Romanorum* xiiij: “que a deo sunt ordinata sunt,” et quia demones sint a deo deputati ad exercendum homines et ad puniendum damnatos, ideo in exercitijs eorum ab extra quo ad homines sunt varij et multiplices.

28B Congruit etiam et nequitie ipsorum. Quia enim humano generi aduersantur, ideo cum ordinate impugnant, ideo magis hominibus nocere estimant, sicut et faciunt.<sup>192</sup>

Vnde constat spurcitijs illis nephandissimis non equaliter insistunt, quod etiam magis specificatur tali ratione. Nam cum operatio sequitur naturam rei, vt dictum est, quorumcunque sunt nature subordinate, oportet quod etiam operationes sibi inuicem subordinentur, sicut patet in rebus corporalibus. Quia enim inferiora corpora naturali ordine sunt infra corpora celestia, actiones et motus eorum subduntur actionibus et motibus celestium corporum, et quia, vt dictum est, demones naturali ordine inter se differunt, ideo etiam naturalibus actionibus intrinsecis et extrinsecis, presertim in huiusmodi spurcitijs peragendis.

28C Ex quibus concluditur quod quia huiusmodi spurcitie plurimum preter nobilitatem angelice nature exercentur, cum etiam in actibus humanis infimi et fetidissimi actus in se quidem considerando, non quantum ad officium nature et procreationis reputantur, demum cum de quolibet ordine aliqui cecidisse creduntur, non est inconueniens asserere quod illi demones qui de infimo choro et iterum illi qui infimi in illo existunt his spurcitijs et ab alijs deputantur et insistunt. Hoc etiam plurimum est aduertendum, quod licet de incubis et succubis mulieribus infestis<sup>a</sup> scriptura tradit, tamen nusquam legitur in vitijs quibuscunque contra naturam (loquendo non solum de sodomitico sed etiam de quocumque alio peccato extra vas debitum) perpere agendo se

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -os

<sup>191</sup> *Start of adaptation of Ag., Sent. 2.6.1.4.Co.*: et quia peccatum naturam non tollit, consequitur post peccatum vt quidam alijs superiores remaneant. Ad sapientiam etiam diuinam pertinet vt que a deo sunt, ordinata sint ab eo a quo omnis potestas est, ut dicitur Rom. 13; et ideo potestas demonum ad exercendum homines, et puniendos damnatos, a deo est; et ideo ordinata per gradus prelationis debet esse. Similiter ex nequitia sua humano generi aduersantur: amicos autem esse eos qui unius inimici sunt, consequitur: et ideo ut magis hominibus noceant, quasi ad inuicem confederantur, ut concorditer et ordinate impugnent.

<sup>192</sup> *End*

incubos et succubos fecisse, in quo maxima illorum peccaminum enormitas ostenditur, cum indifferenter omnes demones cuiuscunque ordinis illa peragere abhorrent et verecundum estimant. Et hoc videtur velle glosa super *Ezechielem* (xix), vbi dicitur, "Dabo te in manus Palestinorum, id est, demonum qui etiam erubescunt de via tua scelerata," vitium contra naturam intelligens, et intuenti patet quod de demonibus oportet auctoritatem intelligere. Nullum enim peccatum tam sepe deus reproba morte in multis condemnauit. Dicunt etiam nonnulli, et veraciter creditur, quod nullus talis vitij, postquam tempus mortalis vite Christi quod ad annos xxxiiij | extenditur in hoc scelere perseuerans excesserit, nisi <sup>28D</sup> speciali gratia redemptoris poterit liberari, quod ex eo patet quod octogenarij<sup>a</sup> et centogenarij<sup>b</sup> isto crimine inueniuntur sepe irretiti, quibus tempus Christi vite quia<sup>c</sup> morum disciplina fuit, et<sup>d</sup> ideo illo spreto vix vnquam sine difficultate permaxima ab hoc scelere continebit.

Sed et quod ordo sit inter eos etiam ad officia exteriora quo ad impugnationes demonstrant eorum nomina. Nam licet vnum et idem nomen, scilicet diabolus, multipliciter exprimitur in scripturis, et hoc propter diuersas eorum proprietates, tamen his immundis operibus vnus presidere in scripturis traditur, sicut etiam et certis alijs vitij. Est enim vsus scripture et locutionis quemlibet immundum spiritum nominare "diabolum" a "dya," quod est "duo," et "bolus," quod est "morsellus," quia duo occidit, scilicet corpus et animam, et secundum ethimologiam, licet Grece interpretatur "diabolus" "clausus ergasculo" et hoc sibi conuenit cum non permittitur sibi nocere quantum vellet, vel diabolus quasi <sup>29A</sup> defluens, quia defluxit, id est, corrui specialiter et localiter. Nominatur etiam "demon," id est, "sapiens super sanguinem" vel "sanguineus," scilicet super peccata que sitit et procurat triplici scientia qua viget, scilicet subtilitate nature, experientia temporum et reuelatione bonorum spirituum. Nominatur etiam "Belial," quod interpretatur "absque iugo" vel "absque dominio," quia proposse pugnat contra eum cui deberet esse subiectus. Vocatur etiam "Beelzebub," quod interpretatur "vir muscarum," id est, "animarum peccantium," que reliquerunt verum sponsum Christum. Jtem "Sathanas," id est, "aduersarius," vnde (*i Petri v*)<sup>e</sup> "Aduersarius vester diabolus circuit" etc. Jtem "Vehemot," id est, "bestia," quia facit homines bestiales. Ipse tamen demon fornicationis et

<sup>a</sup> Ed. prin.: - ijs

<sup>b</sup> Ed. prin.: - ijs

<sup>c</sup> Ed. prin.: quia vite

<sup>d</sup> Unnecessary

<sup>e</sup> Ed. prin.: τ for υ

princeps illius spurcie<sup>a</sup> dicitur “Asmodeus,” quod interpretatur “factura iudicij,” quia propter huiusmodi vitium factum fuit terribile iudicium super Sodomam et quattuor<sup>b</sup> alijs ciuitatibus, sicut et demon superbie dicitur “Leuiathan,” quod interpretatur “additamentum eorum,”  
 29B quia | et Lucifer tentans primos parentes de superbia promisit eis additamentum diuinitatis, de quo et per Esaiam dominus: “Visitabo super Leuiathan serpentem veterem<sup>c</sup> et tortuosum”, et demon auaritie et diuitiarum dicitur “Mammona,” quem et Christus in euangelio expressit (*Mathei* vi: “Non potestis deo seruire” etc.).

Ad argumenta.

Ad primum, quod quia bonum potest inueniri sine malo, sed malum nunquam inuenitur sine bono, quia fundatur super creaturam que in se bona est, et<sup>d</sup> ideo demones, in quantum habent naturam bonam, ordinati sunt et in naturalibus et in eorum actionibus.

Ad illud *Job* x potest dici, quod demones ad exercitium deputati non sunt in inferno sed isto aere caliginoso, vnde hic habent ordinem inter se quem tunc in inferno non habebunt, vel etiam dici potest quod etiam iam omnis ordo in eis cessat quo ad ipsam beatitudinem consequendam, cum a tali ordine irrecuperabiliter ceciderunt. Et dici potest quod etiam  
 29C | aliqui ad affligendum animas deputabuntur et non alij, sed hic ordo magis erit a deo quam ab ipsis, sicut etiam et eorum tormenta.

Ad tertium, cum dicitur quod superiores demones, quia magis peccauerunt et magis puniuntur, etiam his actibus immundis amplius deberent insistere, respondetur: quia culpa ordinatur per penam et non per nature actum seu operationem, ideo non insistunt illis immunditijs propter nobilitatem nature, non propter eorum culpam aut penam. Et licet omnes sint spiritus impuri et ad nocendum cupidi, tamen vnus amplius altero in quantum potiora naturalia sunt obtenebrata.

Ad quartum dicitur quod est concordia inter demones non amicitie sed nequitie ex qua homines odiunt, et dei iusticie repugnant<sup>e</sup> quantum possunt. Talis enim concordia inter impios reperitur, vt eis se adiungant et subijciant ad propriam nequitiam exequendam quos potiores viribus vident.

Ad quintum, licet carceralis mancipatio omnibus equaliter deputetur  
 29D iam in aere | et post in inferno, non tamen ex hoc naturalia in eis sunt

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -ij

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: quatuor

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: veterem; *Vulgate* (*Is. 27:1*): vectem

<sup>d</sup> *Unnecessary*

<sup>e</sup> *Ed. prin.*: -at

equaliter ad equales penas et officia equalia ordinata, imo quanto sunt nobiliores in natura et potiores in officio, tanto etiam grauiori subiecti tormento, vnde *Sapientie* vi: "Potentes potenter tormenta patientur."

EST ERGO QUESTIO SUPER INFLUENTIAS CORPORUM  
CELESTIUM, IN QUA TRES ALIJ ERRORES REPROBANTUR,  
ET EST QUINTA IN ORDINE

Sed pro ampliori premissorum declaratione etiam obuiandum quibuscunque pretensis obiectionibus. Queritur de maleficorum operibus quo ad quintuplicem causam: quattuor ex illis reprobando ex quibus influere non possunt, quintam vero concludendo, scilicet virtutem intellectiuam ex qua fluere habent, que et<sup>a</sup> licet bona sit secundum naturam, est tamen mala secundum voluntatem. Quattuor autem cause reprobantur contra illos qui aut maleficas aut eorum opera esse negant, et sunt corporum celestium influentie, illorum corporum et orbium motores mouentia, hominum excrescens malitia, et imaginum ac characterum et verborum efficacia.

AN<sup>b</sup> POSSIT QUOQUE<sup>c</sup> MODO catholice censi quod origo et <sup>30A</sup> multiplicatio maleficorum operum processerit ex influentijs corporum celestium seu ex superabundanti malitia hominum et non ex spurcitijs incuborum et succuborum demonum, et videtur quod ex propria malitia. Nam Augustinus in *Libro lxxxiiij Questionum* dicit quod ad hominis voluntatem causa deprauationis eius redit, siue aliquo siue nullo suadente deprauata sit. Sed maleficus deprauatur per peccatum: ergo causa illius non est diabolus sed voluntas humana. Ad idem dicit (*De Libero Arbitrio*) quod quilibet est causa sue malitie, quod etiam probatur ratione: peccatum hominis ex libero arbitrio procedit, sed diabolus non potest liberum arbitrium mouere. Hoc enim libertati repugnaret. Ergo diabolus non potest esse causa illius nec<sup>d</sup> cuiuscunque alterius peccati.

Preterea,<sup>193</sup> in libro *De Ecclesiasticis Dogmatibus* dicitur: "Non omnes cogitationes nostre male a diabolo excitantur, sed aliquotiens ex nostri arbitrij motu emergunt."<sup>194</sup>

<sup>a</sup> Unnecessary. Perhaps etsi was originally intended?

<sup>b</sup> The initial (hand-written) capital was written erroneously as "I" in the Jerouschek facsimile.

<sup>c</sup> Sc. quoquam

<sup>d</sup> Ed. prin.: nec illius

<sup>193</sup> Start of adaptation of *Aq.*, Summa 1.114.3.SC (with praeterea in place of sed contra)

<sup>194</sup> End

Demum quod ex influentijs corporum celestium possint oriri et non  
 30B a demonibus probatur: sicut omnis<sup>195</sup> multitudo reducitur ad vnum, ita  
 omne multiforme reducitur in aliquod vniforme principium. Sed actus  
 humani sunt varij et multiformes tam ad vitia quam ad virtutes: ergo  
 videtur quod reducantur in aliqua principia vniformiter mota et mouentia.<sup>196</sup> Sed talia non possunt assignari nisi ex motibus <corporum> celestium, qui sunt vniformes: ergo illa corpora sunt talium actionum cause.

Preterea,<sup>197</sup> si celestia corpora non essent humanorum actuum ad virtutes et vitia causa, astrologi non adeo frequenter vera predicarent de bellorum euentibus et alijs humanis actionibus. Sunt ergo aliquo modo causa.<sup>198</sup>

Preterea,<sup>199</sup> corpora celestia mouentur a substantijs spiritualibus secundum theologos et philosophos omnes, sed illi spiritus sunt superiores animabus nostris, sicut et corpora celestia corporibus nostris: ergo ambo insimul habent imprimere in animam et corpus hominis ad causandum<sup>a</sup> quoscunque actus humanos.<sup>200</sup>

30C Preterea, corpora celestia possunt imprimere in ipsos demones ad causandum certa maleficia, ergo a fortiori in ipsos homines. Assumptum probatur ex tribus.

Nam certi<sup>201</sup> homines qui lunatici dicuntur infestantur a demonibus plus vno tempore quam alio, quod non facerent sed potius omni tempore molestarent nisi in certis lunationibus etiam ipsi demones inquietarentur ad inferendum huiusmodi.<sup>202</sup> Probatur<sup>b</sup> etiam ex nigromanticis<sup>203</sup> qui

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -ā

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: prp-

<sup>195</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 1.115.4.Ag2: Preterea, omne multiforme in aliquod uniforme principium. Sed actus humani sunt varij et multiformes. Ergo videtur quod reducantur in uniformes motus celestium corporum, sicut in sua principia.

<sup>196</sup> *End*

<sup>197</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 1.115.4.Ag3: Preterea, astrologi frequenter vera annuntiant de euentibus bellorum et alijs humanis actibus quorum principia sunt intellectus et voluntas. Quod facere non possent secundum celestia corpora, nisi essent humanorum actuum causa. Sunt ergo corpora celestia humanorum causa.

<sup>198</sup> *End*

<sup>199</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 1.115.4.Ag1: Corpora enim celestia, cum moueantur a spiritualibus substantijs . . . agunt in virtute earum quasi instrumenta. Sed ille substantie spirituales sunt superiores animabus nostris. Ergo videtur quod possint imprimere in animas nostras et sic causare actus humanos.

<sup>200</sup> *End*

<sup>201</sup> *Start of adaptation Aq.*, Summa 1.115.5.Ag1: Demones enim secundum certa augmenta lunae aliquos homines vexant, qui et propter hoc lunatici dicuntur . . . Sed hoc non esset, nisi corporibus celestibus subiacerent. Ergo demones subiacent actionibus celestium corporum.

<sup>202</sup> *End*

<sup>203</sup> *Start of adaptation Aq.*, Summa 1.115.5.Ag2: Preterea, necromantici obseruant certas constellationes ad inuocandos demones. Non autem per corpora celestia inuocarentur, si non eis subiacerent. Ergo demones subiacent actionibus celestium corporum.

certas constellationes obseruant ad inuocandum demones, quod non facerent nisi scirent illos demones corporibus celestibus esse subiectos.<sup>204</sup>

Probatum etiam ex illo quod demones<sup>205</sup> secundum Augustinum in x *De Ciuitate Dei* quibusdam corporibus inferioribus arcentur, scilicet herbis, lapidibus, animantibus, et sonis quibusdam certis et vocibus et figurationibus, sed cum corpora celestia sint virtuosiora quam corpora inferiora, ideo multo magis actionibus corporum celestium,<sup>206</sup> et iterum amplius malefici subiiciuntur, vt eorum opera ex influentijs illorum corporum et non ex assistentia spirituum malorum proueniunt.

Fortificatur argumentum ex *i Regum* capitulo xvi, vbi Saul qui vexa-<sup>30D</sup> batur a demone alleuiabatur quando Dauid cytharam percutiebat coram eo et quod recedebat spiritus malus.

Sed contra. Impossibile est effectum sine causa sua producere, sed opera maleficorum sunt talia quod non possunt nisi opere demonum fieri: patet ex descriptione operum maleficorum ex Jsydori (li. viij *Ethimologiarum*): "Malefici dicuntur ob magnitudinem facinorum. Hi enim elementa concutiunt, mentes hominum turbant et absque vllo veneni haustu sola vi carminum animas interimunt" etc. Huiusmodi effectus autem non possunt ex influentijs corporum celestium mediante homine causari.

Preterea,<sup>207</sup> philosophus in *Ethicis*<sup>208</sup> difficile<sup>209</sup> inquit quid sit principium operationis in anima, et ostendit quod oportet esse aliquod extrinsecum. Omne enim quod incipit de nouo habet aliquam causam. Incipit enim homo operari quia vult. Incipit autem velle quia preconciatur. Si autem preconciatur propter aliquod | concilium precedens,<sup>31A</sup> aut ergo est procedere in infinitum aut oportet ponere aliquod principium extrinsecum quod primo mouet hominem ad conciliandum, nisi forte aliquis dicat quod hoc est a fortuna, ex quo sequeretur omnes actus humanos esse fortuitos, quod est absurdum.<sup>210</sup> Principium ergo in bonis ad bona dicit esse deum, qui non est causa peccati.<sup>211</sup> In malis autem cum homo incipit agere velle et conciliari ad peccandum, oportet quod

<sup>204</sup> End

<sup>205</sup> Start of adaptation Aq., Summa 1.115.5.Ag3: Preterea, corpora celestia virtuosiora sunt quam corpora inferiora. Sed quibusdam inferioribus corporibus demones arcentur, scilicet "herbis et lapidibus et animantibus et quibusdam sonis certis ac vocibus et figurationibus atque figmentis," vt a Porphyrio dictum Augustinus introducit in x De Ciu. Dei. Ergo multo magis demones subduntur actioni celestium corporum.

<sup>206</sup> End

<sup>207</sup> Start of Aq., De Malo 3.3.Ag11

<sup>208</sup> Aq.: Eudemiorum

<sup>209</sup> Not in Aq.

<sup>210</sup> Last clause not in Aq.!

<sup>211</sup> End

huius etiam sit aliqua causa extrinseca et non potest esse alia nisi diabolus, presertim in maleficis, vt supra patuit, quia corpus celeste non potest ad tales actus influere. Ergo patet veritas.

Preterea,<sup>212</sup> cuius potestati subiacet motiuum, eius potestati subiacet et motus qui a motiuo causatur. Motiuum autem voluntantis est aliquid apprehensum per sensum vel intellectum, quorum vtrumque subiacet potestati diaboli. Dicit enim Augustinus in *Libro lxxxij Questionum*: “Serpit hoc malum,” scilicet quod est a diabolo, “per omnes additus sensuales: dat se esse figuris, accommodat se coloribus, adheret sonis, latet in ira et in fallacia sermonis, odoribus se subiicit, infundit saporibus et quibusdam nebulis implet omnes meatus intelligentie.” Ergo videtur quod in potestate diaboli est mouere voluntatem, quod est directe causa peccati.<sup>213</sup>

Preterea,<sup>214</sup> omne quod se habet ad vtrumlibet indiget aliquid determinante ad hoc quod exeat in actum. Sed liberum arbitrium hominis ad vtrumlibet se habet, scilicet ad bonum et malum: ergo ad hoc quod exeat in actum peccati indiget quod ab aliquo determinetur ad malum, maxime autem hoc videtur fieri a diabolo, presertim in operibus maleficorum,<sup>215</sup> cum eius voluntas est determinata ad malum. Ergo videtur quod mala voluntas diaboli est causa<sup>216</sup> male voluntatis, precipue in maleficis.

Et potest fortificari ratio per hoc quod<sup>217</sup> sicut bonus angelus se habet ad bonum, ita malus angelus ad malum. Sed ille reducit homines ad bonum, ergo iste ad malum. “Est enim,” dicit Dionysius, “lex diuinitatis immobiliter stabilita, vt yma a summis perficiantur.”<sup>218</sup>

Responsio. Quia questio quo ad originem maleficorum operum fundatur super influentiam luminarium celestium, ostenditur per reprobationem trium errorum qui hoc asserere conantur, scilicet planetariorum, genetaliorum, et fatalem<sup>a</sup> ordinem ponentium, hoc non esse possibile.

Quo ad primum. Nam si queritur an ex impressione luminarium celestium causetur in hominibus vicium maleficorum, tunc ad

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -ium (cf. 37B)

<sup>212</sup> *Start of Aq.*, De Malo 3.3.Ag12

<sup>213</sup> *End*

<sup>214</sup> *Start of Aq.*, De Malo 3.5.Ags

<sup>215</sup> *Clause not in Aq.*

<sup>216</sup> *End (Aq. finishes with: peccati)*

<sup>217</sup> *Start of adaptation of Aq.*, De Malo 3.3.Ag15: Preterea, sicut angelus bonus se habet ad bonum, ita malus angelus ad malum. Sed angelus bonus reducit homines ad bonum, quia, sicut Dionysius dicit, lex diuinitatis est vltima per media reducere.

<sup>218</sup> *End*

diuersitatem morum attendendo et veritatem fidei saluando, oportet sub distinctione disserere, videlicet quod mores hominum a sideribus causari potest intelligi dupliciter: aut necessario et sufficienter aut dispositiue et contingenter. Si dicatur primo modo, tunc non solum est falsum, imo hereticum, eo quod Christiane religioni adeo repugnat quod etiam veritas fidei in tali errore saluari non potest.

Ratio. Dum enim ponit omnia a sideribus necessario euenire, iam tollit meritum et per consequens demeritum; tum quia honestas morum per hunc errorem preiudicium patitur, dum culpa peccantis in sydera refunditur, licentia malefaciendi sine reprehensione conceditur et homo <sup>31D</sup> ad orandum et colendum sydera incuruatur. Si autem dicatur mores hominum a dispositionibus siderum variari dispositiue et contingenter, sic potest habere veritatem, quia nec rationi nec fidei repugnat. Planum est enim<sup>a</sup> quod dispositio corporis varia multum facit ad variationem affectionum et morum anime. Vt plurimum enim anima complexionem corporis imitatur, vt dicitur in *Sex Principijs*, vnde et colerici sunt iracundi, et sanguinei sunt benigni,<sup>b</sup> et melancolici sunt inuidi, flegmatici pigri. Hoc autem non est necessario. Anima enim dominatur suo corpori et maxime quando est adiuta per gratiam. Multos enim videmus colericos mansuetos et melancolicos benignos. Quoniam ergo virtus corporum celestium operatur admixtionem et qualitatem complexionum, hinc est quod per consequens quodammodo operatur ad qualitatem morum, valde tamen de longinquo. Plus enim | facit ad qualitatem complexionis virtus nature inferioris quam virtus sideris. Vnde Augustinus <sup>32A</sup> (v *De Ciuitate Dei*) in solutione cuiusdam questionis de duobus fratribus qui simul infirmabantur et curabantur, cum querebatur vnde hoc esset, magis commendat rationem Jpocratis quam astronomi. Jpocras enim respondit quod hoc erat propter similitudinem complexionis et astronomus respondit quod erat propter ydemptitatem constellationis. Melius enim respondit phisicus quia causam reddit magis propriam et magis propinquam. Sic ergo dicendum quod impressiones siderum aliquo modo disponunt ad maliciam maleficorum, siquidem aliqua influenza in eorum corporibus predominatur potius ad huiusmodi nephanda quam ad alia opera quecunque vitiosa seu virtuosa, que tamen dispositio non debet dici necessaria, proxima et sufficiens sed remota et contingens.

Nec valet si quis obijceret philosophum libro *De Proprietatibus Elementorum*, vbi dicit quod regna vacua facta sunt et terre depopulate

<sup>a</sup> Ed. prin.: enim

<sup>b</sup> Ed. prin.: -ui

32B apud coniunctionem Jouis et Saturni, arguendo quasi | quia talia ex libero arbitrio dependebant hominum, ergo etiam influentie luminarium super liberum arbitrium haberent efficaciam. Respondetur enim quod philosophus per hoc dictum non vult innuere quod homines illi non poterant resistere illius influentie constellationis ad dissensionem inclinantis, sed quia noluerunt, quia, sicut Ptolomeus in *Almagesti*, sapiens homo dominabitur astris.<sup>219</sup> Quamuis enim coniunctio Jouis et Saturni, eo quod Saturnus habet influentiam melancolicam et malam et Jupiter valde bonam, possit ad rixam vel discordiam homines inclinare, illi tamen inclinationi homines per libertatem arbitrij possunt resistere et valde faciliter cum adiutorio gratie dei.

Nec iterum valet si quis obijceret dictum Damasceni (li. ij, ca. vi), vbi dicit: "Constituuntur multotiens comete et signa quedam mortis regum." Respondetur enim quod etiam sequendo opinionem Damasceni, qui fuit, vt patet in predicto libro, contrarie opinionis vie philosophice siue non, nihil per hoc concluditur quo ad necessitatem actuum  
32C humanorum. Opinatur enim Damascenus quod cometa nec naturaliter | generatur nec est vna de stellis in firmamento positus, vnde nec eius significatio est naturalis nec influentia. Dicit enim quod comete non sunt ex his que<sup>a</sup> a principio genita sunt astra, sed diuina iussione secundum ipsum tempus constituuntur et rursus dissoluuntur. Hec Damascenus. Prenunciat autem deus per tale signum mortem regis magis quam aliorum, tum quia est persona communis, tum quia potest ex hoc oriri turbatio regni, de cuius custodia magis sollicitantur angeli propter commune bonum, quorum etiam ministerio et generantur et dissoluuntur.

Sed nec philosophorum opinio obstat, qui dicunt quod stella cometa sit impressio calida et sicca generata in superiori parte aeris propter ignem, ex cuius vapore calido et sicco et globo illius vaporis adunatus<sup>b</sup> apparet corpus stelle. Partes autem illius vaporis discontinuate circa illum globum et longum protense in suis extremitatibus illi globo coniuncte sunt quasi eius come et secundum hanc positionem significat et causat non per se sed per accidens mortalitatem prouenientem<sup>c</sup> ex  
32D infirmitatibus | calidis et siccis. Et quia vt plurimum diuites nutriuntur

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: qui

<sup>b</sup> *Sc.* -um

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -e

<sup>219</sup> *Cited without attribution in Aq., Summa 1.115.4.Ra3*

calidis et siccis, ideo illo tempore multi diuites moriuntur inter quos mors regum et principum est magis notabilis.

Et hec positio nec distat a positione Damasceni, si quis bene considerat, nisi quo ad operationem et cooperationem angeli, quam nec philosophi excludere possunt, imo vbi vapores nunquam in sua siccitate et caliditate ad generandum cometam concurrerent, adhuc operatione angeli sepe concurrere haberent causis predictis, sicut et stella que sancti Thome doctoris transitum indicauit, que vtique non ex superis in firmamento positus prosiliit sed operatione angeli ex materia aliqua preiacente formata et offitio peracto iterum resoluta fuit.

Vnde videmus quod secundum quamcunque istarum opinionum nullum penitus habent celi luminaria dominium<sup>a</sup> super liberum arbitrium, vnde nec consequenter super malitiam et mores hominum.

Nota insuper quare astronomi vt sepius vera predicunt et quod eorum iudicia vt plurimum super vnam prouinciam aut gentem vnus terre eueniunt. Huius ratio est. Quia enim sua iudicia sumunt ex astris, que etiam habent maiorem influentiam, capiendo probabiliorem, non necessitantem, in actibus tam<sup>b</sup> nature quam voluntatis et in actibus hominum generalibus sicut vnus gentis vel prouincie quam in particularibus vnus persone, quia maior effectus stellarum imprimitur in totam vnam gentem quam in vnum hominem et quia maior pars gentis vnus magis sequitur affectus naturales corporis quam vnus singularis homo, ideo etc. Sed hoc incidentaliter est tactum.

Secunda via per quam prefata nostra catholica assertio declaratur est per reprobationem errorum geneticalicorum et deam fortune colentium mathematicorum. De<sup>220</sup> quibus Isidorus (viiij *Ethimologiarum* ca. ix):

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -num

<sup>b</sup> Logically unnecessary (and to be ignored)

<sup>220</sup> *Start of adaptation of Nider, Praec. 1.11.35 (Qq) (based on Aq., Summa Contra Gentiles 3.88, 91, 92, 93):* Questio xxxv de geneticalicis et fortuna: vtrum aliqui homines sint a natura bene vel male fortunari. et quid de fortuna tenendum sit. Dicuntur autem geneticalici, vt dicit Isi. (viiij *Ethimo.* c. ix) propter natalium considerationem syderum, qui vulgo mathematici vocantur. Fortuna vero, vt ibidem dicit (c. ij) a fortuitis nomen habere dicitur, quasi deam quandam res humanas variis casibus et fortuitis illudentem, vnde et cecam appellant, eo quod passim in quoslibet incurrens sine vilo examine meritorum, et ad bonos et malos venit. Hec Isido. Sed talem deam credere idolatria esset, nec ita de fortuna loquitur Aristoteles (ij *Philico.* nec in *De Fortuna*), nec theologi. Vnde questioni prefate respondet sanctus Thomas (li. iij *Summe contra Gentiles*, q. lxxxvij et sequentibus). Pro quorum intellectu notandum secundum eum primo quod alicui tunc bene dicitur a fortuna contingere quando aliquid bonum accidit sibi preter intentionem propriam, sicut qui fodit vineam intentione vites nutriendi, inuenit thesaurum. Potuit tamen talis intentione aliena, videlicet domini sui, qui sciuit ibi thesaurum absconditum

“Genetaliaci dicuntur propter natalium considerationem syderum qui vulgo mathematici dicuntur.” “Fortuna vero,” vt ibidem dicit (ca. ij), “a fortuitis nomen habere dicitur quasi deam quandam res humanas  
 33B varijs casibus et fortuitis illudentem, vnde et cecam appellant, eo quod passim in quoslibet incurrens sine vlllo examine meritorum et ad bonos et ad malos venit.” Hec Isidorus. Sed talem deam credere aut quod lesiones in corporibus et creaturis que ex maleficorum operibus inferuntur non ab ipsis maleficis sed ab ipsa dea fortune prouenirent, sicut est idolatria, ita et asserere maleficas ipsas ad hoc esse natas, vt talia per eas in mundo exerceri possint, similiter a fide alienum existit, imo et a communi philosophorum traditione.<sup>a</sup> Si cui placet, inspiciat doctorem sanctum (li. iij *Summe Fidei Contra Gentiles* q. lxxxvij et sequentibus) et inueniet plura, licet hoc vnicum propter eos qui fortassis copiam librorum non habent non videtur obmittendum, quod quia<sup>b</sup> in homine tria sunt, vt ibi notatur, que a tribus celestibus causis diriguntur, voluntatis actus, intellectus actus et corporis actus, quorum principium a deo tantum et immediate, secundum ab angelo, et tertium a celesti corpore dirigitur. Nam electiones et voluntates immediate a deo in bonis  
 33C operibus diriguntur, dicente scriptura (*Prouerbiorum* xxi): “Cor regis”

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -oine

<sup>b</sup> *Redundant*

(*fn. 220 cont.*) ex intentione dirigi. Male autem fortunari dicitur si fodiendo frangit tibiam. Secundo notat quod in homine sunt tria que a tribus celestibus causis diriguntur: voluntatis actus, intellectus actus, et corporalia. Quorum primum a deo tantum et immediate, secundum ab angelo, et tertium a celesti corpore dirigitur. Nam electiones et voluntates immediate a deo diriguntur, dicente (*Prouer. xxi*) scriptura: “Cor regis in manu domine,” et quocumque voluerit, inclinabit illud; et apostolus: “Deus operatur in nobis et velle et perficere pro bona voluntate.” Cognitione vero humana intellectiua a deo mediantibus angelis ordinatur. Ea vero que ad corporalia pertinent, siue sint exteriora siue interiora, in vsum hominis venientia a deo mediantibus angelis et celestibus corporibus dispensantur. Dicit enim beatus Dionysius (iiij *De Diuinis Nominibus*) quod corpora celestia sunt cause eorum que in hoc mundo fiunt. Cum igitur homo sit ordinatus secundum corpus sub corporibus celestibus, secundum intellectum vero sub angelis, secundum voluntatem autem sub deo, potest contingere aliquid preter intentionem hominis, quod tamen est secundum ordinem celestium corporum vel dispositionem angelorum vel etiam dei. Tertio notat quod nihil prohibet quod etiam aliquis homo habeat ex impressione corporis celestis aliquam efficaciam in aliquibus corporalibus faciendis, quam alius non habet: puta medicus in sanando et agricola in plantando et miles in expugnando. Hanc efficaciam multo perfectius deus hominibus largitur ad sua opera efficaciter exequenda. Hec Thomas. Vnde Guillelmus in *De Vniuerso* dicit quod per experimentationem habetur. Si meretrix nititur plantare oliuam, non efficitur fructifera; que tamen per castam plantata fructifera efficitur. Aduertendum tamen: hic dicit Thomas quod prefata corporis dispositio et etiam angeli persuasio non necessitant hominem ad eligendum, qui liber est. Potest enim homo non sequi inclinationem qualitatis corporalis et angeli persuasionem. Quarto notandum quod aliquid bonum potest accidere homini et preter intentionem propriam et preter inclinationem celestium corporum et preter angelorum illuminationem, non autem preter diuinam prouidentiam, que est factiua et gubernatiua cuiuslibet entis.

supple: quo<sup>a</sup> maiori potentia videtur posse resistere, eo minus alij non possunt, quia "in manu domini et quocunque voluerit inclinabit illud"; et apostolus: "Deus est qui operatur in nobis velle et perficere pro bona voluntate."

Cognitio vero humana intellectiua a deo mediantibus angelis ordinatur. Ea vero que ad corporalia pertinent, siue sint exteriora siue interiora, in vsum hominis venientia a deo mediantibus angelis et celestibus corporibus dispensantur. Dicit enim beatus Dionisius (iiij *De Diuinis Nominibus*) quod corpora celestia sunt cause eorum que in hoc mundo fiunt, non tamen necessitatem inferentia. Et cum homo sit ordinatus secundum corpus sub corporibus celestibus, secundum intellectum vero sub angelis, secundum voluntatem autem sub deo, potest contingere quod homo sprete inspiratione dei ad bonum et illuminatione boni angeli ducatur affectione corporali ad ea ad que influentie<sup>b</sup> luminarium celi inclinant, vt et sic tam voluntas quam intellectus malitia et erroribus inuoluantur. Non est autem possibile huiusmodi erroribus quibus malefici irretiti sunt ex influentijs luminarium celi inuolui, licet ad fundendum sanguinem vel furta aut latrocinia vel etiam incontinentias pessimas perpetrare possit quis exilis inclinari, sicut etiam ad alia quedam naturalia. Etiam, vt Guilhelmus in *De Vniuerso* dicit, quod per experientiam habetur, si meretrix nititur plantare oliuam, non efficitur fructifera, que tamen per castam plantata fructifera efficitur. Et aliquis etiam medicus in sanando et agricola in plantando et miles in expugnando aliqua ex impressione celestis corporis efficiunt que alij etiam easdem artes habentes efficere non possunt.<sup>221</sup>

Tercia via sumitur ex reprobatione fatalium effectuum, vbi notandum quod fatum esse aliquid vno modo catholice asseritur, alio modo asserere est omnino hereticum. Si enim fatum<sup>c</sup> estimetur esse secundum estimationem quorundam | gentilium et etiam quorundam mathematicorum, qui putabant quod ex vi positionis syderum causaretur infallibiliter diuersitas morum, ita quod talis efficeretur necessario maleficus vel virtuosus in moribus quia talem eum<sup>d</sup> esse causaret vis que in dispositione syderum sub qua talis vel conceptus vel natus esset comprehenderetur et istam vim vocauerunt nomine fati. Sed quia ista opinio non tantum

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: quod

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -a

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: fact-

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: cum

<sup>221</sup> *End*

est falsa imo heretica et omnino detestanda propter inconuenientia que necessario sequerentur, vt supra tactum est circa reprobationem primi erroris, quia videlicet tolleretur ratio meriti et demeriti, imo gratie et glorie et quod deus malorum nostrorum auctor esset et plura alia, ideo fatum sic omnino refutatur quia nihil est, secundum quam acceptionem etiam Gregorius<sup>222</sup> dicit in *Omeleticis Epiphaniæ*: “Absit a fidelium cordibus vt fatum aliquid esse dicant.”<sup>223</sup> Et licet hec opinio videatur eadem esse cum prima, que est planetariorum, et hoc propter eadem inconuenientia que vtrouique cernuntur, tamen sunt diuerse quantum inter se diuersificantur vis syderum et influxus generalis septem planetarum. Si autem estimetur fatum esse quandam dispositionem siue ordinationem causarum secundarum ad producendum effectus diuinitus prouisos, hoc modo fatum vere est aliquid, eo quod prouidentia dei per causas medias exequitur suos effectus, in illis videlicet que secundis<sup>a</sup> causis subduntur, licet in alijs non vt est creatio, animarum glorificatio et gratie collatio, licet etiam angeli ad gratie infusionem cooperari possunt, intellectum et voluntatis capacitatem illuminando et disponendo, et sic quedam ordinatio effectuum vna et eadem dicitur prouidentia et etiam fatum. Si<sup>224</sup> enim consideratur, vt est, in deo, sic dicitur prouidentia. Si autem secundum quod<sup>b</sup> est in causis medijs ordinatis a deo ad effectus aliquos producendos, sic habet rationem fati,<sup>225</sup> et hoc modo Boetius,<sup>226</sup> loquens de fato (iiiij *De Consolatione*), dicit: “Fatum est rebus mobilibus inherens dispositio per quam prouidentia suis queque nectit ordinibus.”<sup>227</sup> Sed tamen sancti<sup>228</sup> doctores hoc nomine vti recusauerunt propter eos qui illud ad vim positionis syderum retorquebant. Vnde Augustinus (v *De Ciuitate Dei*) dicit: “Si propterea quisque res humanas fato tribuit quia ipsam dei voluntatem vel potestatem fatum vocat, sententiam teneat et linguam corrigat.”<sup>229</sup>

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: scd'm

<sup>b</sup> *The phrase secundum quod is pointlessly borrowed from Aq. and signifies nothing in the adaptation here.*

<sup>222</sup> *Start of Aq., Summa 1.116.1.Ag1*

<sup>223</sup> *End*

<sup>224</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 1.116.2.Co: . . . diuina prouidentia per causas medias suos effectus exequitur. Potest ergo ipsa ordinatio effectuum dupliciter considerari: vno modo secundum quod est in ipso deo, et sic ipsa ordinatio effectuum vocatur prouidentia; secundum vero quod predicta ordinatio consideratur in medijs causis a deo ordinatis ad aliquos effectus producendos, sic habet rationem fati.*

<sup>225</sup> *End*

<sup>226</sup> *Start of Aq., Summa 1.116.1.SC (also quoted in 1.116.2.SC, 1.116.4.SC)*

<sup>227</sup> *End*

<sup>228</sup> *Start of Aq., Summa 1.116.1.Co.*

<sup>229</sup> *End*

Patet etiam ex premissis tacita responsio ad questionem an omnia fato subdantur et an etiam maleficorum opera illi subdantur, quia si<sup>230</sup> fatum ducitur ordinatio causarum secundarum ad effectus diuinitus prouisos, id est, ubi deus disposuit per causas secundas producere effectus tales, sic, inquam, subduntur fato, id est, subduntur causis secundis, sic a deo ordinatis, ut sunt influentie corporum celestium; ea vero que immediate a deo fiunt, ut est creatio rerum, glorificatio substantiarum spiritualium et alia huiusmodi non subduntur. Et hoc est quod dicit Boetius, ubi supra, quod ea que sunt prime deitati propinqua fatalis ordinis mobilitatem excedunt.<sup>231</sup> Vnde] maleficorum opera quia non subsunt secundis causis, <sup>34D</sup> cum talia preter cursum communem et ordinem nature eueniunt, ideo nec fato nec causis alijs quo ad eorum originem necessario subduntur.

CONSEQUENTER QUOD NEC HUIUSMODI maleficorum opera possint oriri aut causari a substantijs separatis, que sunt motores orbium, seu corporibus celestibus,<sup>a</sup> cuius<sup>232</sup> opinionis fuit Auicenna et sui sequaces, hac ratione moti. Quia enim<sup>b</sup> substantie ille separate altioris sunt virtutis animabus nostris et ab ipsa anima interdum, cum fuerit <fortis><sup>c</sup> in sua imaginatione, ad solam quandam apprehensionem interiorum circa aliquod extrinsecum, immutatur corpus proprium interdum etiam alienum seu extrinsecum:<sup>233</sup> verbi gratia, aliquis<sup>234</sup> ambulans supra trabem in alto positam cadit de facili, quia imaginatur casum ex timore, non autem caderet si esset traves illa posita super terram, ubi casum timere non possit. Item ad solam apprehensionem anime incalescit corpus, <sup>35A</sup> ut in concupiscentibus vel iratis, aut etiam infrigidatur, sicut in timentibus. Potest etiam immutari ad aliquam egritudinem, puta febrem vel lepram, ex forti imaginatione et apprehensione ad tales egritudines.<sup>235</sup> Et sicut circa corpus proprium, ita et circa alienum, ut illud immutetur

<sup>a</sup> *Ed. prin.:-ium*

<sup>b</sup> *Either quia or enim is redundant*

<sup>c</sup> *So Aq.*

<sup>230</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 1.116.4.Co.: ... fatum est ordinatio secundarum causarum ad effectus diuinitus prouisos. Quecumque igitur causis secundis subduntur, ea subduntur et fato. Si qua vero sunt que immediate a deo fiunt, cum non subdantur secundis causis, non subduntur fato, sicut creatio rerum, glorificatio spiritualium substantiarum, et alia huiusmodi. Et hoc est quod [quotation follows].*

<sup>231</sup> *End*

<sup>232</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 1.117.3.Rn2: ... fascinationis causam adsignauit Auicenna ex hoc quod materia corporalis nata est obedire spirituali substantie magis quam contrarijs agentibus in natura. Et ideo quando anima fuerit fortis in sua imaginatione, corporalis materia immutatur secundum eam.*

<sup>233</sup> *End*

<sup>234</sup> *Start of Aq., Summa Contra Gentiles 3.103.2*

<sup>235</sup> *End*

ad sanitatem vel egritudinem. Et hic ponit causam etiam fascinationis, de qua superius tactum est. Et quia secundum istam positionem effectus maleficarum haberent reduci ad motores orbium, licet non precise ad ipsa corpora celestia, ideo vltra illa que ibi tacta sunt dicamus adhuc quod talia sic contingere est impossibile quia cum motores orbium sint substantie intellectuales et bone, non tam secundum naturam quam et secundum voluntatem, quod patet ex earum operationibus ad bonum totius vniuersi, illa autem creatura, cuius ope magice operationes fiunt, etsi sit<sup>a</sup> bona secundum naturam, non tamen potest esse bona secundum voluntatem, ideo non potest esse idem iudicium de ambabus substan-  
 35B tijs. Et quod non potest esse bona secundum voluntatem | probatur: nam<sup>236</sup> prestare patrociniū aliquibus in his que sunt contraria virtuti non est alicuius intellectus bene dispositi,<sup>237</sup> talia autem fiunt in huiusmodi operationibus maleficorum. Fiunt<sup>238</sup> enim, vt<sup>239</sup> in secunda parte operis patebit,<sup>b</sup> plurima<sup>240</sup> homicidia, fornicationes, puerorum et iumentorum occisiones et alia maleficia procurantur. Vnde vtentes his artibus malefici a malefaciendo vocantur. Non est ergo bene disposita secundum virtutem talis<sup>241</sup> intellectualis natura cuius auxilio huiusmodi artes maleficarum innituntur,<sup>242</sup> licet sit bona secundum naturam, quia habet esse et illud omnia appetunt, vt cuilibet intuenti patet.

Item, non est intellectus bene dispositi familiarem esse sceleratis et eis patrociniū exhibere et non quibusdam virtuosis. Huiusmodi<sup>c</sup>,<sup>243</sup> autem operibus maleficorum vtuntur<sup>244</sup> homines scelerati<sup>245</sup> quia a fructibus<sup>d</sup> eorum cognoscuntur. Auxilio autem substantiarum orbis mouentium in bonum quelibet creatura inclinatur a natura, licet cor-  
 35C rumpatur per accidens sepe. Ergo ille substantie non possunt esse | originalis causa maleficarum.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: sint

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: pateibit

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: huius

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: rfu-

<sup>236</sup> *Start of Aq.*, Summa Contra Gentiles 3.106.2

<sup>237</sup> *Pause (Aq. continues: hoc autem fit in huiusmodi artibus)*

<sup>238</sup> *Resume (Aq. has: fiunt enim plerumque ad adulteria, furta, homicidia et alia huiusmodi maleficia procuranda)*

<sup>239</sup> *Pause*

<sup>240</sup> *Resume*

<sup>241</sup> *Not in Aq.*

<sup>242</sup> *End*

<sup>243</sup> *Start of Aq.*, Summa Contra Gentiles 3.106.3

<sup>244</sup> *Aq.*: plerumque vtuntur

<sup>245</sup> *End*

Præterea, intellectus<sup>246</sup> bene dispositi est reducere homines in ea que sunt homini propria bona, que quidem sunt bona rationis. Abducere ergo ab istis et pertrahere<sup>247</sup> ad alia<sup>248</sup> minima bona est intellectus indecenter dispositi. Per huiusmodi<sup>a</sup> autem artes non adipiscuntur homines aliquem profectum in bonis rationis, que sunt scientie et virtutes, sed in quibusdam minimis, vt sunt deprehensiones et exercitia latronum et mille nocumentorum.<sup>249</sup> Ergo origo non est a substantijs separatis sed ab aliqua alia virtute non bene disposita secundum virtutem.

Præterea,<sup>250</sup> non est bene dispositus secundum intellectum qui per aliqua scelera commissa prouocatur ad auxilium alicui ferendum. Hoc autem fit in istis artibus maleficorum.<sup>251</sup> Nam, vt patebit, in executione harum fidem abnegant, innocentes pueros occidunt. Substantie enim separate, que sunt orbium motores, propter suam bonitatem non his maleficijs auxilium prestant.

Concludendo quod huiusmodi artes sicut non possunt a corporibus celestibus, ita nec ab eorum motoribus oriri, et cum necesse habent oriri<sup>35D</sup> ex aliqua virtute alicui creature collata<sup>b</sup> et illa etiam non potest esse bona secundum voluntatem, licet sit bona secundum naturam, et huiusmodi creature sint ipsi demones, relinquitur quod eorum virtute huiusmodi fiant, nisi fortassis adhuc obstat friuola estimatio quod ex hominum malitia concurrente super maleficorum verba comminatoria et imagines repositas ad certum locum virtute quadam stellarum sequerentur, vt verbi gratia quando maleficus diceret imaginem aliquam reponendo, “Faciã te cecam” aut “Claudam,” et hoc eueniret, tunc ideo eueniret quod talis<sup>252</sup> a sua natiuitate ex virtute stellarum sortiretur pre ceteris hominibus talem virtutem: quantumcumque alij talia verba proferrent et essent instructi per disciplinam ad proferendum, adhuc tamen efficaces in huiusmodi operibus esse non possent.<sup>253</sup>

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: huius

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -e

<sup>246</sup> *Start of Aq.*, Summa Contra Gentiles 3.106.4

<sup>247</sup> *Aq.*: pertrahendo *without* et

<sup>248</sup> *Aq.*: aliqua

<sup>249</sup> *End* (for vt sunt . . . nocumentorum *Aq. his* sicut in inuentione furtorum et deprehensione latronum et his similibus)

<sup>250</sup> *Start of Aq.*, Summa Contra Gentiles 3.106.6

<sup>251</sup> *End* (*Aq. continues*: Nam aliqui in executione earum leguntur innocentes pueros occidisse. Non igitur sunt boni intellectus quorum auxilio ista fiunt.)

<sup>252</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa Contra Gentiles 3.105.4: Si quis autem dicat quod huiusmodi homines sua natiuitate ex virtute stellarum sortiuntur pre ceteris virtutem predictam, ita quod quantumcumque alij instruuntur qui hoc ex natiuitate non habent efficaces in huiusmodi operibus esse non possunt, primo quidem dicendum est quod corpora celestia super intellectum imprimere non possunt . . .

<sup>253</sup> *End*

Ad que singula respondendo declarabitur primo quod ex malitia hominum huiusmodi effectus causari non possunt, secundo quod nec  
 36A ex vocibus quorumcunque hominum | concurrente quacunque constel-  
 latione etiam ad quascunque imagines.

ET PRIMO QUOD NON ex malitia quantacunque<sup>a</sup> humana possint oriri huiusmodi maleficorum opera, sic declaratur. Nam malitia hominis, siue sit habitualis in quantum quis ex frequentatis actibus acquirit habitum inclinantem ad perpetrandum peccata non ex ignorantia nec infirmitate, vnde censetur peccare ex malitia, vel sit actualis malitia que dicitur ipsa mali electio, que etiam ponitur peccatum in spiritus sanctum, nunquam potest circa ipsum maleficum tantum efficere quod talia opera vt sunt immutationes elementorum et lesiones circa corpora indifferenter hominum et iumentorum absque assistentia alicuius altioris virtutis proueniant, quod declaratur primo ex parte cause, secundo ex parte effectus maleficialis. Nam hoc quod non potest homo efficere absque malitia, puta per sua naturalia imminuta, minus potest per ipsa naturalia iam diminuta, patet cum iam sit virtus actiua etiam diminuta. Sed  
 36B homo per peccata qualitercunque per malitiam commissa diminuitur in bonis naturalibus. Probatum auctoritate et ratione. Nam Dionysius (iiiij ca. *De Diuinis Nominibus*) dicit: “Malum est defectus naturalis habitudinis” – et loquitur de malo culpe – “vnde et nemo noscens malum operatur, illud quod si operatur ex defectu operatur.”<sup>254</sup> Ratio sic. Sicut<sup>255</sup> se habet bonum gratie ad malum nature, ita se habet malum culpe ad bonum nature, sed per gratiam diminuitur malum nature, vt fomes qui est inclinatio ad culpam. Ergo per culpam a fortiori diminuitur bonum nature.<sup>256</sup> Nec obstat si dicatur de fascinatione, que interdum procuratur ex inuultuatione seu inspectione alicuius vetule malitiose puerum aspicientis, vnde puer immutatur et fascinatur, quia, sicut supra tactum est, hoc tantummodo contingere potest circa pueros propter teneram complexionem. Hic autem loquimur de corporum quorumcunque hominum et iumentorum ac etiam elementorum ad grandines

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: quā|tum-

<sup>254</sup> *Cf. Aq.*, De Malo 16.2. *Ag12*: Si autem voluntate deficiente ipse defectus boni est quoddam malum, vt dicit Dionysius iv cap. de diuinis nominibus; De Malo 3.2. *Ag1*: Nihil enim ad malum intendens operatur, vt Dionysius dicit iv cap. de diu. nom.

<sup>255</sup> *Start of adaptation of Aq.*, De Malo 2.12. *Ag5*: Preterea, sicut se habet bonum gratie ad malum nature, ita se habet malum culpe ad bonum nature. Sed per gratiam excludi potest totum malum nature, id est, fomes, qui est inclinatio ad culpam, vt patet in beatis. Ergo per malum culpe potest tolli totum bonum nature, quod est habitus ad gratiam.

<sup>256</sup> *End*

immutationibus.<sup>a</sup> Si | quis velit latius intelligere, inspiciat<sup>b</sup> doctorem 36C sanctum in *Questionibus de Malo*, vtrum peccatum possit corrumpere totum bonum nature.

Ex parte denique effectuum maleficialium declaratur. Nam ex effectibus deuenit in cognitionem cause, vnde sicut illi<sup>257</sup> effectus quo ad nos qui fiunt preter ordinem nature create nobis note per virtutem creature nobis ignote, licet non sint proprie miracula sicut illa que fiunt preter ordinem totius nature create, qualia secundum potestatem operatur ille qui est supra omnem ordinem totius nature create, qui est deus benedictus, secundum quam acceptionem dicitur: "Tu es qui facis mirabilia magna solus,"<sup>258</sup> ita et maleficiales effectus dicuntur miraculosi inquantum fiunt ab aliqua causa nobis ignota et preter ordinem nature create nobis note.<sup>259</sup>

Ex quibus elicitur quod virtus corporalis hominis ad huiusmodi opera causanda non se extendere potest, que semper hoc habet, vt causa cum suo effectu naturali nota sit naturaliter absque admiratione. Et quod effectus maleficiales possunt aliquo modo dici miracula inquantum 36D noticiam humanam excedunt, patet ex seipsis cum naturaliter non fiunt, patet et per omnes doctores, presertim Augustinum in *Libro lxxxiiij Questionum*, vbi dicit quod magicis artibus fiunt miracula plerumque similia illis miraculis que fiunt per seruos dei.<sup>260</sup> Et iterum in eodem dicit: "Magi faciunt miracula per priuatos contractus, boni christiani per publicam iusticiam, mali christiani per signa publice iustitie."<sup>261</sup> Nam iusticia<sup>262</sup> diuina est in toto vniuerso sicut lex publica in ciuitate, virtus autem creature cuiuslibet in vniuerso se habet vt virtus alicuius priuate persone in ciuitate. Ideo boni christiani, inquantum per diuinam iusticiam miracula faciunt, dicuntur facere miracula per publicam iusticiam.<sup>263</sup> Magus autem, quia operatur ex pacto inito cum demone, dicitur operari

<sup>a</sup> Ed. prin.: -es

<sup>b</sup> Ed. prin.: -et

<sup>257</sup> Start of adaptation of Aq., Summa 1.110.4.Ra2: ... aliqua fiunt preter ordinem totius nature create. Sed quia non omnis virtus nature create est nota nobis, ideo cum aliquid fit preter ordinem nature create nobis note, per virtutem creatam nobis ignoram, est miraculum quo ad nos, et hoc modo magi per demones miracula faciunt.

<sup>258</sup> Quoted in the correct form qui facit mirabilia magna solus in Aq., Summa 1.110.4.SC. The quote derives from Ps. 71:18, where the clause modifies the phrase benedictus dominus deus deus Israel (cf. Ps. 135:4).

<sup>259</sup> End

<sup>260</sup> Quotation from Aq., Summa 1.114.4.SC

<sup>261</sup> Quotation from Aq., Summa 1.110.4.Ag2

<sup>262</sup> Start of Aq., Summa 1.110.4.Co.

<sup>263</sup> Pause

per priuatum contractum, quia operatur per demonem qui sua naturali  
 37A virtute potest facere aliquid preter ordinem nature create nobis | note  
 per virtutem creature nobis ignote, et erit miraculum quo ad nos  
 sed non simpliciter, quia non potest operari preter ordinem totius  
 nature create et per omnes virtutes creaturarum nobis ignotarum. Sic  
 enim solus dicitur facere miracula iuxta illud: “Tu es, deus, qui facis  
 mirabilia magna solus.” Mali<sup>264</sup> autem christiani faciunt per signa pub-  
 lically iusticie, sicut inuocando nomen Christi vel exhibendo aliqua sacra-  
 menta.<sup>265</sup> Si cui placet, inspiciat sanctum Thomam in *Prima Parte* (q. cxi  
 ar. iiiij). Potest etiam attendere ea que in secunda parte operis capitulo vi  
 deducuntur.<sup>a</sup>

*Consequenter quod nec per voces et verba concurrente virtute stellarum*

DEMUM QUOD NEC EX VOCIBUS quorumcunque<sup>b</sup> hominum con-  
 currente quacumque constellatione super quascunque imagines. Nam  
 cum intellectus hominis huius dispositionis est quod eius cognitio ex  
 rebus causatur, cum intelligentem necesse sit fantasmata speculari, non  
 37B est eius conditio quod ex sua conceptione seu | intellectuali operatione  
 intrinseca, vbi illam solum<sup>c</sup> per verba exprimeret, res ab extra habeat  
 causare, aut quod conceptio intellectus expressa per verba haberent cor-  
 pora immutare. Tales enim homines qui talem haberent virtutem non  
 essent nobiscum vnus speciei, sed equiuoce dicerentur homines.

Preterea, si dicatur quod illa efficiunt per verba concurrente virtute  
 stellarum a natiuitate, vnde contingit quod pre ceteris hominibus dum  
 proferunt verba, quod per illa aliquid efficiunt, cum tamen alij etiam  
 presentes eadem <dum proferrent><sup>d</sup> non possent aliquam transmuta-  
 tionem efficere, quia virtus stellarum a natiuitate eis non deseruit, patet  
 ex precedentibus illa esse falsa ex reprobatione trium errorum, planetari-  
 orum, geneticaliorum et fatalem ordinem ponentium.

Preterea, cum verba exprimunt mentis conceptum et corpora celestia  
 non possunt imprimere intellectum, nec etiam eorum motores nisi per  
 se absque motione corporum celestium intellectum vellent illuminare,  
 37C et hoc solummodo fieret ad opera bona, quia | ad mala perpetranda non  
 illuminatur intellectus sed obumbratur, quod non est officium bonorum

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -etur

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: quorum-

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -ā

<sup>d</sup> *See the preceding clause and 37B*

<sup>264</sup> *Resume*

<sup>265</sup> *End*

spirituum sed malorum, ideo patet quod si verba eorum aliquid efficiunt, hoc non est vigore alicuius corporis celestis sed assistentia alicuius virtutis intellectiue, que etiam, etsi sit bona secundum naturam, non tamen potest esse bona secundum voluntatem in quantum semper ad malum machinatur, et talis erit demon, vt supra ostensum est.

Et quod nec per imagines possint talia efficere, quasi corpora celestia super ipsas aliquid influerent, quia huiusmodi imagines, quantumcunque characteribus et figuris sint insignite, sunt effectus hominis operantis per artem, celestia autem corpora effectus causant naturales cuiusmodi non sunt effectus maleficorum qui dicuntur maleficiales, vtpote in malum creaturarum preter consuetum ordinem nature prosilientes, vnde nihil ad propositum.

Preterea, supra ostensum est etiam quod duplices sunt imagines astrologice et magice, que etiam ad bonum aliquid priuatum obtinendum et non ad corruptionem ordinantur. Maleficorum autem imagines sunt omnino alterius <speciei?><sup>a</sup> cum semper ad nocumentum creaturarum et ex demonum iussu ad aliquem locum occulte reponuntur, vt desuper ambulantes aut dormientes ledantur, vt ipse malefice fatentur. Vnde et ab ipsis demonibus efficiunt quicquid causant et non ex corporum celestium influentijs.

Ad argumenta.

Ad primum. Dictum Augustini est intelligendum quod causa deprauationis hominis redit ad hominis voluntatem,<sup>266</sup> sicut ad causam effectum perficientem, que proprie dicitur esse causa, non sic autem est causa effectum permittentem<sup>b</sup> vel disponentem<sup>c</sup> vel conciliantem<sup>d</sup> aut precipientem,<sup>e</sup> quibus modis<sup>f</sup> (scilicet conciliatiue, dispositiue et precipiue) diabolus dicitur causa peccati et deprauationis,<sup>267</sup> deus autem

<sup>a</sup> Cf. 42B

<sup>b</sup> Sc. -ens. *This and the following erroneous accusative forms derive from a clumsy adaptation of Aq., perhaps motivated by the preceding phrase ad causam effectum perficientem.*

<sup>c</sup> Sc. -ens

<sup>d</sup> Sc. -ans

<sup>e</sup> Sc. -ens

<sup>f</sup> Ed. prin.: -um

<sup>266</sup> Aq., De Malo 3.3. *ScI*: Augustinus dicit in lib. lxxxiiiij questionum quod ad hominis voluntatem causa deprauationis redit, siue aliquo siue nullo suadente deprauatus est.

<sup>267</sup> Cf. Aq., De Malo 3.3. *Co.*: Dicendum quod causa aliquid mouens multipliciter dicitur. Quandoque enim dicitur causa id quod est disponens, vel quod est consilians, vel quod est precipiens; quandoque vero dicitur causa id quod est perficiens, et hec proprie et vere causa dicitur, quia causa est ad quam sequitur effectus... sic ergo dicendum est quod diabolus humani peccati causa esse potest per modum disponentis vel persuadentis interius aut exterius; aut etiam per modum precipientis, vt apparet in his qui se manifeste diabolo subdiderunt, sed per modum perficientis causa peccati esse non potest.

solummodo permissiue, qui mala permittit propter bona iuxta Augustinum in *Enchiridio*: “Diabolus autem disponit interius suggerendo, persuadit interius et exterius acrius stimulando.”<sup>268</sup> Precepit<sup>a</sup> autem his | qui ei totaliter se subdiderunt, vt sunt malefici, quibus non est opus interius instigari sed tantum exterius, etc.

Et per hoc etiam ad secundum, quod quilibet est causa sue malitie, directe intelligendo. Et ad probationes patet eadem responsio, quia licet repugnat libero arbitrio moueri per modum precipientis, non autem per modum disponentis.

Ad tertium. Motus ad virtutes aut ad vitia dispositiue possunt causari ab influentijs corporum celestium, et capitur motus pro quadam naturali inclinatione ad virtutes humanas et vitia, opera autem maleficorum, quia excedunt communem ordinem nature, ideo illis influentijs subiacerere non possunt.

Ad quartum idem patet, quia sunt cause humanorum actuum corpora celestia, sed illa opera non sunt humanitus adinuenta.<sup>b</sup>

Ad quintum, quod motores orbium possint imprimere in animas, si intelligatur immediate, sic imprimunt illuminando ad bonum et non ad maleficia, vt supra tactum est, si autem intelligatur mediate, tunc iuxta influentiam corporum celestium imprimunt indirecte et dispositiue.

Ad sextum, hoc quod<sup>269</sup> demones secundum certa augmenta lune homines vexant, contingit propter duo: primo quidem ad hoc vt infament creaturam dei, scilicet lunam, vt Jeronymus et Crisostomus dicunt; secundo quia cum non possint operari nisi mediantibus naturalibus virtutibus, vt supra dictum est,<sup>270</sup> ideo considerant corporum aptitudines ad effectus<sup>c</sup> inducendos,<sup>271</sup> et quia cerebrum est humidissimum omnium partium corporis, vt Aristoteles dicit et naturales omnes, ideo maxime subijcitur operationi lune, que ex sua proprietate habet mouere humores.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: per-

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -i

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -os

<sup>268</sup> *This quote seems implicit in Aq. but is not cited directly. Cf. De Malo 3.4.Co.*: Sic ergo patet quod diabolus interius instigat ad peccatum persuadendo et disponendo, non autem perficiendo peccatum; and *Summa 2/2.165.2.Rat*: ... suggestio qua spiritualiter diabolus aliquid homini suggerit ostendit diabolum plus habere potestatis in homine quam suggestio exterior, quia per suggestionem interiorum immutatur a diabolo saltem hominis phantasia sed per suggestionem exteriorum immutatur sola exterior creatura. Diabolus autem minimum potestatis habebat in homine ante peccatum, et ideo non potuit cum interiori suggestionem sed solum exteriori tentare.

<sup>269</sup> *Start of Aq., Summa 1.115.5.Rat*

<sup>270</sup> *So Aq.!*

<sup>271</sup> *Aq.*: intentos

In cerebro autem perficiuntur vires animales, et ideo demones secundum certa augmenta lune perturbant hominis fantasiam quando considerant cerebrum ad hoc dispositum.<sup>272</sup>

Ad aliud, quod demones<sup>273</sup> aduocati in certis constellationibus adueniunt, faciunt propter duo: primo, vt homines in hunc errorem inducant, quod credunt aliquod numen esse in stellis; secundo, quia considerant secundum aliquas constellationes materiam corporalem magis esse dispositam ad effectus pro quibus aduocantur.<sup>274</sup> 38C

Ad<sup>275</sup> tertium, quod, sicut dicit Augustinus (xxxvi<sup>276</sup> *De Ciuitate Dei*), per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, aliorum<sup>a</sup> carminum et instrumentorum musicorum demones alliciuntur, non vt animalia cibis, sed vt spiritus signis, in quantum scilicet hec eis exhibentur in signum diuini honoris, cuius ipsi sunt cupidi.<sup>277</sup>

Tamen quia sepe obijcitur quod demones possunt impediri per herbas et armonias a vexatione hominum, vt in argumento allegatur de Saul per armoniam citharis, vnde nituntur defendere quod aliqui possent effectus maleficiales producere per certas herbas et occultas causas absque auxilio demonum tantummodo ex influenza corporum celestium, que plus possunt imprimere in huiusmodi res corporales ad effectus corporales quam in ipsos demones ad producendum huiusmodi effectus maleficiales, ideo latius cum sit respondendum, est aduertendum quod herbe vel armonie non possunt sua naturali virtute totaliter excludere vexationem qua diabolus possit hominem vexare, si sibi permetteretur a deo vel angelis bonis. Possunt tamen illam vexationem mitigare, et ita parua posset esse vexatio illa quod possent eam penitus excludere, sed hoc facerent non agendo in ipsum demonem, cum sit spiritus separatus in quem non potest naturaliter agere quodcunque corpus, sed agendo in ipsum vexatum a demone. Omnis enim causa limitate virtutis producere potest effectum intensiorem in materiam dispositam quam non dispositam, cui et consonat illud philosophi (ij *De Anima*): “Actus actiuorum sunt in patiente predisposito.” Demon autem est agens limitate virtutis, ergo vexationem intensiorem facere potest diabolus in homine disposito ad illam vexationem siue ad illud ad quod diabolus intendit adducere quam 38D

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: alium

<sup>272</sup> *End*

<sup>273</sup> *Start of Aq.*, Summa 1.115.5.Ra2

<sup>274</sup> *End*

<sup>275</sup> *Start of Aq.*, Summa 1.115.5.Ra3

<sup>276</sup> *Aq.*: xxi

<sup>277</sup> *End*

in homine dispositionis contrarie. Puta diabolus potest vexare intensius passione melancolica hominem dispositum ad illam quam hominem  
 39A contrarie dispositionis.

Certum est autem quod herbe et armonie multum possunt immutare dispositionem corporis et ex consequenti motus sensualitatis. Hoc patet de herbis, cum quedam inclinant ad leticiam, quedam ad tristiciam, et sic de alijs. Hoc etiam patet de armonijs per philisophum viij *Politicorum*, vbi vult quod diuerse armonie habent prouocare diuersas passiones in homine.<sup>a</sup> Hoc etiam refert Boecius in *Musica* sua et autor *De Ortu Scientiarum*, vbi loquens de vtilitate musice dicit quod valet ad curandum vel alleuiandum diuersas infirmitates, et ita patere potest quod ceteris paribus sit vexatio debilior.

Non autem video quomodo herbe vel armonie possint in homine dispositionem aliquam causare propter quam homo nullo modo posset a demone vexari, si tamen permetteretur, quia diabolus mouendo solum motu locali vapores et ipsos spiritus inordinato motu posset hominem multum vexare. Herbe autem vel armonie nullam dispositionem causare  
 39B possent in homine sua naturali virtute per quam prohibetur demon predictam commotionem facere. Contingit tamen quandoque quod diabolo non permittitur hominem vexare nisi vexatione ita parua quod per aliquam fortem dispositionem ad contrarium tolleretur totaliter, et tunc alique herbe vel armonie possent corpus hominis ita ad contrarium disponere quod illa vexatio totaliter ammoueretur. Verbi gratia, diabolus quandoque posset hominem vexare vexatione tristicie ita debiliter quod per aliquas herbas vel armonias que haberent<sup>b</sup> causare dilatationem et diffusionem spirituum qui sunt motus contrarij tristicie totaliter ammoueretur illa tristicia. Contra autem Augustinus (li. ij *De Doctrina Christiana*) condemnat ligaturas et quedam alia de quibus ibi diffusius scribit, hoc attribuens arti magice, hoc est quantum ad illud quod non possunt ex sua naturali virtute, quod patet ex hoc quod dicit sic: “Ad hoc genus pertinent omnes ligature atque remedia que medicorum condemnat disciplina,” in quo satis patet quod illa condemnat  
 39C quantum ad vsum respectu cuius non habent aliquam efficaciam ex sua naturali virtute.

Quantum autem ad illud quod *i Regum*, capitulo xvi habetur quod Saul, qui vexabatur a demone, alleuiabatur quando Dauid cytharam percutiebat coram eo et quod spiritus malus recedebat etc., sciendum

<sup>a</sup> Ed. prin.: -ē

<sup>b</sup> Ed. prin.: -et

quod bene verum est quod per tactum cythare virtute naturali illius armonie alleuiabatur aliquantulum afflictio Saulis in quantum illa armonia aliquantulum dulcorabat appetitum eius per auditum, per quam dulcorationem reddebatur minus aptus ad illam vexationem, sed quod spiritus malus recederet quando Dauid cytharizabat, hoc erat propter vim crucis, quod satis expresse dicitur in glosa, vbi sic dicitur: "Erat Dauid in canticis musicis eruditus. Diuersorum sonorum rationabilis moderatusque concentus vnitatem essentie<sup>278</sup> significat que varijs modis quotidie resonat. Dauid malignum spiritum in cythara compescuit, non quia tanta esset vis in cythara sed in signo crucis qui<sup>a</sup> in ligno crucis<sup>b</sup> et cordarum extensione, id est, ve|narum, gerebatur, que iam tunc demones effugabat."<sup>c</sup> 279

SEQUITUR QUO AD IPSAS MALEFICAS DEMONIBUS SE  
SUBIICIENTIBUS,<sup>d</sup> ET EST SEXTA QUO AD QUESTIONEM ET  
SECUNDUM MEMBRUM

PRO TERTIA ET ANNEXA difficultate quo ad ipsas maleficas demonibus se subiicientibus<sup>e</sup> plura super modum aggrediendi huiusmodi spurcicias possunt difficultari, primo ex parte demonis et corporis ab eo assumpti: ex quo elemento sit illud formatum; secundo, ex parte actus: an semper cum infusione seminis ab altero recepti,<sup>f</sup> tertio ex parte temporis et loci: an potius in vno tempore quam in altero exercent; quarto: an visibiliter quo ad circumstantes se agitat; ex parte mulierum: an tantummodo ille que ex huiusmodi spurcicijs procreantur a demonibus frequentantur, secundo: an ille que ab obstetricibus tempore 40A

<sup>a</sup> Given the clumsiness of the adaptation, it is hard to know what to make of this, but it seems that quod is to be expected.

<sup>b</sup> Not in the gloss and obstructive of the sense. Lignum should refer to the material of the harp, but here it is confused this with the common expression lignum crucis used to signify the Crucifix.

<sup>c</sup> Ed. prin.: -ebat

<sup>d</sup> Sc.-es (cf. 21B)

<sup>e</sup> Sc.-es (cf. 21B)

<sup>f</sup> Ed. prin.: -o

<sup>278</sup> So ed. prin.; Glossa: ecclesie. Presumably, the mistake derives from misreading "el" as two upright "i"s (i.e., "ff").

<sup>279</sup> Cf. Rabanus Maurus ad loc. (quoting Isidore): Erat autem Dauid in canticis musicis eruditus. Diuersorum enim sonorum rationabilis moderatusque concentus concordie varietate compacta ordinate ecclesie insinuat vnitatem, que varijs modis quotidie resonat, et suavitate modulatur. Iste adhuc puer in cithara suaviter imo fortiter canens malignum spiritum qui operabitur in Saule compescuit; non quod cithare illius tanta vis erat, sed quod figura crucis Christi, que de ligno et extensione neruorum mystice gerebatur, ipsaque passio que cantabatur iam tunc spiritus demoniacos opprimebat.

“Simpliciter fateor charitati vestre coram domino deo nostro, qui testis est super animam meam ex quo deo seruire cepi, quoniam difficile sum expertus peiores sicut et non meliores quam qui in monasterijs defecerunt aut profecerunt.”

De mulierum vero malitia disseritur (*Ecclesiastici* xxv): “Non est caput  
 41B nequius super caput colubri et non est ira super iram mulieris. Com-  
 morari leoni et draconi placebit quam habitare cum muliere nequam.” Et  
 inter plura que sequuntur et precedunt, ibidem de muliere nequam con-  
 cludit: “Breuis est omnis malitia super malitiam mulieris.” Hinc Crisotomus  
 super *Matthei* xix (“non expedit nubere”): “Quid aliud est mulier nisi  
 amicicie inimica, ineffugabilis pena, necessarium malum, naturalis  
 tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile  
 detrimentum, malum nature, bono colore depicta? Ergo, si dimittere  
 illam peccatum est, cum oportet tenere, iam vere tormentum neces-  
 sarium est, vt aut dimittentes adulteria faciamus aut quotidianas pug-  
 nas habeamus.” Tullius denique (ij *Rethorice*)<sup>a</sup> dicit: “Viros ad vnum  
 quodque maleficium singule” – id est, plures – “cupiditates impellunt.  
 Mulieres ad omnia maleficia cupiditas vna ducit. Muliebrium enim vitio-  
 rum omnium fundamentum est auaricia.” Et Seneca in suis tragedijs:  
 41C “Aut amat aut odit mulier. Nihil tercium dedisse est.<sup>286</sup> Flere feminam est  
 mendacium. | Duo genera lachrymarum habentur in oculis feminarum,  
 veri doloris vnum, insidiarum aliud. Mulier cum sola cogitat, mala  
 cogitat.”

De bonis autem mulieribus tanta laus est vt etiam beatificasse viros  
 legantur et saluasse gentes, terras et vrbes. Patet de Judith, Delbora  
 et Hester. Hinc apostolus (i *Corinthorum* vij): “Siqua mulier habet  
 virum et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sancti-  
 ficatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem.” Jdeo *Ecclesiasti-  
 tici* xxvi dicitur: “Mulieris bone beatus vir. Numerus enim annorum  
 duplex.” Multa ibi narrat laudabilissima per totum pene capitulum de  
 excellentia bonarum et *Prouerbiorum* vltimo de<sup>b</sup> “muliere forti.”<sup>287</sup> Que  
 omnia etiam in nouo testamento in feminis claruerunt, vt in virginibus  
 et alijs sanctis feminis que perfidas gentes et regna ab idolatrie cultu  
 ad christianam religionem deduxerunt. Si quis inspicere velit Vincen-  
 tium in *Speculo Historie* (li. xxvi ca. ix) de regno Vngarie per Gillam

<sup>a</sup> Sc. Rhetor-

<sup>b</sup> Ed. prin.: vc

<sup>286</sup> So ed. prin. (Presumably est comes from misreading of efl in ... dedisseflere ...)

<sup>287</sup> *Prouerbia* 31:10: Mulierem fortem quis inueniet?

christianissimam, et de regno Francorum per Lothlidem virginem et Clodoueo | desponsatam, inspiciat et mira inueniet.<sup>288</sup> Vnde quecumque 41D  
vituperationes leguntur in concupiscentiam carnis interpretari possunt, vt semper mulier pro carnis concupiscentia intelligatur iuxta illud: "Inueni amariorem morte mulierem" et "Bona mulier subiecta carnis concupiscentia."

Sunt et alij alias rationes assignantes, cur in<sup>289</sup> maiore multitudine reperiantur femine superstitiose quam viri, et dicunt esse tres causas. Prima est: quia prone sunt ad credendum, et quia principaliter demon querit corrumpere fidem, ideo potius eas aggreditur, vnde et *Ecclesiastici* xix: "Qui cito credit, leuis est corde et minorabitur." Secunda causa est quia a natura propter fluxibilitatem complexionis facillioris sunt impressionis ad reuelationes capiendas per impressionem separatorum spirituum,<sup>290</sup> qua complexione etiam cum bene vtuntur, multum bone sunt, cum male, peiores sunt. Tertia causa, quia lubricam habent linguam<sup>291</sup> et ea que mala arte sciunt eis<sup>a</sup> comparibus feminis vix celare possunt, seque occulte, cum vires non habeant, per maleficia vindicare | 42A  
querunt facilliter, vnde *Ecclesiastici* xxv (ut supra) "Commorari leoni et draconi plus<sup>b</sup> placebit quam habitare cum muliere nequam. Breuis omnis malitia super malitiam mulieris."<sup>292</sup> Jtem potest et addi: ille<sup>c</sup> cum fluxibiles sunt, ideo citius pueros demonibus offerre possunt, sicut et faciunt.

Sunt et tertij alias rationes assignantes, quas predicatorum caute debent proponere et dicere, quod licet in veteri testamento scripture vt plurimum mala loquantur de mulieribus et hoc propter primam preuaricatricem mulierem, scilicet Euam, et imitatrices eius, tamen exposit in nouo testamento propter mutationem nominis, vt Eua in Aue, et vt ait Jeronimus, "Totum quod intulit mali maledictio Eue, totum abstulit benedictio Marie," vnde plurima et semper laudabilia sunt de ipsis predicanda. Sed quia adhuc modernis temporibus hec perfidia amplius in mulieribus quam in viris inuenitur, vt ipsa experientia docet, curiosius causam inuestigando vltra premissa dicere possumus: quod in omnibus 42B

<sup>a</sup> So *Nider* (perhaps using the form erroneously for suis)

<sup>b</sup> So *Nider* (added to the Vulgate text of Eccl. 25:23)

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -a

<sup>288</sup> *End*

<sup>289</sup> *Start of Nider, Praec. 1.11.21 (Ba), which begins: Questio xxi: vnde prouenit quod femine sepe in maiori multitudine reperiuntur superstitiose et malefice quam viri. Respondetur: triplici de causa. Primo quia prone sunt . . .*

<sup>290</sup> *Here Nider adds: vt Guilielmus dicit (vbi supra)*

<sup>291</sup> *For lubricam habent linguam Nider has linguam lubricam habent.*

<sup>292</sup> *End*

partus demonibus offeruntur, tertio: an remissior sit in talibus ipsa venerea delectatio. Ad que omnia ad presens cum non sit respondendum, eo quod tantummodo generalitati studemus, et in secunda parte operis illa singula per eorum opera explanantur, vt patebit in quarto capitulo, vbi de singulis modis fiet mentio, ideo ad secundum principale tendamus, et primo cur in tam fragili sexu hoc genus perfidie inuenitur amplius quam in viris. Et erit questio prima generalis quo ad conditiones generales mulierum; secunda specialis: cuiusmodi mulieres amplius inueniuntur superstitiose et malefice; tertia singularis quo ad ipsas obstetrices que omnes alias in malitia excedunt.

40B QUO AD PRIMUM, CUR in sexu tam fragili mulierum maior multitudo maleficarum reperitur quam inter viros – et quidem in contrarium [in] argumenta deducere non | expedit cum ipsa experientia preter verborum et fidedignorum testimonia talia facit credibilia – dicamus sexum non despiciendo in quo deus semper magna fecit fortia vt confundet, quod diuerse a diuersis super hec assignantur rationes, semper tamen in principali concordantes. Vnde et pro mulierum auisamento ipsa materia bene est predicabilis affectantque audire, vt experientia sepe docuit, dummodo discrete proponatur.

Nam aliqui doctores hanc rationem tradunt. Dicunt<sup>280</sup> enim tria esse in rerum natura, lingua,<sup>a</sup> ecclesiasticus<sup>b</sup> et femina,<sup>c</sup> que medium in bonitate aut malitia tenere nesciunt, sed vbi limites sue conditionis excedunt, ibi quendam apicem et supremum gradum in bonitate aut malitia vindicant: in bonitate quidem quando a bono reguntur spiritu, vnde et optima sunt, in malitia vero quando a malo spiritu reguntur, vnde et pessima efficiuntur.

40C De lingua enim patet cum eius ministerio plurima regna fidei christiane sunt subiugata, vnde<sup>281</sup> et apostolis Christi in igneis linguis spiritus sanctus visus est. Patet et in alijs sapientibus predicatoribus quotidie lingua canum vulnera et vlcera languentis Lazari lingentes<sup>d</sup> iuxta illud: “Lingua canum tuorum ex inimicis” animas eripientes,<sup>e</sup> vnde et dux et pater predicatorum ordinis in figura cattuli latrantis et accensam faculam

<sup>a</sup> Sc. -am

<sup>b</sup> Sc. -um

<sup>c</sup> Sc. -am

<sup>d</sup> Sc. -ibus

<sup>e</sup> Sc. -ium

<sup>280</sup> *Start of Nider, Form. 5.8 (224D–226A).*

<sup>281</sup> *Start of an extensive addition; Nider has only: vt in sanctis Christi apostolis et in sapientibus patet predicatoribus. Prudentis eciam viri lingua nonunquam infinitorum . . .*

in ore gestantis premonstratus est, vt suo latratu vsque in presens habeat lupos hereticos arcere a gregibus ouium Christi. Patet et ex quotidiana experientia quod vnus viri<sup>282</sup> prudentis lingua interdum infinitorum hominum strages prepeditur, propter que non immerito in eius commendationem Salomon (*Proverbiorum* x) plura cecinit: "In labijs sapientis inuenitur sapientia." Et iterum: "Argentum electum lingua iusti, cor impiorum pro nihilo." Iterum "Labia iusti erudiunt plurimos, qui autem indocti sunt in cordis egestate moriuntur." Cuius causa (ibidem xvi) subditur, quia "hominis est preparare alnimum et domini<sup>a</sup> gubernare. 40D linguam."

De mala vero lingua inuenies *Ecclesiastici* xxviii: "Lingua tertia multos commouit et dispersit illos a gente in gentem, ciuitates munitas destruxit et domos magnatorum effodit," et dicitur lingua tertia eorum qui inter duas partes contrarias incaute vel maculose loquuntur.<sup>b</sup>

De secundo, scilicet ecclesiasticis, intellige clericos et religiosos in vtroque sexu. Crisostomus super illud: "Eiecit vendentes et ementes de templo": "Sicut omne bonum a sacerdotio, ita omne malum ab eo egreditur,"<sup>283</sup> Jeronimus in *Epistola ad Nepocianum*: "Negociatorem clericum ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge," et beatus Bernardus (*Omel. xxiiij super Cantica*) loquens de clericis dicit: "Si insurgeret apertus hereticus, mitteretur foras et aresceret, si violentus inimicus, absconderent<sup>c</sup> se forsitan ab eo boni. Nunc vero quomodo abijcient aut quo abscondent<sup>284</sup> se? Omnes amici et tamen omnes inimici, 41A omnes domestici et nulli pacifici, omnes proximi et omnes que sua sunt querunt." Et alibi: "Nostri prelati facti sunt Pilati, nostri pastores facti sunt tonsores," et loquitur etiam de prelatiis religiosorum qui onera grauia inferioribus imponunt, "Digito autem suo minima<sup>d</sup> non tangerent."<sup>285</sup> Et Gregorius in *Pastorali* dicit: "Nemo amplius in ecclesia nocet quam qui peruerse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus presumit et in exemplum culpa vehementer extenditur quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur." De religiosis etiam dicit beatus Augustinus (*Ad Vincentium Donatistam*):

<sup>a</sup> So Nider 225A; ed. prin.: deum, which reading probably derives from a misreading of the abbreviation dni.

<sup>b</sup> So Nider 225B; ed. prin.: -itur

<sup>c</sup> So Nider; ed. prin.: -det

<sup>d</sup> Ed. prin.: -o

<sup>282</sup> End of the addition

<sup>283</sup> This quotation not in Nider

<sup>284</sup> Nider: quem cicient aut a quo abscondent

<sup>285</sup> This quotation not in Nider

viribus tam anime quam corporis cum sint defectuose, non mirum si plura maleficia in eos quos emulantur fieri procurant. Quantum enim ad intellectum seu ad intelligendum spiritualia alterius videntur esse speciei a viris, cui auctoritas et ratio cum varijs scripture exemplis alludit. Terentius<sup>293</sup> ait: "Mulieres<sup>a</sup> ferme vt pueri leui sententia sunt." Et Lactantius (iij *Institutionum*): nunquam aliquam mulierem philosophiam sciuisse nisi Temestes.<sup>b</sup> Et *Prouerbiorum* xi quasi describens mulierem dicit: "Est circulus aureus in naribus suis mulier pulcra et fatua." Ratio naturalis est, quia plus carnalis viro existit,<sup>294</sup> vt patet in multis carnalibus spurcitijs, qui etiam defectus notantur in formatione prime mulieris, cum<sup>295</sup> de costa curua formata fuit, id est, de costa pectoris que est torta et quasi contraria viro.<sup>296</sup> Ex<sup>297</sup> quo defectu etiam procedit quod cum sit animal imperfectum, semper decipit,<sup>298</sup> propter quod semper decipit; 42C Catho: "Instruit insidias lachrimis," et illud: "Dum femina plorat, virum decipere laborat."<sup>299</sup> Patet<sup>300</sup> in vxore Sampsonis, que, multum infestans eum ad declarandum sibi probleuma propositum sodalibus, ab eo expositum eis reuelauit et sic decipit.<sup>301</sup> Patet<sup>302</sup> et in prima muliere quod ex natura minorem habent fidem, cum dixit<sup>303</sup> serpenti interroganti, quare non ederent de omni ligno paradisi, respondit: "De omne" etc. "ne forte moriamur," in quo ostendit se dubitare et non fidem habere ad verba dei. Que omnia etiam ethimologia nominis demonstrat. Dicitur enim femina "fe" et "minus," quia semper minorem habet et seruat fidem<sup>304</sup> et hoc ex natura quo ad fidelitatem, licet ex gratia simul et natura fides

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -Ieres

<sup>b</sup> *So Ant.*: sc. -em

<sup>293</sup> *Start of adaptation of Ant.*, Summa 3.1.25 (118A-B), which begins: Quid est mulier? Dicitur enim Prouerb. xi: "Circulus . . . fatua." Et Terentius . . . Temestes.

<sup>294</sup> *End (Ant. ends with)*: quia mulier plus carnalis existens minus ad spiritum seu spiritualia attendere potest)

<sup>295</sup> *Start of adaptation of Ant.*, Summa 3.1.25 (118E): . . . contrariatur viro, vnde de costa curua formata est mulier, id est, de costa pectoris, que est torta et quasi contrariatur viro.

<sup>296</sup> *End*

<sup>297</sup> *Start of Ant.*, Summa 3.1.25 (119C-D), which begins: Hoc quasi ex defectu . . .

<sup>298</sup> *Ant.*: se credit decipi

<sup>299</sup> *Ant.* (correctly) attributes to Cato the phrase instruit insidias lacrymis, dum femina plorat. Here this has been truncated and the second aphorism, which is of similar meaning and indeterminate origin, is added along with the transition et illud.

<sup>300</sup> *Ant.*: vt patet.

<sup>301</sup> *End*

<sup>302</sup> *Start of adaptation of Ant.*, Summa 3.1.25 (119C): Forsan ipsa nominis etymoliga hoc [that women have falsa fides] ostendit: femina "femeno," id est, minus fide. Patet in prima muliere Eua, que serpenti interroganti quare non ederent de omni ligno paradisi respondit: "De omni" etc. "ne forte moriamur," et sic ostendit dubitare, non fidem habere ad verba dei.

<sup>303</sup> *Not in Ant. and here superfluous*

<sup>304</sup> *End*

in beatissima virgine nunquam defecerat, cum tamen in omnibus viris defecisset tempore passionis Christi. Mala ergo mulier ex natura, cum citius in fide dubitat. Eiam citius fidem abnegat, quod est fundamentum in maleficis.

Quantum denique ad aliam potentiam anime, scilicet voluntatem, ex natura, cum<sup>305</sup> odit aliquem quem prius amavit, tunc estuat per iram, <sup>42D</sup> et impatientiam et sicut maris estus semper bullit et currit, sic talis est tota impatiens. Alludit huic rationi auctoritas diuersa: *Ecclesiastici* xxv: “Non est ira super iram mulieris,” et Seneca (tragedia viii): “Nulla vis flamme tumidique venti tanta nec teli metuenda torti quanta cum coniunx viduata tedis ardet et odit.” Patet in muliere que false accusauit Joseph et incarcerare fecit, quia nolit sibi in scelus consentire adulterij (*Genesis* xxx).<sup>306</sup> Et reuera potissima causa deseruens in augmentum maleficarum est dolorosum<sup>307</sup> duellum inter maritatos et non maritatas feminas et viros,<sup>308</sup> imo et inter<sup>309</sup> ipsas feminas etiam sanctas: quid tunc de ceteris? Vides enim in *Genesi* quanta fuit impatientia et inuidia<sup>310</sup> Sare ad Agar postquam concepit (*Genesis* xxi), quanta Rachel ad Lyam propter filios quos non habebat Rachel<sup>311</sup> (*Genesis* xxx), quanta Anne ad Fenennam fecundam ipsa sterili existente (i *Regum* i), quanta Marie ad Moisen<sup>312</sup> (*Nume.* xij), vnde murmurauit et detraxit Moisi, propter <sup>43A</sup> quod et lepra percussa,<sup>313</sup> quanta Marthe ad Magdalenam ipsa sedente<sup>314</sup> et Martha ministrante (*Luce* x), vnde et *Ecclesiastici* xxxvij: “Tracta cum muliere de his que emulatur,” quasi dicat, “Non est tractandum cum ea quia semper emulatio, id est, inuidia est in mala muliere.”<sup>315</sup> Et que inter se sic agitantur, quanto magis aduersus viros! Quare etiam, vt narrat<sup>316</sup>

<sup>305</sup> *Start of adaptation of Ant.*, Summa 3.1.25 (119B–C): . . . est estuans estus per iram et impatientiam. Sicut enim maris estus semper bullit et currit, sic mulier tota est impatiens, et maxime cum odit quem amavit, vt patet in muliere que falso accusauit Ioseph et incarcerare fecit. quia nolit sibi in scelus consentire adulterij (*Genes.* xxxix). “Non est ira supra iram mulieris” (*Ecclesiastic.* xxv). Et Seneca (Tragedia vij): “Nulla uis flamme tumidique venti tanta, nec teli metuenda torti, quanta cum coniunx viduata tedis ardet et odit.”

<sup>306</sup> *End*

<sup>307</sup> *Start of adaptation of Ant.*, Summa 3.1.25 (118E): . . . dolorosum duellum, scilicet inter virum et uxorem . . .

<sup>308</sup> *End*

<sup>309</sup> *Start of Ant.*, Summa 3.1.25 (120A–B), which begins: Hoc de sanctis mulieribus crede, et de ceteris magis. Vides enim . . .

et inuidia not in *Ant.*

<sup>311</sup> . . . propter . . . Rachel: quia filios non habebat Rachel vt Lia in *Ant.*

<sup>312</sup> *Ant.*: Moysen propter Ethyopissam

<sup>313</sup> *This clause not in Ant.*

<sup>314</sup> ipsa sedente: cum sedens ad pedes domini audiebat verbum illius in *Ant.*

<sup>315</sup> *End*

<sup>316</sup> *Start of Ant.*, Summa 3.1.25 (122C)

Valerius, Foroneus rex Grecorum die qua mortuus est dixit Leoncio fratri suo: “Ad summam felicitatem nihil mihi deesset si mihi semper vxor defuisset,” cui Leoncius “Et quomodo vxor obstat felicitati?” et ille “Mariti hoc omnes sciunt.”<sup>317</sup> Et Socrates<sup>318</sup> philosophus interrogatus si ducenda esset vxor respondit: “Si non capies, solitudo arbitrans excipiet. Hic generis interitus,<sup>a</sup> hic heres alienus. Sed si ceperis, illic perpetua sollicitudo: conquestus querularum, dotis exprobratio, affinium graue supercilium, garrula socrus lingua, successor alieni matrimonij, incertus liberorum euentus.” Hec|dixit vt expertus. Nam, vt ait Jeronimus (*Contra Jouinianum*), hic Socrates duas habuit vxores, quas ingenti patientia sustinens non potuit tamen ab earum contumelijs, clamoribus et vituperationibus liberari, vnde quadam die ipsis querulantibus contra eum et ipse domum egressus vt earum molestias euitaret et ante domum sederet proiecerunt ille mulieres super eum aquam immundam, super quo ipse non perturbatus quia philosophus ait: “Sciebam quod post tonitrua pluuie sequerentur.”<sup>319</sup> Et de<sup>320</sup> quodam legitur cuius vxor submersa erat in fluuio quod cum quereret cadauer eius ad educendum de aqua, ibat per fluuium contra aquam et interrogatus causam, cum res graues descendant infra et non supra, quare quereret contra aquam, respondit: “Mulier ista in vita semper fuit contraria dictis et factis siue mandatis meis: ideo quero contrario modo, si forte etiam mortua contrariam voluntatem vltra consuetum tenuisset.”<sup>321</sup> Et quidem sicut ex primo defectu intelligentie abnegationem fidei facilius viris incurrunt, ita et ex secundo, scilicet ex inordinatis affectionibus et passionibus, varias vindictas querunt, excogitant et infligunt, siue per maleficia siue alijs quibuscunque medijs, vnde non mirum tantam multitudinem maleficarum in hoc genere existere.

Quantum insuper defectum in memoratiua potentia, cum hoc sit in eis ex natura vitium nolle regi sed suos sequi impetus sine quacunque pietate! Ad hoc studet et cuncta memorata disponit. Vnde<sup>322</sup> Theophrastus: “Si totam domum ei commiseris, seruiendum est. Si aliquid tuo arbitrio reseruaueris etiam minimum vel magnum, fidem sibi adhiberi non putabit et iurgia concitet, et nisi cito consuleris, parat venena,

<sup>a</sup> *So Ant.; ed. prin.: -terius*

<sup>317</sup> *End*

<sup>318</sup> *Start of Ant., Summa 3.1.25 (119AB)*

<sup>319</sup> *End*

<sup>320</sup> *Start of Ant., Summa 3.1.25 (118E–119A)*

<sup>321</sup> *End*

<sup>322</sup> *Start of Ant., Summa 3.1.25 (122A)*

auruspices et ariolos consulit."<sup>323</sup> Ecce maleficia! Sed<sup>324</sup> quale sit dominium mulierum, audi Tullium in *Paradoxia*:<sup>325</sup> "Nunquid ille liber est cui mulier imperat, leges imponit, prescribit, iubet, vetat quod ei videtur, nec ille imperanti aliquid negare potest vel audet? Ego istum non modo seruum | sed nequissimum seruorum appellandum puto, licet <sup>43D</sup> amplissima familia natus sit."<sup>326</sup> Vnde et Seneca<sup>327</sup> in persona furiose Medee: "Quid amodo<sup>328</sup> cessas? Sequere felicem impetum. Pars ista vltionis qua gaudes quotta est" etc.,<sup>329</sup> vbi multa ponit ostendens quod mulier non vult regi sed suo impetu procedere, etiam in damnum suum, sicut de multis legitur mulieribus que vel ob amorem vel dolorem quia vindictas facere non potuerunt, seipsas occiderunt,<sup>330</sup> sicut<sup>331</sup> et de Laodice narrat Jeronimus (*Super Danielelem*), que existens vxor regis Anthiochi regis Syrie, zelans ne plus amaret Beronicem, quam etiam habebat vxorem, Beronicem et filium eius ex dicto Anthiocho prius fecit occidi et post seipsam veneno occidit.<sup>332</sup> Vnde quia non vult regi et suo impetu procedere, ideo Crisostomus<sup>333</sup> non immerito dicit: "O malum omni malo peius mulier mala, siue illa pauper sit siue diues! Si enim vxor diuitis sit, non cessat nocte et die virum calidis<sup>a</sup> | stimulare sermonibus blanda <sup>44A</sup> nequiter et importuna violenter. Si vero pauperem virum habet, ipsum quoque ad iracundiam et rixas incitare non desinit. Et si vidua sit, ipsa per semet ipsam omnes despicit passim et ad omnem audaciam spiritu superbie inflammat.<sup>334</sup>

Queramus:<sup>335</sup> inuenimus fere omnia mundi regna propter mulieres fuisse euersa. Primum enim quod fuit regnum felix, scilicet Troye, propter raptum vnus femine, scilicet Helene, destructum est, multis milibus Grecorum occisis.<sup>336</sup> Regnum Judeorum multa mala et

<sup>a</sup> So Ant.: ed. prin.: calidum

<sup>323</sup> Pause

<sup>324</sup> Resume

<sup>325</sup> Ant.: Paradoxia

<sup>326</sup> End

<sup>327</sup> Start of Ant., Summa 3.1.25 (122C)

<sup>328</sup> Ant.: anime

<sup>329</sup> etc. not in Ant.

<sup>330</sup> End

<sup>331</sup> Start of adaptation of Ant., Summa 3.1.25 (122E), which has after vxorem: seipsam occidit, Beronicem vero et filium eius ex Antiocho etiam fecit occidi.

<sup>332</sup> End

<sup>333</sup> Start of Ant., Summa 3.1.25 (121E), which begins with merely: Vnde Chysostomus: "O ...

<sup>334</sup> End

<sup>335</sup> Start of adaptation of Ant., Summa 3.1.25 (121D-E), which begins: ... Si est ex hominum memoria, queramus et inueniemus fere omnia mundi regna propter mulieres fuisse subuersa. Primum enim ...

<sup>336</sup> Ant.: et multa millia Grecorum occisa

exterminia habuit propter pessimam reginam Jezabel et filiam eius Athaliam reginam in regno Jude, que occidi fecerat filios filij vt eo mortuo ipsa regnaret, sed vtraque occisa.<sup>337</sup> Regnum Romanorum multa mala sustinuit propter Cleopatram reginam Egipti, pessimam mulierem. Et sic de alijs.<sup>338</sup> Vnde non mirum si mundus iam patitur ob malitiam mulierum.

Demum inspiciendo corporis ipsius carnalia desideria, vnde innumera nocumenta vite humane contingunt, vt merito cum Cathone<sup>339</sup> Vticensi dicere possimus: “Si absque femina possit esse mundus, conuersatio nostra non esset absque dijs,”<sup>340</sup> cum reuera si mulierum non essent nequitie, etiam tacendo de maleficijs, adhuc ab innumeris periculis mundus remaneret exornatus. Valerius<sup>341</sup> *Ad Rufinum*: “Chimeram mulierem esse nescis, sed scire debes quod monstrum illud triforme insigni venustetur facie leonis, olentis maculetur ventre capre, virulente cauda vippere armetur.” Vult dicere quod est aspectus eius pulcher, tactus fetidus, conuersatio pestifera.<sup>342</sup>

Audiamus et aliam proprietatem per vocem. Nam sicut<sup>343</sup> est mendax in natura, sic et in loquela.<sup>344</sup> Nam<sup>345</sup> pungit et tamen delectat, vnde et earum vox cantui Syrenarum assimilatur, que dulci melodia transeuntes attrahunt et tandem occidunt. Occidunt quidem quia et marsupia euacuant, vires auferant et deum perdere cogunt. Iterum<sup>346</sup> Valerius *Ad Rufinum*, hec loquens: “Placet delectatio et pungit delictum. Flos Veneris rosa est, quia sub eius purpura multi latitant aculei.” *Prouerbiorum* v: “Nitidius oleo guttur eius,” id est, “locutio nouissima eius amara quasi absinthium.”<sup>347</sup>

Audiamus et aliam: In eius incessu, statu et habitu – ibi est vanitas vanitatum. Non<sup>348</sup> est homo in mundo qui tantum studet placere deo benigno quantum mulier etiam mediocris suis vanitatibus studet hominibus placere. De quo exemplum in vita Pelagie, quando dedita mundo discurrebat per Anthiochiam ornata nimis, quam sanctus pater

<sup>337</sup> *Ant. adds: est*

<sup>338</sup> *End*

<sup>339</sup> *Start of Ant., Summa 3.1.25 (121C), which begins: Et Cato Vticensis dixit: “Si . . .”*

<sup>340</sup> *End*

<sup>341</sup> *Start of Ant., Summa 3.1.25 (120D)*

<sup>342</sup> *Pause (for pestifera Ant. has mortifera)*

<sup>343</sup> *Resume Ant. 120E, which has Et in place of Nam.*

<sup>344</sup> *End*

<sup>345</sup> *Start of Ant., Summa 3.1.25 (120C–D)*

<sup>346</sup> *Not in Ant.*

<sup>347</sup> *End*

<sup>348</sup> *Start of Ant., Summa 3.1.25 (122B), which begins: Vigesima littera est V, quia si mulier est vanitas vanitatum (hoc satis notum est omnibus, fere non est homo in mundo . . .*

Nomius<sup>349</sup> nomine videns flere cepit et dixit socijs quod toto tempore vite sue tantam diligentiam nunquam adhibuerat deo placere etc.,<sup>350</sup> que demum orationibus eius conuersa est.<sup>351</sup> Hec est de qua *Ecclesiaste* vij et de qua iam ecclesia lamentatur propter ingentem multitudinem maleficarum: “Inueni<sup>352</sup> amariorem morte mulierem, que laqueus est venatorum, sagena cor eius, vincula sunt manus eius. Qui placet deo, fugiet illam; qui autem peccator est, capietur ab ea.” Amarior est morte, id est, diabolo: (*Apocalysis* vi) “Nomen illi | mors.” Nam licet diabolus induxit<sup>44D</sup> Eua ad peccandum, Eua tamen seduxit Adam, et sicut peccatum Eue non induxisset nobis mortem anime et corporis nisi subsecuta fuisset culpa in Adam ad quam induxit Eua et non diabolus, ideo “amarior morte.” Iterum “amarior morte” quia hec naturalis et interimit tantum corpus, sed peccatum a muliere inchoatum occidit animam priuando gratiam<sup>a</sup> et corpus similiter in penam peccati. Iterum “amarior morte” quia mors corporalis est inimicus manifestus et terribilis, sed mulier inimicus blandus et occultus, et ideo amarior et periculosior. Laqueus iam dicitur venatorum scilicet<sup>b</sup> demonum, quia iam capiuntur homines non solum per carnalia desideria eas videndo, audiendo, cum earum facies sit ventus vrens et vox serpentis sybulus iuxta Bernardum, verum etiam innumeros maleficiendo homines et iumenta. Sagena dicitur cor eius, id est, inscrutabilis malitia que in cordibus earum regnat. Et manus

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -a

<sup>b</sup> *So Ant.*: *ed. prin.*: sed, probably from a confusion of the abbreviation *sc̄z* (=scilicet) with *s̄z* (=sed).

<sup>349</sup> *Ant.*: Nonus

<sup>350</sup> etc. not in *Ant.*

<sup>351</sup> *End*

<sup>352</sup> *Start of adaptation of Ant.*, *Summa* 3.1.25 (117A-C): *Ecclesiasticus*, Salomon filius Dauid, (cap. vij) dicit de muliere: “Inueni amariorem morte mulierem, que laqueus est venatorum, sagena cor eius, vincula sunt manus eius. Qui placet deo fugiet illam; qui autem peccator est capietur ab ea.” Ideo dicitur mulier “amarior morte,” quia mors naturalis interimit corpus, sed culpa que primo habuit ortum a muliere Eua occidit animam priuando gratiam, et causa prima fuit mortis corporalis. “Amarior” est “morte,” que etiam denominat diabolus (*Apoc.* vi: “Nomen illi mors.”), quia diabolus induxit Eua ad peccandum, sed Eua Adam. Sed peccatum Eue solum non induxisset nobis mortem anime et corporis nisi subsecuta fuisset culpa Adam, ad quam induxit Eua. In eo enim completa est infectio totius humani generis. Ideo etiam quia mors corporalis est inimicus manifestus et terribilis, sed mulier est inimicus blandus et occultus, et ideo amarior et periculosior. Laqueus dicitur venatorum, scilicet demonum, quibus capiunt aues et feras siluestres, id est, contemplatiuos et solitarios per visum, vt Dauid et plures eremitas, vel per auditum, vt Eua Adam. Bernardus dicit quod vox mulieris est serpentis sibilus, et propheta (*Abachus* i): “Facies eorum ventus vrens.” Per visum ergo et auditum ad mulieres venator diabolus capit sanctos viros. “Sagena” dicitur “cor eius,” id est, affectio ad mulierem: hac capiuntur pisces, homines natantes in aquis deliciarum (*Abachus* i: “Totum in hamo subleuauit,” scilicet diabolus). Affectio nimia Amon ad germanam suam Thamar induxit ad stuprandam eam inuitam (*ij Regum* xij). Manus sunt munuscula vel ipsa commixtionis opera, que ita detinent homines alligatos, vt vix valeant dimittere.

45A sunt vincula | ad detinendum:<sup>353</sup> vbi manum ad malefaciendum creaturam apponunt, tunc diabolo cooperante hoc efficiunt quod pretendunt.

Concludamus. Omnia per carnalem<sup>354</sup> concupiscentiam que quia in eis est insatiabilis (*Prouerbiorum* penulto: “Tria sunt insatiabilia” etc. “et quartum quod nunquam dicit ‘sufficit,’” scilicet os vulue)<sup>355</sup> – vnde et cum demonibus causa explende libinidis se agitant. Plura hic deduci possent, sed intelligentibus satis apparet non mirum quod plures reperiuntur infecti<sup>a</sup> heresi maleficorum mulieres quam viri. Vnde et consequenter heresis dicenda est non maleficorum sed maleficarum, vt a potiori fiat denominatio. Et benedictus altissimus qui virilem speciem a tanto flagitio vsque in presens sic preseruat,<sup>356</sup> in quo<sup>b</sup> vtique cum pro nobis nasci et pati voluit, ideo et ipsum priuilegiauit.

*Cuiusmodi mulieres amplius inueniuntur superstitiose et malefice*

- 45B QUO AD SECUNDUM, CUIUSMODI | mulieres pre ceteris inueniuntur superstitiose et maleficijs infecte, dicendum, vt ex precedenti questione patuit, quod quia tria generalia vitia, scilicet infidelitas, ambitio et luxuria, precipue in malis mulieribus regnare videntur, ideo ille pre ceteris maleficijs intentunt que pre ceteris illis vitijs dedite sunt. Jterum quia inter illa tria vltimum amplius predominatur, ideo quia insatiabile etc., ideo et ille inter ambitiosas amplius infecte sunt que pro explendis suis prauis concupiscentijs amplius inardescunt, vt sunt adultere, fornicarie et magnatorum concubine, et hoc ex septemplici maleficio, vt in bulla tangitur, venereum actum et conceptus in vtero varijs inficiendo maleficijs: primo, mentes hominum ad inordinatum amorem etc. immutando; secundo, vim generatiuam impediendo; tercio, membra illi actui accommoda auferendo; quarto, homines prestigiosa arte in bestiales formas
- 45C mutando; quinto, vim generatiuam quo ad femellas destruendo; sexto, aborsum procurando; septimo, infantes demonibus offerendo, absque alijs animalibus et terre frugibus, quibus varia nocumenta inferunt, de quibus in sequentibus tractabitur, sed ad presens de nocumentis hominum demus rationes. Et primo conclusio super eos quos maleficiunt

<sup>a</sup> Sc. -e

<sup>b</sup> *One would expect -a, but the antecedent is conceived of as vir instead of virilis species.*

<sup>353</sup> *End*

<sup>354</sup> *Start of Ant., Summa 3.1.25 (118B)*

<sup>355</sup> *End*

<sup>356</sup> *Cf. William of Auvergne, De universo 2.3.25* : Benedictus autem altissimus, qui virilem speciem in hominibus a flagitiis eorum [sc. demonum] vsque hodie ita seruaui, vt nullus virorum ista nefaria libidine pollutus adhuc auditus fuit.

ad amorem vel odium inordinatum et post eadem materia pro maiori intelligentia sub difficultate est discutienda.

Conclusio autem hec est. Nam sanctus Thomas in *Quarto* (di. xxxiiij) de impedimento maleficali tranctans, sicut ostendit quare permittitur diabolo a deo maior potestas maleficij super actus<sup>a</sup> venereos hominis quam super alios rationes assignando, ita dicere a simili oportet quod he mulieres amplius infestantur que his actibus amplius deseruiunt. Dicit enim quod<sup>357</sup> quia corruptio peccati prima per quam homo factus est seruus diaboli in nos per actum generantem deuenit, ideo maleficij potestas permittitur diabolo a deo in hoc actu magis quam in alijs, sicut etiam <sup>45D</sup> in serpentibus magis ostenditur virtus maleficiorum, vt dicitur, quam in alijs animalibus, quia per serpentem diabolus tanquam per suum instrumentum mulierem tentauit.<sup>358</sup> Vnde etiam vt postea subdit, licet<sup>359</sup> matrimonium sit opus dei tanquam ab eo institutum, adhuc per opera diaboli interdum destruitur, non quidem per violentiam, quia censeretur sic fortior deo, sed ex diuina permissione procurando impedimentum<sup>360</sup> actus coniugalis vel temporale vel perpetuum. Ex quibus hoc quod experientia docet, dicamus quod propter huiusmodi spurcicias explendas tam erga se quam et seculi potentes cuiuscumque etiam status et conditionis innumera maleficia pertractant, eorum animos ad amorem hereum vel philocaptionem adeo immutando vt nulla confusione aut persuasione ab eis desistere valeant. Ex quibus etiam [et] exterminium fidei seu periculum intolerabile quotidie imminet, quod eorum animos immutare taliter sciunt quod | eis nullum nocumentum siue per se siue ab alijs fieri <sup>46A</sup> permittant sicque quotidie crescunt. Et vtinam experientia nos minime edocuisset, imo et odia<sup>361</sup> talia etiam in sacramento matrimonij coniunctis suscitata per maleficia et similiter in frigidationes generatiue potentie, vt nec redditionem nec exactionem debiti matrimonialis locum<sup>b</sup> pro prole habere valeant.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -os

<sup>b</sup> *So ed. prin.*: *Nider 210A has loco but the edition of Nider printed in Lyon in 1669 also has locum (321C). (This passage must have been obscure to the author, as it appears as vt nec redditionis nec exactionis debiti matrimonialis locum pro prole habere valeant in 49C.)*

<sup>357</sup> *Start of Aq., Sent. 4.34.1.3. Rat*

<sup>358</sup> *End*

<sup>359</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 4.34.1.3. Ra2: ... opus dei potest opere diaboli impediri diuina permissione: non quod diabolus deo sit fortior, vt per violentiam opera eius destruat.*

<sup>360</sup> *End*

<sup>361</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.5 (210A): ... experti sumus odia talia suscitari per maleficia et similiter in frigidationes generatiue potentie, vt nec redditionem nec exactionem debiti matrimonialis loco pro prole habere. Cum igitur amor et odium in anima existant, animam ... demon intrare nequid.*

Sed quia amor et odium in anima existunt, quam etiam demon intrare nequit,<sup>362</sup> ne alicui hec quasi incredibilia videantur, sub questione sunt discutienda, cum etiam opposita iuxta se posita magis elucescunt.

QUESTIO AN MALEFICE MENTES HOMINUM AD AMOREM  
VEL ODIUM VALEANT IMMUTARE, ET EST SEPTIMA  
IN ORDINE

QUERITUR AN DEMONES PER ipsas maleficas mentes hominum ad amorem vel odium inordinatum immutare et incitare valeant

Et arguitur quod non secundum premissa. Tria sunt in homine, vol-  
46B untas, intellectus et | corpus. Primum deus sicut habet per se regere, quia cor regis in manu domini, ita secundum per angelum illustrare et ipsum corpus per influxus celestium corporum dirigere.

Preterea, intra corpora demones non possunt esse illa immutando, ergo minus infra animam eius potentijs odium vel amorem immittendo. Patet consequentia, quia ex natura maiorem habent potestatem supra corporalia quam supra spiritualia, et quidem quod non possunt immutare, supra patuit in plerisque locis, quia nullam formam substantialem vel accidentalem inducere possunt nisi adminiculo alicuius alterius agentis, sicut etiam quilibet alius artifex. Est etiam ad idem causa xxvi, questio "Episcopi" in fine: "Qui credit aliquam creaturam posse transmutari in melius vel in deterius nisi ab ipso omnium creatore infideli et pagano deterius est."

Preterea,<sup>363</sup> omne agens ex proposito cognoscit suum effectum. Si igitur diabolus posset mentes hominum immutare ad odium vel amorem,  
46C posset internas cogitationes anime videre, | quod est contra illud quod in libro *De Ecclesiasticis Dogmatibus* dicitur: "Diabolus internas cogitationes non potest videre."<sup>364</sup> Et iterum ibidem: "Non omnes cogitationes nostre male a diabolo excitantur, sed aliquotiens ex nostri arbitrij motu emergunt."<sup>365</sup>

Preterea, amor et odium sunt circa voluntatem, que radicitur in anima: ergo non possunt causari a diabolo quacunque arte. Tenet

<sup>362</sup> *End*

<sup>363</sup> *Start of adaptation of Aq., De Malo 3.4.Ag.1: Omne enim agens a proposito cognoscit suum effectum. Sed diabolus internas cogitationes non potest videre, vt dicitur in lib. de Eccles. Dogmatibus. Ergo non potest interius suadere cogitationes interiores causando.*

<sup>364</sup> *End*

<sup>365</sup> *Quotation from Aq., De Malo 3.5.SC*

consequentia, quia illabi anime, vt dicit Augustinus, illi soli est possibile qui eam creauit.<sup>366</sup>

Preterea,<sup>367</sup> si dicatur quod potest mouere sensitiuas interiores et sic consequenter voluntatem, non valet, quia vis sensitiua est dignior quam vis nutritiua, sed diabolus non potest formare actum virtutis nutritiue, vt formet carnem aut os, ergo etiam non potest causare aliquem actum interiorum virium anime.<sup>368</sup>

Sed<sup>369</sup> contra. Diabolus non solum visibiliter sed etiam inuisibiliter homines tentare dicitur. Hoc autem falsum esset, nisi interius circa animam et eius potentias aliquid causare posset.<sup>370</sup>

Preterea, Damascenus in suis *Sentenitijs*: “Omnis malitia et omnis<sup>46D</sup> immuniditia a diabolo excogitata sunt” et Dionisius (iiii ca. *De Diuinis Nominibus*): “Multitudo demonum causa omnium malorum et sibi et alijs est.”<sup>371</sup>

Responsio. Hic primo danda est distinctio de causa et secundo qualiter potest interiores potentias anime immutare, que dicuntur sensitiue interiores, et sic tercio concludetur propositum.

Quo ad primum considerandum est quod<sup>372</sup> causa alicuius potest aliquid dici dupliciter: vno modo directe, alio modo indirecte. Indirecte quidem sicut cum aliquod agens causat aliquam dispositionem ad aliquem effectum dicitur esse occasionaliter et indirecte causa illius effectus, sicut si dicatur quod ille qui secat ligna est occasio combustionis ipsorum. Et hoc modo dicere possumus quod diabolus est causa omnium peccatorum nostrorum, quia ipse instigauit primum hominem ad peccandum ex cuius peccato consecuta est in toto genere humano quedam pronitas ad omnia peccata. Et sic intelligenda sunt verba Damasceni et Dionisij.

Directe autem dicitur aliquid esse causa alicuius in quantum operatur directe ad illud, et hoc modo diabolus non est causa omnis peccati. Non enim omnia peccata committuntur diabolo instigante sed quedam ex libertate arbitrij et carnis corruptione, quia, vt Origenes dicit, etiam si<sup>47A</sup>

<sup>366</sup> Not, apparently, a quote from Aug.; cf. *Aq.*, *Sent.* 2.8.1.5. *Rat3*: ... et ideo in ipsam [sc. animam] non intrat nisi ille qui dat esse, scilicet deus creator ...; and *Summa* 1.111.2. *Co.*: solius dei est sic [sc. ab interiori] immutare voluntatem, qui dat nature intellectuali virtutem talis inclinationis.

<sup>367</sup> *Start of adaptation of Aq.*, *De Malo* 3.4. *Ag7*: Preterea, vis sensitiua est dignior quam vis nutritiua. Sed diabolus non potest causare actum virtutis nutritiue, vt formet carnem et os. Ergo diabolus non potest causare actum alicuius interiorum virium anime.

<sup>368</sup> End

<sup>369</sup> *Start of adaptation of Aq.*, *De Malo* 3.4. *SC*: Sed contra est quod diabolus non solum visibiliter sed etiam inuisibiliter hominem tentare dicitur, quod non esset nisi aliquid interius homini persuaderet: ergo diabolus interius incitat ad peccatum.

<sup>370</sup> End

<sup>371</sup> Both quotations from *Aq.*, *De Malo* 3.5. *Ag1*

<sup>372</sup> *Start of Aq.*, *De Malo* 3.5. *Co* (= *Summa* 1.114.3. *Co.*)

diabolus non esset, homines haberent appetitum cibi et venereorum et huiusmodi, circa que inordinationes multe contingunt nisi per rationem talis appetitus refrenetur, et maxime presupposita corruptione nature. Refrenare autem et ordinare huiusmodi appetitum subiacet libero arbitrio,<sup>373</sup> super quem etiam diabolus minus habet potestatem.

Sed quia per hanc distinctionem non possumus discernere qualiter interdum amor hereos seu philocaptio ex maleficio procurari potest, est vltius aduertendum quod diabolus, licet non possit esse causa illius inordinati amoris directe cogendo hominis voluntatem, potest tamen esse per modum persuadentis, et hoc iterum dupliciter, scilicet visibiliter et inuisibiliter: visibiliter sicut cum in aliqua specie hominis sensibiliter  
 47B apparet etiam ipsis maleficis et<sup>374</sup> eis sensibiliter loquitur et | persuadet peccatum, sicut tentauit primos parentes in paradiso<sup>a</sup> in specie serpentis, Christum in deserto in aliqua specie visibiliter ei apparens.

Et quia non est putandum quod solum sic persuadeat hominem, quia sequeretur quod nulla alia peccata fierent ex instructione diaboli nisi que diabolus visibiliter apparens persuaderet, ideo dicendum est quod etiam inuisibiliter instigat hominem ad peccandum, quod quidem fit dupliciter per modum persuasionis et per modum dispositionis. Per modum persuasionis, sicut cum proponitur aliquid virtuti<sup>b</sup> cognitiue vt bonum, et hoc potest fieri tripliciter, quia vel proponitur quantum ad intellectum vel quantum ad sensum interiorem vel quantum ad sensum exteriorem. Quantum ad intellectum quidem,<sup>c</sup> quia intellectus humanus potest adiuuari ab angelico intellectu bono vel <malo ad><sup>d</sup>.<sup>375</sup> aliquid cognoscendum per modum illuminationis cuiusdam, vt Dionysius dicit.<sup>376</sup> Ratio, quia sicut intelligere secundum philosophum est quoddam pati, ideo potest imprimere in intellectum aliquam speciem,  
 47C vnde actus | intelligendi elicitur.<sup>377</sup>

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: padiso

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -e

<sup>c</sup> *Quidem: so Aq.; ed. prin.*: -dā

<sup>d</sup> *These words inadvertently dropped out in the process of adapting Aq. Schwyder (1993) 134 suggests replacing vel with ad.*

<sup>373</sup> *End*

<sup>374</sup> *Start of Aq., De Malo 3.4. Co.*

<sup>375</sup> *The words bono vel Malo are an addition to the text of Aq. borrowed from elsewhere in him (see 47D).*

<sup>376</sup> *End of direct quotation*

<sup>377</sup> *Aq. continues from end of last quote: Quamuis enim angelus non possit directe causare actum voluntatis, eo quod actus voluntatis nihil est aliud quam inclinatio quedam ab interiori procedens, potest tamen imprimere in intellectum, cuius actus consistit in recipiendo ab exteriori, vnde dicitur quod intelligere est pati quoddam. Quamuis autem diabolus secundum ordinem sue nature posset homini aliquid persuadere intellectum eius illuminando, sicut facit bonus angelus, non tamen hoc facit, quia intellectus quanto magis illuminatur, tanto magis potest sibi*

Et si dicatur quod etiam diabolus hoc facere posset sua virtute naturali, que non est diminuta, vt patet ex precedentibus, dicendum quod non potest per modum illuminationis sed per modum persuasionis. Ratio: quia intellectus hominis est istius conditionis quod quanto magis illuminatur, tanto magis cognoscit verum et quanto magis cognoscit verum, tanto magis potest sibi cauere a deceptione, et quia hanc deceptionem diabolus finaliter intendit, ideo quecunque eius persuasio non potest dici illuminatio, licet possit dici reuelatio in quantum per impressionem quandam in vires sensitivas interiores aut exteriores, vbi visibiliter persuaderet, aliquid imprimeret, vnde intellectualis cognitio persuaderetur ad aliquem actum exercendum.

Quod qualiter fieri potest, videlicet vt in vires interiores aliquid imprimere possit, aduertendum est quod quia corporalis<sup>378</sup> natura nata est naturaliter moueri localiter a spirituali<sup>379</sup> – patet hoc in corporibus nostris que ab animabus mouentur, similiter et in corporibus celestibus – non<sup>380</sup> est autem apta nata formari ab ea immediate,<sup>381</sup> et loquimur precipue de formis a foris manendo, non ab informando, vnde oportet quod concurrat aliquid corporale agens, vt<sup>382</sup> probatur in vij. *Methaphisicorum*, materia corporalis naturaliter obedit bono vel malo angelo ad motum localem.<sup>383</sup> Quo stante quia demones sic per modum localem semina colligere possunt et coniungere seu adhibere aliquibus effectibus mirabiliter faciendis, vt de magis pharaonis contigit, vbi produxerunt serpentes et vera animalia, vbi debita actiua debitis passiuis coniungebant, ideo quecunque ex motu locali materie corporali accidere possunt, nihil prohibet per demones fieri nisi diuinitus impediuntur.<sup>384</sup>

Quo iterum stante si volumus intelligere quomodo potest fantasiam hominis et interiores potentias sensitivas incitare ad apparitiones et

cauere a deceptione quam diabolus intendit. Vnde relinquitur quod persuasio interior diaboli et quecumque eius reuelatio non fit per illuminationem intellectus sed solum per impressionem quandam in vires sensitivas interiores aut exteriores. Ad videndum autem qualiter in vires interiores imprimere possit, considerandum est quod corporalis natura . . .

<sup>378</sup> *Direct quotation resumed*

<sup>379</sup> *Pause*

<sup>380</sup> *Resume*

<sup>381</sup> *Pause (Aq. continues: sed ab aliquo corporali agente)*

<sup>382</sup> *Resume*

<sup>383</sup> *End direct quotation. Aq. continues: et per hunc modum demones semina colligere possunt, que adhibent aliquibus effectibus miraculis faciendis, vt Augustinus dicit in vi de Trin. Sed quantum ad formationem, materia corporalis creature spirituali non obedit ad nutum, vnde demones non possunt materiam corporalem formare nisi virtute corporalium seminum, vt Augustinus dicit. Quecunque ergo ex motu locali materie corporali accidere possunt, nihil prohibet per demones fieri nisi diuinitus impediuntur. Apparitio autem siue representatio specierum sensibilium in organo interioribus conseruatorum potest fieri per aliquem motum localem materie coporalis, sicut philosophus dicit in lib. De Somno et Vigilia, assignans causam . . .*

<sup>384</sup> *Pause*

impetuosos actus per motum localem, notandum quod sicut philosophus in libro *De Somno et Vigilia* assignat causam<sup>385</sup> apparitionis somniorum per motum localem ex eo quod cum animal dormit, descendente  
 48A plurimo sanguine ad principium sensituum simul descendunt | motus  
 siue impressiones relicte ex sensibilibus motionibus preteritis et<sup>386</sup> que  
 conseruate fuerunt in spiritibus siue virtutibus<sup>387</sup> sensibilibus<sup>388</sup> interioribus, que sunt fantasia<sup>389</sup> seu imaginatio, que idem sunt<sup>390</sup> secundum  
 sanctum Thomam, vt patebit – est<sup>391</sup> enim<sup>a</sup> fantasia seu imaginatio quasi  
 thesaurus quidam formarum per sensum acceptarum<sup>392</sup> – vnde<sup>b</sup> contingit  
 quod ita<sup>393</sup> mouent principium apprehensuum,<sup>394</sup> id est, potentiam  
 conseruatoriam specierum, quod<sup>395</sup> apparent in fantasijs<sup>396</sup> ita recent  
 ter ac si tunc principium sensituum a rebus ipsis exterioribus recent  
 immutaretur.<sup>397</sup>

Verum est quod non omnes hec intelligunt, sed si quis se occupare vellet, considerare haberet numerum et officium sensuum interiorum, qui secundum Auicennam in libro *De Anima*, licet dicat esse quinque, scilicet sensum communem, fantasiam, imaginatiuam, estimatiuam,<sup>c</sup> memoriam, tamen<sup>d</sup> secundum beatum Thomam in *Prima Parte* (q. lxxix) dicit esse quattuor tantum eo quod potentiam imaginatiuam et fantasiam ponit vnā.<sup>398</sup> Timetur prolixitas: ideo obmittitur declaratio, eo quod  
 48B etiam quia in plerisque locis de his pertractatur, tantummodo hoc quod dictum est, fantasiam esse thesaurum formarum.

<sup>a</sup> *So Aq.; ed. prin.:* in

<sup>b</sup> *This sentence is muddled, and the main clause after sicut philosophus begins here.*

<sup>c</sup> *Sc. es- (The same spelling in a similar context appears on 116A, and both presumably go back to a common source.)*

<sup>d</sup> *Ed. prin.:* tu-

<sup>385</sup> *Direct quotation resumed*

<sup>386</sup> *pr. et: not in Aq.*

<sup>387</sup> *siue virtutibus: not in Aq.*

<sup>388</sup> *End (passage resumes after the subsequent quotation of Summa 1.78.4.Co.)*

<sup>389</sup> *Start of Aq., Summa 1.78.4.Co.*

<sup>390</sup> *Pause*

<sup>391</sup> *Resume*

<sup>392</sup> *End*

<sup>393</sup> *Resume Aq., De Malo 3.4.Co., which begins: et mouent principium apprehensuum, ita quod apparent ac si . . .*

<sup>394</sup> *Pause*

<sup>395</sup> *Resume*

<sup>396</sup> *in fantasijs: not in Aq.*

<sup>397</sup> *End*

<sup>398</sup> *Cf. Ant., Summa 1.2.5: De sensibus interioribus, quos Avicenna in lib. De Anima dicit esse quinque, scilicet sensum communem, phantasiam, immaginatiuam, estimatiuam, memoratiuam, sed B. Thomas in i parte, quest. 79 dicit esse quattuor tantum – nam potentiam immaginatiuam et phantasiam pro vna ponit . . .*

Et alicui videretur memoratiuam esse huiusmodi: distingue quia fantasia est thesaurus seu conseruatorium formarum per sensum acceptarum, memoria autem thesaurus intentionum que per sensum non accipiuntur.<sup>399</sup> Ouis<sup>400</sup> enim videns lupum<sup>401</sup> fugit non propter indecentiam coloris aut figure,<sup>402</sup> que sunt forme recepte a sensibus exterioribus et reposita in fantasia, sed fugit quia inimicus<sup>403</sup> nature<sup>404</sup> et hoc habet per quandam intentionem et apprehensionem ex estimatiua, que apprehendit vt nociuum et canem vt amicum. Sed conseruatorium illarum intentionum est memoria, quia recipere<sup>405</sup> et retinere in corporalibus reducuntur ad diuersa principia. Nam humida bene recipiunt et male retinent, e contrario autem est de siccis.<sup>406</sup>

Ad propositum hoc<sup>407</sup> quod contingit in dormientibus de apparitionibus somniorum ex spiritu, id est, specierum in conseruatorijs repositarum, et hoc lex naturali motu locali propter commotionem sanguinis et humorum ad principia illa,<sup>408</sup> id est, ad virtutes sensitivas interiores, et dicimus motu locali intrinseco in capite et in cellulis capitis. Hoc<sup>409</sup> etiam potest accidere ex consimili motu locali per demones procurato et non tantum in dormientibus sed et in vigilantibus, in quibus demones possunt admouere et commouere interiores spiritus et humores, vt species conseruate in conseruatorijs educantur de thesauris ad principia sensitiva,<sup>410</sup> id est, ad virtutes illas imaginatiuam et fantasticam, vt<sup>411</sup> res aliquas habeat talis imaginare.<sup>412</sup> Et talis dicetur interior tentatio, et non mirum quod demon hoc possit sua naturali virtute, cum

<sup>399</sup> Cf. *Aq.*, Summa 1.78.4. Co.: Ad harum autem formarum retentionem aut conseruationem ordinatur phantasia siue imaginatio. que est idem. Est enim phantasia siue imaginatio quasi thesaurus quidam formarum per sensum acceptarum . . . Ad conseruandum autem eas vis memoratiua, que est thesaurus quidam huiusmodi intentionum.

<sup>400</sup> Earlier passage in the same section of *Aq.*

<sup>401</sup> *Aq.* adds: venientem

<sup>402</sup> Pause

<sup>403</sup> Resume (sed quasi omitted at start)

<sup>404</sup> End

<sup>405</sup> Start of an even earlier part of same section of *Aq.*

<sup>406</sup> End

<sup>407</sup> Start of adaptation of *Aq.*, De Malo 3.3. Co.: Quod ergo accidit in dormientibus de apparitionibus somniorum ex naturali motu locali spiritu et humorum potest accidere ex consimili motu locali per demones procurato, aliquando quidem in dormientibus, aliquando autem in vigilantibus. in quibus demones mouere possunt interiores spiritus et humores, aliquando quidem vsque ad hoc quod totaliter vsus rationis ligetur, vt apparet in arreptitijs . . . aliquando autem absque ligamine rationis, sicut et homines vigilantes et vsum rationis habentes, per voluntariam commotionem spiritu et humorum, species interius conseruatas quasi de quibusdam thesauris educunt ad principium sensitium, vt res aliquas immaginentur.

<sup>408</sup> Pause

<sup>409</sup> Resume

<sup>410</sup> Pause

<sup>411</sup> Resume

<sup>412</sup> Pause

quilibet homo per se vigilans<sup>413</sup> et vsum rationis habens per voluntariam commotionem specierum conseruatarum educere potest de suis thesauris, scilicet conseruatorijs, huiusmodi species, vt res aliquas ad suum placitum imaginetur.<sup>414</sup>

48D Quo stante [vt] iam clare intelligitur materia de amore hereos. Nam quia | demones, vt dictum est, commouere possunt huiusmodi species etc., faciunt ista dupliciter, aliquando absque ligamine vsus rationis, vt de tentatione dictum est et per exemplum de voluntaria adhesionem que interdum fit, aliquando autem quod totaliter vsus<sup>a</sup> rationis ligetur.<sup>415</sup> Et hoc etiam possumus exemplificare per naturales quosdam defectus vt in freneticis et ebrijs: ergo non mirum quod demones sic ligare possunt deo permittente vsum rationis, et tales dicuntur arreptitij et inde arrepticus ab "arripio, -pis," quia arreptum a demone. Et hoc dupliciter: vel absque malefica et maleficio vel cum ea absque maleficio, quia<sup>416</sup> vt philosophus in prefato libro dicit quod aliquis in passione existens a modica similitudine mouetur, sicut amans ex modica similitudine amati et sic etiam odium habenti, ideo demones, qui per actus hominum experiuntur, quibus passionibus magis subduntur, illos ad huiusmodi amorem vel odium inordinatum instigant, eo fortius in eorum imaginationem et efficacius imprimendo hoc quod intendunt, quanto etiam id facilius  
49A possunt.<sup>417</sup> | Facilius autem possunt quanto etiam amans facilius speciem<sup>b</sup> reseruatam ad principium sensitium, id est, imaginationem educit et in eius cogitatione delectabilius<sup>c</sup> moratur.

Cum maleficio vero quando talia per maleficas et ad maleficarum instantiam propter pactum initum cum eis procurant, de quibus enumerare pre multitudine tam in spiritualibus quam in secularibus non est possibile. Quot enim adulteri pulcherrimas vxores dimittentes in fetidissimas alias inardescunt! Nouimus vetulam tres successiue abbates, vt publica omnium fratrum fama in illo monasterio etiam in hodieum diem refert, non solum in his maleficiasse sed et interemisse et quartum

<sup>a</sup> So *Jerouschek's facsimile*; *Schnyder's has v us (worn piece of type)*.

<sup>b</sup> *Ed. prin.:* spem

<sup>c</sup> So *Jerouschek's facsimile*; *Schnyder's has deie- (worn piece of type)*.

<sup>413</sup> *Resume*

<sup>414</sup> *End*

<sup>415</sup> For aliquando . . . rationis and aliquando . . . ligetur, see n. 407.

<sup>416</sup> *Start of adaptation of Aq., De Malo 3,3.Co.:* . . . quia philosophus in prefato libro dicit quod aliquis in passione existens a modica similitudine mouetur, sicut amans ex modica similitudine amati et sic etiam odium habenti, et ideo demones tentatores dicuntur, quia experiuntur per actus hominum, quibus passionibus magis subduntur, vt secundum hoc in eorum imaginatione efficacius imprimant quod intendunt.

<sup>417</sup> *End*

iam simili modo dementasse, quod et ipsa publica voce fatetur, nec veretur dicere: "Feci et facio, nec desistere a meo amore poterunt quia tantum de meis stercoribus comederunt," quantitatem per extensum brachium demonstrando. Fateor autem quia nobis non aderat vliscendi et inquirendi super eam facultas, ideo adhuc superest.

Et quia dictum fuit in principio distinctionis quod inuisibiliter|instigat<sup>49B</sup> diabolus hominem ad peccandum non solum per modum persuasionis, vt dictum est, imo etiam per modum dispositionis, licet non deseruit ad propositum, tamen sic declaratur. Per<sup>418</sup> consimilem enim admotionem spirituum et humorum facit aliquos magis dispositos ad irascendum vel concupiscendum vel ad aliquid huiusmodi.<sup>3</sup> Manifestum est enim quod corpore aliquo modo disposito est homo magis pronus ad concupiscentiam et iram et huiusmodi passiones, quibus insurgentibus homo disponitur ad consensum.<sup>419</sup>

Sed quia precedentia difficile est predicare, ideo faciliiori modo pro populi auisamento sunt declaranda. Et quibus remedijs possint tales maleficiati liberari tractatur in tertia parte.

*Modus proponendi premissa de amore hereos in sermonibus ad populum*

PREDICATOR DE SUPRA DICTIS sic mouet questionem, an catholicum sit asserere quod malefice<sup>420</sup> valeant ad amorem alienarum feminarum inordinatum mentes hominum immutare et eorum corda sic succendere vt nulla confusione, plagis, verbis aut factis ad desistendum<sup>49C</sup> valeant cogi, et similiter ad odium inter matrimonialiter coniunctos incitare vt nec redditionis nec exactionis debiti matrimonialis locum pro prole habere valeant,<sup>421</sup> quin imo interdum eos oportet currere ad amasias intempeste<sup>b</sup> noctis silentio per multa terrarum spacia. Super que, si voluerit, argumenta aliqua ex precedenti questione sumat; si non, dicat tantummodo quod questiones iste patiuntur difficultates propter amorem et odium, que<sup>c</sup> cum fundantur in voluntate, que in suo actu semper libera est nec cogi potest per aliquam creaturam nisi a deo qui

<sup>3</sup> *Ed. prin.:* huius

<sup>b</sup> *Ed. prin.:* in tem-

<sup>c</sup> *Ed. prin.:* qui

<sup>418</sup> *Start of Aq., De Malo 3.3.Co.*

<sup>419</sup> *End*

<sup>420</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.5 (210A):* Multos audiuius nostris temporibus per maleficos ad amorem alieanarum feminarum adeo succendi vt nulla confusione, plagis, verbis aut factis ad desistendum cogi valerent.

<sup>421</sup> *End*

eam regere potest, vnde nec demon vel malefica eius virtute ad amorem vel odium voluntatem cogere videtur.

Item quia voluntas sicut et intellectus subiectiue existunt in anima et illabi anime illi soli est possibile qui eam creauit, ideo difficultatem patitur questio quo ad veritates enuclandias in suis partibus. His tamen non obstantibus dicendum est primo super philocaptionem et odium, secundo super maleficium generatiue potentie.

49D De primo quod licet<sup>422</sup> in intellectum et voluntatem hominis immediate demon nequeat operari, tamen secundum omnes doctores theologos (in *Secundo Sententiarum* de virtute demonis) in operando in corpus et in potentias corporis siue<sup>a</sup> corpori alligatas, siue sint sensus interiores siue exteriores, permittente deo agere valent.

Hoc probatur auctoritate et ratione ex precedenti questioni. Si placet, inueniet, si non, dicat auctoritatem et rationem. *Job* ij: “Demoni dixit deus: ‘Ecce in manu tua,’” id est, in potestate, “‘est Job,’” et hoc erat quo ad corpus, quod patet quia in animam noluit dare. Vnde dixit, “Verum tamen animam eius serua”, id est, “illesam serua.”<sup>423</sup> Ratio. Quia enim dedit in corpus, dedit etiam super omnes potentias corpori alligatas, vt sunt quinque exteriores et quattuor interiores, scilicet sensus communis, fantasia siue imaginatiua, estimatiua et memoratiua.

50A Si non potest aliter declarari, detur de porcis et ouibus exemplum, vbi porci per memoratiuam redire sciunt et oues lupum et canem discernunt ex naturali imaginatione, vnum tanquam inimicum, alterum tanquam amicum sue nature. | Consequenter cum omnis nostra cognitio intellectiua ortum habet a sensu, cum intelligentem iuxta philosophum in secundo *De Anima* necesse sit fantasmata speculari, ideo sicut demon potest interiorem fantasiam immutare, sic etiam intellectum obtenebrare. Et hoc quidem non erit immediate agere in animam sed median- tibus fantasmatis.

Item, quia nihil amatur nisi cognitum, dentur exempla ad placitum de auro quod amat avarus, quia intelligit eius virtutem etc.: ideo obtenebrato intellectu obtenebratur et voluntas in suis affectionibus.

<sup>a</sup> *Seemingly otiose; cf.* potentias corpori alligatas, vt sunt quinque exteriores et quattuor interiores in the next paragraph.

<sup>422</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.5 (210B):* Quamuis secundum concordem nostrorum doctrinam demon in intellectum vel voluntatem hominis operari immediate nequiat, tamen secundum eosdem in corpus et in potentias alligatas corpori deo permittente agere valet, siue sint sensus interiores siue exteriores. Vnde *Job*: “Et demoni deus ait: ‘Ecce in manu tua,’ id est, in potestate, ‘est Job’ quoad corpus, ‘verumtamen animam eius serua.’”

<sup>423</sup> *End*

Hec autem potest facere demon et absque malefica et cum malefica, imo et accidere possunt ex sola incautela oculorum.

De singulis trademus exempla. Nam vt *Jacobi*<sup>424</sup> primo dicitur: "Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem." Sic Sychem cum vidisset Dinam exeuntem ad videndum mulieres regionis, adamauit eam et rapuit et dormiuit cum illa et conglutinata est anima eius cum ea (*Genesis* <sup>50B</sup> xxxiiij), et secundum glosam: "Jnfirmo anime sic accidit: quando postpositis proprijs, vt Dina, aliena negocia curat, seducitur<sup>425</sup> consuetudine et fit vna vnitate sensus<sup>426</sup> cum illicitis."

De secundo quod etiam absque maleficis<sup>427</sup> oriatur interdum ex tentatione demonum principaliter sic declaratur. Nam "Amon<sup>428</sup> sororem suam Thamar speciosissimam adamauit et deperierat in ea valde, ita vt propter eius amorem egrotaret" (ij *Regum* xiiij). Non enim in tantum facinus stupri quis prosiliret nisi in toto corruptus et a diabolo grauius tentatus. Vnde et glosa ibidem: "Hoc monet nos, et ideo deus permisit,<sup>429</sup> vt semper caute agamus ne vicia in nobis dominantur, et princeps peccati qui falsam pacem periclitantibus spondet nos paratos<sup>430</sup> inueniens improuise trucidet."

De hoc secundo genere amoris refertus est *Liber Sanctorum Patrum*, qui refert quod licet omnem tentationem carnalis concupiscentie sibi subtraxissent, tamen vltra quam credi potest, tentabantur aliquotiens amore mulierum. Vnde et ij *Ad Corinthios* xij apostolus dicit: "Datus est <sup>50C</sup> mihi stimulus carnis mee angelus Sathane qui me colaphiset," vbi glosa: "Tentando per libidinem datus est mihi. Tentatio autem cui non consentitur non est peccatum sed materia exercende virtutis, et hoc intelligitur de tentatione que <est><sup>431</sup> ab hoste, non a carne, que semper est adminus peccatum veniale, etiam si ei non consentiatur." Poterit predicator aliqua exempla deducere si placuerit.

De tercio, quod amor hereos proueniat ex maleficijs demonum,<sup>432</sup> discussum est supra, et de hac loquimur tentatione.

<sup>424</sup> *Start of Nider*, Form. 5.5 (210C)

<sup>425</sup> *Nider*: seduci

<sup>426</sup> *Nider*: consensus

<sup>427</sup> absque m.: *not in Nider*

<sup>428</sup> *So Nider*; *Vulgate*: Amnon

<sup>429</sup> *This clause not in Nider*

<sup>430</sup> *So Nider*; *Glossa Ord.*: *imparatos*

<sup>431</sup> *So Nider*

<sup>432</sup> *End*

Et si quis diceret quomodo posset discerni quod non ex diabolo sed solum ex maleficio talis amor inordinatus procedit, dicendum quod ex multis: primo si taliter tentatus pulchram et honestam habeat vxorem, et oppositum constat de altera etc.; secundo, si iudicium rationis omnino ligatur, quod nullis plagis seu verbis aut factis aut etiam confusionibus ad desistendum ab ea induci valeat; et tercio, potissime quando se  
 50D continere non potest quin interdum | inopinate se etiam per longum spacium non obstante asperitate itineris, prout ex talium confessione quisque sentire potest, se transferre habeant siue de die siue de nocte. Nam sicut<sup>433</sup> dicit Crisostomus *Super Mattheum* (xx) de asina quam Christus equitavit, quod cum demon voluntatem hominis peccato possidet quasi ad libitum trahit quo placet, exemplum dans de naui in mari perditto gubernaculo que ad libitum venti proijcitur, et sicut qui equo potenter insidet et rex tyranni habens possessionem.<sup>434</sup> Quarto discernitur in eo quod inopinate et subito vehuntur et immutantur interdum vt nihil eis obstare possit. Elicitur etiam ex ipsius persone infamia.

Et antequam ad vltiorem questionem de maleficijs circa potentiam generatiuam procedamus, que etiam annexa est, primo soluenda sunt argumenta.

*Sequuntur solutiones argumentorum*

AD ARGUMENTA AUTEM RESPONDENDO.

51A Ad primum, quod voluntas hominis | regatur a deo, sicut intellectus ab angelo bono, patet solutio. Intellectus enim sicut tantummodo illustratur ab angelo bono ad cognitionem veri, vnde sequitur amor boni, quia verum et ens conuertuntur, ita etiam intellectus potest a malo obteneri in cognitionem veri apparentis, et hoc per confusionem specierum principijs sensitiuis, id est, virtutibus et potentijs sensitiuis interioribus representatarum,<sup>a</sup> vnde sequitur amor inordinatus apparentis boni, puta corporalis delectationis quam etiam tales querunt.

Ad secundum argumentum, quod intra corpora non possunt esse illa immutando, partim est verum, partim non, et hoc quo ad triplicem immutationem. Non enim possunt illa immutare quantum ad educationem alicuius forme siue substantialis siue accidentalis, que etiam potius dicenda est productio quam immutatio, sine adminiculo alicuius<sup>b</sup> alterius agentis aut etiam sine diuina permissione. Si autem loquamur

<sup>a</sup> *Ed. prin.:* -is

<sup>b</sup> *Ed. prin.:* -cnius

<sup>433</sup> *Start of Nider, Praec. 1.11.13 (R), which begins with sic*

<sup>434</sup> *End*

de immutatione quallificatiua, vt de sanitate et infirmitate, sicut ex prece-  
 dentibus patet, possunt varias infirmitates etiam vsque ad ligamen ratio- 51B  
 nis immittere<sup>a</sup> et sic odium et amorem inordinatum procurare. Potest  
 etiam addi tertia immutatio que fit quando angelus<sup>435</sup> bonus vel malus  
 illabatur corpori, sicut dicimus quod deus tantummodo illabatur anime,  
 id est, essentie anime. Sed vbi dicimus quod angelus illabatur corpori,  
 precipue malus vt in obsessis, ibi non illabatur infra terminos essentie  
 corporis, quia sic ille solummodo qui dat esse, scilicet deus creator, il-  
 labi potest, et continetur tanquam qui habet intrinsecam operationem  
 anime: dicitur tamen illabi corpori quando aliquid operatur circa cor-  
 pus, quia ibi est vbi operatur, vt dicit Damascenus, et tunc operatur  
 infra terminos corporalis quantitatis et <non> infra terminos essentie  
 corporis, vnde elicitur quod corpus habet terminos duplicis rationis:  
 quantitatis et essentie<sup>436</sup> – et est distinctio sicut inter suppositum et na-  
 turam – vnde sicut<sup>437</sup> corpori illabi possunt, ita et potentijs affixis organis 51C  
 corporalibus et per consequens possunt impressiones facere in potentias,  
 vnde per accidens talis operatio et impressio resultat in intellectum cum  
 eius obiectum sit fantasma, sicut color visus, vt dicitur in iij *De Anima*,  
 et consequenter per accidens vsque ad voluntatem, quia voluntas suum  
 obiectum recipit ab intellectu sub ratione boni,<sup>438</sup> secundum quod intel-  
 lectus apprehendit aliquid in ratione boni veri et apparentis.

Ad tertium argumentum, cognoscere cogitationes cordis est  
 dupliciter, vel in suo effectu vel vt sunt in intellectu. Primo modo non  
 solum angelus sed etiam homo cognoscere potest, licet angelus subtilius,  
 vt patebit. Nam<sup>439</sup> interdum cogitatio cognoscitur non solum per actum  
 exteriorem sed etiam per immutationem vultus, et etiam medici aliquas  
 affectiones animi per pulsum cognoscere possunt,<sup>440</sup> vnde<sup>441</sup> Augusti-  
 nus in libro *De Diuinatione Demonum* dicit quod aliquando hominum

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -mittere

<sup>435</sup> *Start of adaptation Aq.*, Sent. 2.8.1.5. *Ra3*: Corpus autem habet terminos duplicis rationis, scilicet quantitatis et essentie, et ideo angelus operans intra terminos corporalis quantitatis corpori illabatur, non autem ita quod sit intra terminos essentie suae, nec sicut pars nec sicut virtus dans esse, quia esse est per creationem a deo, substantia autem spiritualis non habet terminos quantitatis sed tantum essentie, et ideo in ipsam non intrat nisi ille qui dat esse, scilicet deus creator qui habet intrinsecam essentie operationem.

<sup>436</sup> *End*

<sup>437</sup> *Start of Aq.*, Sent. 2.8.1.5. *Co*.

<sup>438</sup> *End*

<sup>439</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Sent. 2.8.1.5. *Ra3*: ... possunt tamen angeli aliquas earum [*sc.* cogitationes cordium] conijcere ex signis corporalibus exterioribus, scilicet ex immutatione vultus ... et ex motu cordis, sicut per qualitatem pulsus etiam a medicis passiones anime cognoscuntur.

<sup>440</sup> *End*

<sup>441</sup> *Start of Aq.*, Summa 1.57.4. *Co*.

51D dispositiones non solum voce prolatas sed etiam cogitatione conceptas, cum signa quedam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt, quamuis in *Libro Retractationum* hoc dicat non esse asserendum, quomodo hoc fiat.<sup>442</sup> Estimo quod retractat, si quis diceret eum sensisse quod cogitationes demon cognosceret in intellectu.

Alio<sup>443</sup> modo possunt cognosci cogitationes, prout sunt in intellectu, et affectiones, prout sunt in voluntate, et sic solus deus cogitationes cordium et affectiones voluntatum cognoscere potest. Cuius ratio est quia voluntas creature rationalis soli deo subiacet, et ipse in eam solus operari potest qui est principale eius obiectum et vltimus finis, et ideo ea, que in voluntate sunt vel ex voluntate sola dependent, soli deo sunt nota. Manifestum est autem quod ex sola voluntate dependet quod actu aliquis aliqua consideret, quia cum aliquis habet habitum scientie vel species intelligibiles in eo existentes, vtitur eis cum vult.<sup>444</sup> Probatum etiam ex his  
52A que dicta sunt, quia angelus non potest illabi anime: ergo non potest per naturam videre ea que sunt in anima, et quandiu sunt in intimo anime. Vnde quando arguitur, demon non potest videre cogitationes cordium: ergo non potest corda seu mentes hominum ad amorem vel odium incitare, dicitur quod sicut cognoscit, scilicet per effectus et subtiliori modo quam homo, ita etiam subtiliori modo potest immutare ad odium vel amorem commouendo fantasmata et intellectum obtenebrando.

Est etiam aliquid timorosis conscientijs et virtuosjs pro eorum consolatione aduertendum, quod immutatio sensibilis exterior et corporalis, que concomitatur cogitationes hominis, quandoque est ita exilis et indeterminata quod diabolus per eam in certam cognitionem cogitationis venire non potest, presertim quando studijs aut bonis operibus vacant interpellatim, et tales tunc in somnis plus vexat. Experientia hec docet. Quandoque est ita fortis et determinata quod per illam potest cognoscere cogitationem quantum ad speciem, vt quod cogitat de inuidia vel de  
52B luxuria, sed an per eam possit certitudinaliter cognoscere quantum ad omnes circumstantias, vt videlicet super talem vel talem, sub dubio dimittamus, sicut et reperimus, nisi quod verum est quod tales circumstantias ex actibus post modum cognoscere potest.

Ad quartum patet quia licet illabi<sup>a</sup> anime tantum conueniat deo, tamen illabi corpori et per consequens potentijs affixis corpori modo

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: alibi

<sup>442</sup> *Pause*

<sup>443</sup> *Resume*

<sup>444</sup> *End*

supra tacto, hoc<sup>a</sup> potest couenire angelo siue bono siue malo, vnde amor et odium in tali homine causari possunt.

Ad illud quod virtus sensitua sit dignior quam nutritua, que tamen non potest immutari ab eo, dicendum quod imo super vim nutritiuam etiam posset ita vt aliquid citius vel tardius dirigeretur in os vel in carnem, sed ad illud non cooperatur, sicut ad impediendum vel agitandum vires sensitivas interiores vel exteriores, et hoc propter suum lucrum quod ex sensuum deceptione et intellectus illusionem plurimum procurat.<sup>445</sup>

QUESTIO OCTAUA. AN GENERATIUM POTENTIAM SEU  
ACTUM VENEREUM MALEFICE | IMPEDIRE POSSUNT, 52C  
QUOD MALEFICIUM IN BULLA CONTINETUR

SECUNDO, EADEM VERITAS, SCILICET quod adultere, fornicarie etc. amplius existunt malefice, ostenditur per impedimentum maleficiale super actum generatiue potentie.

Et vt veritas magis elucescat, arguitur primo quod non sit possibile, quia si tale maleficium esset possibile, posset etiam maritatis contingere, quod si conceditur, tunc cum matrimonium sit opus dei et maleficium opus diaboli, fortius erit opus diaboli opere dei.<sup>446</sup> Si vero conceditur quod tantummodo fornicarij et non maritatis, tunc redibit opinio quod maleficium nihil sit in re, sed tantum in opinione hominum, cuius oppositum in prima questione tactum est, aut dabitur ratio cur istis et non illis contingere possunt. Et cum non videtur subesse alia ratio nisi quia opus dei matrimonium existit – et illa ratio secundum theologos non concludit, vt patet in *Quarto* (di. xxxiiij) de impedimento maleficiale – manet adhuc argumentum quod opus diaboli erit fortius opere dei et cum | hoc sit inconueniens asserere, ergo etiam inconueniens est asserere 52D quod<sup>b</sup> per maleficium posse impediri actum venereum.

Item diabolus<sup>447</sup> non potest impedire actus aliarum virium naturalium, vt comedendi, ambulandi, erigendi, quod videtur esse verum ex eo quia interimere possent totum mundum.<sup>448</sup>

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: hec

<sup>b</sup> *Grammatically unnecessary*

<sup>445</sup> *This parag. seems to be an extensive elaboration of Aq., Sent. 2.8.4.Aq4a*

<sup>446</sup> *Cf. Aq., Sent. 4.34.1.3.Aq2 (quoted at end of n. 8)*

<sup>447</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 4.34.1.3.Aq1: . . . Sed demones non habent potestatem impediendi matrimonij actum magis quam alios corporales actus, quos impedire non possunt, quia sic totum mundum peruerterent, si comestionem et gressum et alia huiusmodi impedirent.*

<sup>448</sup> *End*

Preterea,<sup>449</sup> cum actus venereus equaliter se habet ad omnem mulierem, si impeditur, impeditur etiam ad omnem mulierem.<sup>450</sup> Sed hoc est falsum, ergo et primum.

Quod falsum sit docet experientia, cum tales qui dicunt se maleficiatos sunt potentes ad alias, licet non ad illas quas cognoscere non potest, quia videlicet non vult, vnde nihil potest in re.

In contrarium et pro veritate est capitulum “Si per sortiarias” (xxxiiij q. viij), item omnium theologorum et canonistarum sententia, vbi tractant de maleficali impedimento matrimonij.

Item ratio alludit, cum maior sit potestas demonis quam hominis, et homo impedire potest potentiam generatiuam, siue per herbas frigidissimas siue per alia impedimenta etc., | ut quisque imaginari potest, ergo  
53A et demon, qui acutioris scientie existit, hoc facere per amplius potest.

Responsio. Ex duobus que supra tacta sunt veritas satis patere potest, licet modus impediendi non sit speculatiue declaratus. Nam tactum est quod maleficium non est solum in opinione hominum quasi nihil in re, imo effectus innumeri maleficiales accidere possunt vere et realiter deo permittente. Ostensum est etiam quod deus amplius permittit super vim generatiuam propter maiorem eius corruptionem quam super alios actus humanos.

Sed de modo quo tale impedimentum procuratur est aduertendum quod non procurat solum circa vim generatiuam sed etiam circa vim imaginatiuam seu fantasiam, et super hoc notat<sup>451</sup> Petrus de Palude in suo *Quarto* (di. xxxiiij) quinque modos. Dicit enim quod quia demon ex hoc quod est spiritus habet potestatem super creaturam corporalem ad motum localem prohibendum vel faciendum, ideo potest corpora impedire ne sibi appropinquant directe vel indirecte interponendo se  
53B quandoque<sup>452</sup> in corpore assumpto, sicut accidit sponso qui desponsauerat idolum et nihilominus contraxerat cum iuuenula nec propter hoc poterat eam cognoscere; secundo modo hominem inflammare ad actum illum vel etiam refrigerare ab actu illo adhibendo occulte virtutes rerum quas optime nouit ad hoc validas; tercio modo turbando estimationem et imaginationem qua<sup>a</sup> reddit mulierem exosam, quia potest, vt

<sup>a</sup> Sc. -o

<sup>449</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Sent. 4.34.1.3.Aq4: Preterea, carnalis copula non potest impedi nisi impediatur potentia generandi, que est principium eius. Sed vnus viri potentia generatiua se habet ad omnes mulieres equaliter. Ergo per maleficium non potest esse impedimentum respectu vnus viri [sic; surely mulieris] nisi sit respectu omnium.

<sup>450</sup> *End*

<sup>451</sup> *Start Nider*, Form. 5.5 (211B–212A).

<sup>452</sup> *Not in Nider*

dictum est, in imaginationem imprimere; quarto reprimendo directe rigorem membri fructificationi congruentis,<sup>453</sup> sicut etiam motum localem reprimere potest; quinto prohibendo missionem spirituum ad membra in quibus est virtus motiua, quasi intercludendo vias seminis ne ad vasa generationis descendat vel ne ab eis recedat vel ne excidat vel ne emittatur et multis alijs modis.<sup>454</sup>

Et subdit hoc quod supra actum est ab alijs doctoribus, concordando dicens. Plus<sup>455</sup> enim permittit deus super hunc actum per quem primum peccatum diffunditur quam super alios actus humanos, sicut et super serpentes qui magis incantationibus deseruiunt quam alia animalia.<sup>456</sup>

Et post pauca dicit: Jdem<sup>457</sup> etiam de muliere est quia potest imaginationem eius sic dementare vt exosum habeat virum, quod pro toto mundo non permittit se cognosci.<sup>458</sup> Post vult dare rationem quare plus maleficiuntur viri circa talem actum quam mulieres, et dicit quod quia tale<sup>459</sup> impedimentum fit interdum per obstructionem vasis vel etiam per motum localem reprimendo rigorem membri, que potius et facilius in viris contingere possunt, ideo plures viri maleficiantur quam mulieres.<sup>460</sup>

Posset etiam quis dicere quod ideo quia plures mulieres supersticiose sunt quam viri et potius allicere cupiunt viros quam mulieres, vel etiam in despectum hoc faciunt mulieris coniuncte, vt vtrouique faciant occasionem adulterandi, dum vir alias cognoscere potest et non propriam, et similiter vxor etiam alios habeat querere amatores. Addit etiam quod deus<sup>461</sup> permittit amplius seuire in peccatores quam in iustos. Vnde angelus dixit Thobie: “In illos qui libidini vacent accipit demonium potestatem,”<sup>462</sup> licet aliquando etiam in iustos, sicut in Job, sed non circa vim generatiuam, propter que<sup>463</sup> debent facere confessiones et alia 53C

<sup>2</sup> Ed. prin.: -i

<sup>453</sup> *Nider*: accomodi for congruentis

<sup>454</sup> *Pause*

<sup>455</sup> *Resume*

<sup>456</sup> *Pause*

<sup>457</sup> *Resume*

<sup>458</sup> *Pause*

<sup>459</sup> *Resume* (... per motum localem corpore interposito vel vase obstructo potest demon per maleficium impedire mulierem, licet virum in pluribus modis ...)

<sup>460</sup> *Pause*

<sup>461</sup> *Resume*

<sup>462</sup> *Tobias 6:17*: Et sue libidini ita vacent sicut equus et mulus in quibus non est intellectus: habet potestatem demonium super eos.

<sup>463</sup> *Nider*: quod

bona, ne ferro manente in vulnere frustra sit medicinam<sup>464</sup> apponere. Hec Petrus.<sup>465</sup>

Sed de ammotione talis effectus patebit in tercia parte operis.

*Incidentaliter aliqua dubia declarantur*

JNCIDENTALITER VERO SI QUERITUR quare actus ille aliquando impeditur respectu vnus mulieris et non respectu alterius, responsio secundum Bonauenturam hec est: vel quia sortilegus seu malefica ad hoc respectu persone determinate diabolus immutauit, vel quia deus respectu persone cuiuslibet impedire non permittit. Occultum enim dei iudicium hic latet, vt patet in vxore Thobie. Et addit, si queritur quomodo diabolus hoc facit, dicendum quod impedit generatiuam non impedimento extrinseco ledendo organum sed extrinseco impediendo vsum. Vnde quia est impedimentum artificiale, non naturale, ideo potest impedire ad vnam quod non ad alias vel tollendo excitationem concupiscentie ad illam et non aduersus | aliam et hoc per virtutem propriam vel per herbam vel per lapidem vel per aliquam naturam occultam. Et hec conueniunt cum dictis Petri de Palude.

Preterea, cum in potentia talis actus quandoque<sup>3</sup> ex frigiditate nature seu naturali defectu contingit, si queritur quomodo potest discerni quod ex maleficio vel non maleficio contigerit, respondit Hostiensis in *Summa* – licet hoc non predicandum publice – quando virga nullatenus mouetur et nunquam potuit cognoscere, hoc est signum frigiditatis, sed quando mouetur et erigitur, perficere autem non potest, est signum maleficij.

Notandum insuper quod non solum fit maleficio ne quis actum illum exercere valeat, sed etiam aliquando fit ne mulier concipiat vel vt aborsum faciat. Sed nota secundum canonum sanctiones, quod quicumque propter vindicte libidinem explendam vel propter odium aliquid fecerit viro vel mulieri, propter quod non posset generare vel concipere, reputatur homicida (*Extra*, “De homicidio” “Si aliquis”). Et nota quod  
54B communiter loquitur capitulum de amatoribus seculi qui suis | amasijs per pocula, ne confusionem incurrant, talia procurant, vel etiam per certas herbas naturam nimium infrigidantes absque auxilio demonum,

<sup>3</sup> *Ed. prin.*: bñque

<sup>464</sup> *Nider.*: malaginam

<sup>465</sup> *End*

vnde penitentes sicut homicide sunt puniendi. Malefice<sup>a</sup> autem per maleficia talia procurantes sunt secundum leges vltimo supplicio puniende, vt supra in prima questione tactum est.

Et pro solutione argumentorum, vbi difficultatur an matrimonialiter coniunctis talia contingere possint, est vltius aduertendum quod licet ex his que tacta sunt non pateat super hoc veritas, tamen vere et realiter illis in matrimonio sicut et extra contingere possunt. Et prudens lector qui copiam librorum habet inueniet tam apud theologos quam canonicistas (precipue *Extra* et<sup>b</sup> in materia “De frigidis et maleficiatis” et in *Quarto* (di. xxxiii)) mutuo concordantes et duos errores reprobantes, presertim circa matrimonialiter coniunctos, qui sentire videbantur quod tale maleficium non posset contingere inter matrimonialiter coniunctos, moti<sup>c</sup> illis rationibus quod diabolus non posset opera dei destruere.

Et primus error qui ab eis reprobat<sup>d</sup> est contra illos qui dicebant<sup>466</sup> maleficium nihil esse in mundo, sed tantum esset in opinione hominum, qui ex ignorantia causarum occultarum et quas etiam nullus hominum scire potest, aliquos effectus naturales maleficijs imputabant<sup>467</sup> quasi illos efficerent non occulte cause sed demones per se vel maleficos. Et hic error licet ab omnibus alijs doctoribus sub simplici falsitate reprobat<sup>d</sup>, tamen a sancto Thoma acrius impugnat<sup>d</sup>, vbi ipsum tanquam heresim condemnat, dicens quod hic error ex radice infidelitatis procedit,<sup>468</sup> et quia infidelitas in christiano heresis dicitur, ideo tales vt heretici merito sunt suspecti. De qua tamen materia etiam in prima questione tactum est, licet ibi non taliter sit declaratum. Nam si quis alia dicta doctoris sancti in alijs locis considerat, rationes inuenit quare asserit talem errorem ex radice infidelitatis procedere. Nam in *Questionibus de Malo*, vbi tractat de demonibus, et in questione prima (an demones habeant corpora naturaliter silbi vnita inter alia que ibi recitan-<sup>54D</sup> tur) mentio fit de illis qui singulos effectus <attribuerunt> ad virtutes celestium corporum, quibus et subesse dicebant occultas causas effectuum inferiorum, dicens:<sup>d</sup> considerandum<sup>469</sup> est quod peripatetici,

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -i

<sup>b</sup> *Seemingly unnecessary*

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: - is (cf. 34D, 153D, 154A)

<sup>d</sup> *Dangling participle*

<sup>466</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 4.34.1.3.Co.*: . . . quidam dixerunt quod maleficium nihil erat in mundo nisi in estimatione hominum, qui effectus naturales quorum cause occulte sunt maleficijs imputabant.

<sup>467</sup> *End*

<sup>468</sup> *Aq., Sent. 4.34.1.3.Co.*: procedit autem hec opinio ex radice infidelitatis siue incredulitatis.

<sup>469</sup> *Start of Aq., De Malo 16.1.Co.*

Arestotilis sectatores, non posuerunt demones esse, sed ea que attribuntur demonibus dicebant prouenire ex virtute celestium corporum et aliarum naturalium rerum, vnde Augustinus dicit (x *De Ciuitate Dei*), Porphirio visum fuisse quod herbis et lapidibus et animantibus ac sonis certis et vocibus ac figurationibus atque figmentis, quibusdam etiam obseruatis in celi conuersione motibus siderum fabricari in terra ab hominibus potestates siderum idoneas varijs effectibus exequendas.<sup>a.470</sup> Ex quibus apparet error quod omnia reducebant in causas occultas siderum et demones tantummodo fabricarentur ex opinione hominum. Sed quod hec positio sit falsa manifeste probat sanctus Thomas ex hoc (ibidem) quod<sup>471</sup> reperiuntur aliquae operationes demonum, que nullo modo | possunt ex aliqua naturali causa procedere, puta quod aliquis obsessus a demone loquatur linguam ignotam, et multa alia inueniuntur opera demonum tam in arreptitijs quam nigromanticis artibus, que nullo modo possunt nisi ex aliquo intellectu procedere,<sup>472</sup> ad minus bona secundum naturam, licet mala secundum voluntatem. Et<sup>473</sup> ideo coacti fuerunt<sup>474</sup> propter inconuenientiam<sup>b</sup> tactam<sup>c</sup> alij<sup>475</sup> philosophi ponere demones esse,<sup>476</sup> licet post in varios errores inciderunt, alijs putantibus animas hominum a corporibus exeuntes<sup>d</sup> demones fieri, vnde et multi aurspices pueros occiderunt, vt animas eorum suos cooperatores haberent,<sup>477</sup> et plures alij ibi errores recitantur. Vnde patet quod non immerito doctor sanctus dicit talem opinionem ex radice infidelitatis procedere. Si cui placet, legat Augustinum in viij et ix *De Ciuitate Dei*<sup>478</sup> super varios errores infidelium circa naturam demonum. Quare etiam communis ratio omnium doctorum, que in prefata distinctione allegatur contra huiusmodi errantes, scilicet qui maleficium aliquid esse negantes, magne

<sup>a</sup> Sc. -is (so Aq.)

<sup>b</sup> Ed. prin.: -a

<sup>c</sup> Ed. prin.: -a

<sup>d</sup> Ed. prin.: -ibus

<sup>470</sup> *Pause (Aq. continues: Sed hoc apparet manifeste falsum per hoc quod inueniuntur aliquae operationes demonum . . .)*

<sup>471</sup> *Resume*

<sup>472</sup> *Pause*

<sup>473</sup> *Resume*

<sup>474</sup> *Pause*

<sup>475</sup> *Resume*

<sup>476</sup> *End*

<sup>477</sup> *Aq., Summa Contra Gentiles 3.106.6 notes: . . . aliqui in executione earum [sc. artibus magicis] leguntur innocentes pueros occidisse, but no mention of this is made in the description of haruspices in Summa 2/2.95.3. Co.*

<sup>478</sup> *Two passages from these books are cited explicitly in Aq., De Malo 16.1. Co.*

est efficacie in sententia, licet brevis sit in verbis, vbi dicunt quod qui maleficium nihil esse in mundo asserunt contrariantur omnium doctorum sententijs et sacre scripture declarantis demones esse et demones habere potestatem supra corpora et supra imaginationes hominum deo permittente, vnde et per eos malefici mira operari possunt circa creaturas. Vnde et merito ipsorum demonum instrumenta et ad quorum instantiam demones interdum ad creaturarum nocumenta operantur malefici dicuntur.

Et quidem quamuis<sup>a</sup> per reprobationem huius primi erroris a doctoribus non fiat mentio de matrimonialiter coniunctis, tamen per reprobationem secundi erroris hoc patet. Dicunt enim quod aliorum error erat quod licet<sup>479</sup> maleficium esset et abundaret in mundo etiam contra carnalem copulam, tamen quia nullum tale maleficium potest censi perpetuum, ideo nunquam dirimeret matrimonium iam contractum.<sup>480</sup> Ecce quod mentio fit de matrimonialiter coniunctis!

Improbando autem hunc errorem: licet hoc declarare non deseruiat ad propositum, tamen propter eos qui copiam | librorum non habent, notandum quod improbant per hoc quod talia asserere dicunt<sup>481</sup> esse contra experimentum et contra iura antiqua et noua, vnde dant talem catholici doctores distinctionem quod impotentia ex maleficio procurata aut est temporalis aut perpetua. Si temporalis, tunc non impedit. Tunc autem presumitur esse temporalis quando infra spacium trium annorum<sup>482</sup> cohabitantes et quantum possunt operam dantes siue per ecclesiastica sacramenta siue per alia remedia sanari possunt. Si vero non sanentur aliquo remedio, extunc presumitur esse perpetua, et tunc aut precedit matrimonij contractionem et consummationem et sic impedit matrimonium contrahendum et dirimit iam contractum, aut sequitur matrimonij contractionem sed non consummationem et sic etiam, vt dicunt aliqui, dirimit matrimonium iam contractum – dicitur enim (xxxiiij q. i c. i) quod coniugium confirmatur officio, scilicet carnis, vt

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: q̄3 (=quod) in place of q̄3uis

<sup>479</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Sent. 4.34. r.3. Co.: . . . dixerunt alii quod per maleficia prestari potest impedimentum carnali copule, sed nullum tale est perpetuum, vnde non dirimit matrimonium contractum.

<sup>480</sup> *Pause*

<sup>481</sup> *Resumed adaptation of Aq.*: et dicunt iura que hoc dicebant esse reuocata, sed hoc est contra experimentum et contra noua iura que antiquis concordant. Et ideo distinguendum est quia impotentia coeundi ex maleficio aut est perpetua, et tunc matrimonium dirimit, aut non est perpetua, et tunc non dirimit. Et ad hoc experiendum eodem modo ecclesia tempus prefixit, triennium scilicet . . .

<sup>482</sup> *End*

dicit glosa – aut sequitur matrimonium consummatum et tunc vinculum  
 55D | matrimoniale non dirimit. Plura ibi notantur (*Extra*, “De frigidis” etc.)  
 per Hostiensem et Gofridum et doctores, etiam theologos (ubi supra).

Ad argumenta.

Ad primum satis patet ex his que dicta sunt. Nam primo quod<sup>483</sup>  
 dei opera possunt destrui per opera diaboli si maleficium posset inter  
 coniugatos contingere non valet instantia, imo oppositum patet cum  
 nihil possit diabolus nisi deo permittente. Item, quia non per violentiam  
 destruit,<sup>484</sup> vti tyrannus, sed per quamdam artem extrinsecam, vt supra  
 patuit.

Ad secundum patuit supra quare potius deus permittit super hunc  
 actum venereum quam super alios actus, potest etiam super alios quando  
 deus permittit, vnde non valet quod perimat mundum.

Ad tertium similiter patet ex dictis.

QUESTIO NONA. AN MALEFICE PRESTIGIOSA ILLUSIONE  
 OPERANTUR CIRCA MEMBRA VIRILIA QUASI ILLA OMNINO  
 SINT A CORPORIBUS EUULSA

56A TERCIO EADEM VERITAS DECLARATUR per diabolicas operationes  
 circa membrum virile, cuius rei veritas vt magis elucescat, queritur an  
 malefice valeant membra virilia virtute demonum vere et realiter vel  
 solummodo prestigiosa apparitione auferre.

Et arguitur quod vere et realiter per argumentum a fortiori. Maiora  
 possunt demones, vt homines occidere vel localiter transferre, vt supra  
 patuit de Job et Thobie vij viris occisis: ergo etiam possunt membra  
 hominis vere et realiter auferre.

Preterea, glosa super illud psalmi “immissiones per angelos malos”:<sup>485</sup>  
 “Deus punit per malos angelos, sicut populum Jsraeliticum sepe puniuit  
 varijs languoribus vere et realiter corporibus immissis.” Ergo et huius-  
 modi infirmitates circa membrum tale immittere potest. Si dicatur quod  
 potest diuina permissione, tunc sic in precedentibus dictum est quod  
 deus amplius permittit vim generatiuam maleficiari propter primam  
 corruptionem peccati, que per actum generantem in nos deuenit: ergo

<sup>483</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 4.34.1.3.Ra2: Ad secundum dicendum quod opus dei potest  
 opere dei impediri diuina permissione, non quod diabolus deo sit fortior, vt per violentiam  
 opera eius detruat.*

<sup>484</sup> *End*

<sup>485</sup> *Quotation from Aq., De Malo 16.9.A3*

etiam amplius permittit super membrum illius potentiae generatiue, vt 56B  
ipsum totaliter auferat.

Preterea, maior fuit conuersio vxoris Loth in statuam salis<sup>486</sup> (*Genesis* xix) quam auferre membrum virile, sed illa fuit vera et realis et non apparens conuersio, quia adhuc visibiliter vt dicitur superest illa statua, et facta fuit per malum angelum, vt coacti a bonis qui prius cecitate eos percusserant, vt ostium domus inuenire non possent,<sup>487</sup> sicut etiam alie punitiones Sodomitarum, quia et glosa (ibidem) asserit ipsam etiam illo vicio infectam: ergo et ista facere possunt.

Preterea,<sup>488</sup> quicumque potest inducere formam naturalem potest et illam auferre. Sed demones formas naturales pluries induxerunt, vt patet de magis pharaonis qui virtute demonum ranas et serpentes fecerunt.<sup>489</sup>

Jtem, Augustinus<sup>490</sup> in *Libro lxxxij Quaestionum* dicit quod omnia que visibiliter fiunt etiam per inferiores potestates aeris, hec<sup>491</sup> non absurde fieri posse creduntur.<sup>492</sup> Sed hoc possunt facere homines, vt aliqua arte vel incisione membrum auferatur: ergo et demones ista facere inuisibiliter que<sup>a</sup> alij visibiliter | possunt.

56C

Sed<sup>493</sup> contra Augustinus (xviiij *De Ciuitate Dei*): "Non est credendum etiam hominis corpus demonum arte vel potestate in bestialia<sup>b</sup> lineamenta posse conuerti":<sup>494</sup> ergo etiam a simili non potest auferre hoc quod ad veritatem corporis humani deseruit. Jtem iij *De Trinitate* dicit: "Non est putandum istis transgressoribus angelis ad nutum seruire hanc visibilium rerum materiam sed soli Deo."<sup>495</sup>

Responsio. Nulli dubium quin malefice quedam mira operantur circa membra virilia, vt ex visis et auditis plurimorum, imo et ex ipsa

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: qd' (=quod)

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -i

<sup>486</sup> *Quotation from Aq.*, De Malo 16.9.Ag3

<sup>487</sup> *Gen. 19:11*: Eos qui erant foris percusserunt cecitate a minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent.

<sup>488</sup> *Start of adaptation of Aq.*, De Malo 16.9.3.Ag10: Preterea, quicumque inducit formam, formaliter transmutat. Sed demones possunt inducere formas non solum accidentes verum etiam substantiales. Nam magi pharaonis virtute demonum ranas fecerunt. Ergo videtur quod demones possint corpora formaliter transformare.

<sup>489</sup> *End*

<sup>490</sup> *Start of Aq.*, De Malo 16.9.Ag1, which begins: Dicit enim Augustinus in lib. lxxxij quae: "Omnia ..."

<sup>491</sup> *Aq.*: huius

<sup>492</sup> *End*

<sup>493</sup> *Start of adaptation of Aq.*, De Malo 16.9.SCr: Sed contra est quod Augustinus dicit (xviiij De Ciui. Dei): "Non solum animum sed nec corpus quidem nulla ratione crediderim demonum arte vel potestate in bestialia lineamenta posse conuerti."

<sup>494</sup> *End*

<sup>495</sup> *Quotation from Aq.*, Summa 1.110.2.SC

publica fama constat de hoc quod per sensum visus aut tactus veritas illius membri cognoscebatur.

Quod qualiter fieri potest, dicendum quod licet dupliciter fieri possit, scilicet vere et realiter, vt argumenta prima tetigerunt, et prestigiosa operatione, ea tamen que a maleficis fiunt circa huiusmodi non fiunt nisi prestigiosa illusionem, que tamen illusio non habet locum in imaginatione patientis, quia imaginatio eius potest vere et realiter estimare aliquam  
56D rem non esse presentem, licet per nullam operationem sensus exterioris, scilicet visum aut tactum, percipit esse presentem. Vnde potest dici vera ablatio membri ex parte imaginationis patientis, licet non ex parte rei.

Quod qualiter fit, sunt plura notanda. Primo, duo modi quibus ista fieri possunt. Non<sup>496</sup> mirum quod diabolus sensus humanos exteriores decipere potest, qui interiores, de quibus supra tactum est, illudere potest, formas reseruatatas educendo ad principia sua sensitiva. Decipit autem eos in sua naturali operatione, vt quod visibile est sit illi inuisibile, tangibile intangibile, audibile inaudibile, et sic de alijs. Hec autem veritas ita nihil ponit ex parte rei, quod omnia fiunt ex immutatione organorum deseruentium<sup>a</sup> ad visum, auditum etc., vt sunt oculi et manus, quibus immutatis iam fallitur sensus iudicium.

Possumus ista ex naturalibus quibusdam demonstrare. Nam sicut vinum dulce propter infectionem lingue in febricitante videtur amarum, vnde gustus decipitur, non ex parte rei sed ex parte humorum,<sup>497</sup> ita et  
57A ibi nulla deceptio ex parte rei, quin ibi sit virga | adherens, sed deceptio ex parte organi sensus.

Iterum, sicut supra dictum est de vi generatiua, illam impediendo per interpositionem alicuius alterius corporis eiusdem coloris et apparentie, ita et aliquod corpus planum figuratum colore carneo interponere possunt inter visum et tactum oculorum et manuum et inter ipsum verum corpus patientis, ita quod suo iudicio nihil valeat videre et sentire nisi corpus planum et nullo membro interruptum. Videantur dicta sancti Thome in *Secundo* (di. viij, arti. v) de prestigiosis illusionibus et similiter

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: destruentium (cf. 49B)

<sup>496</sup> *Cf. Aq., Sent. 2.8.1.5.Ra4*: . . . forme que videntur in istis prestigijs non sunt nisi in sensu. Hoc autem potest dupliciter contingere per demonum operationem. Vno modo vt species que sunt in imaginatione servate operatione demonum ad organa sensuum fluant, sicut contingit in somno, et ideo quando ille species contingunt organa sensus exterioris, videntur ac si essent res presentes extra, et actu sentirentur. Alius modus potest esse ex immutatione organorum, quibus immutatis fallitur sensus iudicium, sicut in eo qui habet gustum corruptum, cui omnia videntur amara . . .

<sup>497</sup> *Cf. Aq., Summa 1. 85.6.Co*: sicut cum gustus febricentium dulcia iudicat amara propter hoc quod lingua malis humoribus est repleta.

*Secunda Secunde* (q. xci) et in *Questionibus de Malo*, frequenter allegans<sup>a</sup> illud Augustini in *Libro lxxxij Questionum*: “Serpit hoc malum demonis per omnes additus sensuales, dat se figuris, accomodat se coloribus, adheret sonis, odoribus se subijcit, infundit se saporibus.”<sup>498</sup>

Preterea, alludit ratio, quod non solum per interpositionem alicuius corporis plani non membrati<sup>b</sup> talis illusio prestigiosa in vidente et tangente fiat, imo et per modum quo certi spīritus seu species reseruari edu- 57B  
cuntur ad sua principia sensitua interiora, scilicet ad imaginationem et fantasiam, vnde contingit aliquid imaginari ac si primo eliciatur ex sensu exteriori. Nam vt in precedenti questione tactum est, demones virtute propria possunt localiter corpora mutare, ex transmutatione autem spīrituum et humorum etiam secundum nature operationem contingunt. Aliqua secundum imaginationem vel sensum videri naturaliter dico quia et philosophus<sup>499</sup> in *De Somno et Vigilia*, assignans causam apparitionis somniorum dicit quod cum animal dormierit descendente plurimo sanguine ad principium sensituum simul descendunt motus siue impressiones relicte ex sensibilibus motionibus, que in spīritibus sensibilibus conseruantur (termini fuerunt superius declarati),<sup>500</sup> ita quod tunc aliqua appareant ac si tunc primo a rebus exterioribus sensus immutarentur,<sup>501</sup> et quia hoc natura facere potest, a fortiori diabolus formas seu species corporis plani | et non membro virili organisati<sup>c</sup> educere potest ad 57C  
vim fantasticam et imaginatiuam, vt inde sensus iudicent ac si in rerum veritate ita esset. Per hunc etiam modum, vt patebit inferius, homines videntur animalia, cum tamen non sint in rerum veritate.

SECUNDO, NOTANDI SUNT ALIJ modi faciliores ad intelligendum et predicandum. Nam quia prestigium<sup>502</sup> nihil aliud est secundum Isidorum (viiij *Ethimologiarum* c. ix) quam sensuum quedam delusio et presertim oculorum, vnde et dicitur a “prestringo,” quia aciem oculorum prestringit, ita vt res videantur aliter esse quam sint, et vt Alexander de Halis dicit (*Parte ij*): “Prestigium proprie sumptum est illa illusio

<sup>a</sup> Sc. -antis

<sup>b</sup> Ed. prin.: -o

<sup>c</sup> Ed. prin.: -o

<sup>498</sup> Quotation from *Aq.*, De Malo 3.3. Rat2

<sup>499</sup> Start of *Aq.*, De Malo 16.11. Co.

<sup>500</sup> Parenthesis not in *Aq.*

<sup>501</sup> End

<sup>502</sup> Start of adaptation of *Nider*, Praec. 1.11.1 (C–D), which begins: Primo igitur queritur de prestigij: quot modis oculi hominum possint deludi. Est autem prouidendum quod prestigium est sensuum quedam delusio, oculorum presertim. Et dicitur a “prestringo,” quia aciem oculorum prestringit, vt dicit Isidorus (viiij *Ethi.* c. ix), ita quod res videantur “... quantum ad exteriores.”

demonis que non habet causam ex parte mutationis rei sed solummodo ex parte cognoscentis qui deluditur siue quantum ad interiores sensus siue quantum ad exteriores,<sup>503</sup> vnde<sup>a</sup> in genere loquendo etiam de  
 57D humana prestigijsiosa arte dicamus tribus<sup>504</sup> modis potest fieri: vno absque demonibus, et illa potius dicitur delusio, quia artificialiter fit agitatione hominum ostendentium vel occultantium aliquas res, sicut fit in traiectionibus per ioculatores vel per mimos.

Alius modus fit etiam sine virtute demonum, vtpote naturaliter virtute corporum naturalium vel etiam mineralium, que qui habent possunt secundum quandam virtutem huiusmodi rebus inditam rem ostendere vel facere apparere non sicut est. Vnde Thomas (*Prima Parte*, q. cxiiij, ar. iiij) et secundum alios plures quedam herba succensa seu accensa fumigans facit trabes apparere serpentes.<sup>505</sup>

Tercius modus delusionis est qui fit per demones deo tamen permittente. Habent enim demones ex natura, vt patuit, quandam potestatem<sup>506</sup> super quasdam res inferiores quam<sup>b</sup> possunt exercere circa illas quando deus sinit, vt tunc etiam res appareant aliter quam sint.<sup>507</sup>

58A Pro quo notandum |tercio quod demon<sup>508</sup> potest quinque modis illudere aliquem, quod iudicat rem aliter quam est: primo artificiali traiectionie, vt dictum est, quia quicquid homo scit per artem, melius ipse scire potest; secundo modo naturali applicatione alicuius rei, prout dictum est, per interpositionem alicuius corporis, vt alterum occultetur, vel etiam ex fantasijs hominum illas perturbando; tercio modo, vt quando in assumpto corpore ostendit se esse aliquam rem que non est, sicut<sup>509</sup>

<sup>a</sup> Sc. ideo

<sup>b</sup> So *Nider*; ed. *prin.*: quas

<sup>503</sup> *Pause*

<sup>504</sup> *Resume (Nider begins: Respondet ergo Alexander de Halis (parte ij) quod tribus modis ...)*

<sup>505</sup> *Aq., Summa 2.8.1.5.Ra4*: sicut ad vaporationem cuiusdam fumi trabes domus videntur serpentes.

<sup>506</sup> ex natura ... potestatem: quandam potestatem ex ordine nature in *Nider*

<sup>507</sup> *Pause*

<sup>508</sup> *Resume (Nider begins: Potest enim demon quinque modis ...)*

<sup>509</sup> *Here the extended direct quotation of Nider ends and the remainder is adaptation: ... vt lactucam, sicut accidisse videtur moniali, de qua refert Gregorium (i li. Dialogorum), vel in massa auri, vt de beato Antonio factum legitur, vel lupum, vt infra dicitur se ostendere potest et sic rem alienam suo assumpto corpore. Quarto potest turbare organum visus, vt videatur res nubilosa que est clara, et huiusmodi. Quinto modo in imaginatiuam potentiam operando transmutatione speciem sensibilibum secundum Thomam, vel humores varios mouendo, ut appareant ignea vel aquea vel huiusmodi. For the story of the nun, cf. *Nider*, Form. 5.11 (238B): primo Dyalogorum refert beatus Gregorius de quadam dei famula in monasterio virginum que ortum ibidem ingressa lactucam conspiciens et concupiscens, quam signo crucis benedicere oblita momordit: arrepta a demone cecidit et vexabatur quousque statim vocato ibi beato patre Equitio per eundem liberata est.*

Gregorius in primo *Dialogorum* narrat de moniali que comedit lactucam, que tamen, vt ipse demon fassus fuerat, lactuca non sed demon in lactuce specie aut in ipsa lactuca erat, vel etiam contingit Anthonio in massa auri quam in deserto repperit, vel etiam quando hominem verum tegit et facit vt brutum animal videatur, prout iam dicitur; quarto modo vt quando turbat organum visus, vt videatur res nubilosa, que est clara vel econuerso vt vetula appareat iuuenula (nam et post fletum apparet aliter lumen quam ante); quinto modo vt in imaginatiuam potentiam operando et transmutationem specierum sensibilium per commotionem humorum, vt supra tactum est, faciendo,<sup>510</sup> vt tunc quasi recentes et noue apparitiones in ipsis potentijs sensitiuis causentur. 58B

Et sic tribus vltimis modis demon illudere potest prestigiosa arte sensus hominis, et etiam secundo modo, vnde nulla difficultas quin membrum virile occultare prestigiosa arte velit. Euidens indicium siue experimentum quod nobis in officio inquisitionis existentibus reuelatum fuit infra ponatur, vbi de his et alijs factis plura recitantur in secunda parte tractatus.

*Quomodo maleficium a defectu naturali potest discerni*

INCIDENTALIS QUESTIO CUM CERTIS alijs difficultatibus.

Quod si queritur, “Petro ablatum est membrum, ignorat autem an per maleficium seu alias diuina permissione per demonis potentiam sit ablatum: suntne modi cognoscendi et discernendi inter ista?” responderi potest quod sic.

Primo quod tales quibus accidunt vt plurimum sunt adulteri seu alias fornicarij, vnde dum amasijs | non ad nutum seruiunt seu eas relinquere volunt, alijs adherendo, tunc in vindictam talia procurant aut alias potentiam illius membri amputant. Secundo cognoscitur per hoc quod non est durable. Nam si non sit ex maleficio, tunc non est durable sed quandoque redibit. 58C

Sed hic iterum suboritur dubitatio an hoc fit ex natura maleficij quod non sit durable. Respondetur quod potest esse perpetuum et durare vsque ad mortem, sicut etiam de impedimento maleficali in matrimonio. Judicant canoniste et theologi quod reperitur temporale et perpetuum. Nam dicit Gofredus in *Summa*: “Maleficium non potest solui semper per illum qui fecit, vel quia est mortuus vel quia nescit delere ipsum, vel quia maleficium est perditum” – unde a simili dicere possumus

quod maleficium Petro illatum erit perpetuum – “uel quia illa malefica que fecit non potest eum sanare.” Sunt enim malefice in triplice genere. Nam quedam sanant et ledunt, quedam ledunt sed sanare<sup>a</sup> nequeunt, 58D quedam tantummodo sanare videntur, id est, lesiones ammouere, vt inferius patebit. Sic enim nobis contigit. Nam due malefice mutuo rixantes, dum vna alteri improperearet, vna dixit: “Non sum tam pessima sicut tu, quia quos ledo sanare scio.” Vel etiam durabit vbi ante eius sanationem malefica discederet,<sup>b</sup> vel locum mutando vel ab hac vita discedendo. Nam et sanctus Thomas dicit: “Maleficium<sup>511</sup> quodlibet ita potest esse perpetuum quod non potest habere humanum remedium, quia etsi habet remedium, non est tamen hoc homini notum vel licitum, licet deus possit prestare remedium per sanctum angelum, demonem, licet non maleficam, cogendo.”<sup>512</sup>

Verum tamen summum remedium contra maleficium est penitentie sacramentum (*Extra*, “De Frigidis”). Nam et infirmitas corporalis sepe prouenit ex peccato (*Extra*, “De Penitentijs” “Cum infirmitas”). Qualiter etiam maleficia sint auferenda, patebit in tercia parte tractatus, et in secunda parte capitulo sexto tres alie differentie tanguntur.

59A

*Solutiones argumentorum*

PATET AD PRIMUM QUOD nulli dubium quin sicut deo permittente occidere possunt homines, ita et membrum illud seu alia auferre possunt vere et realiter. Sed tunc demones non operantur per maleficas, de quibus iam mentio habetur.

Et per hec etiam ad secundum patet solutio.

Sed ad illud quod quia deus amplius permittit vim generatiuam maleficiari propter etc., ergo etiam permittitur vt illud membrum vere et realiter auferatur, non valet vt semper hoc fiat, quia non esset per modum maleficij hoc fieri, nec etiam malefice hoc affectant dum talia operantur, quod non habeant potestatem restituendi membrum, quando volunt et sciunt. Ex quo patet quod non vere sed prestigiosa arte aufertur.

Ad tercium, de conuersione vxoris Loth, dicimus, vera fuit et non prestigiosa arte, nunc autem loquimur de arte prestigiosa.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -i

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: discede|deret

<sup>511</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 4.34.1.3, Ra3*: . . . maleficium est ita perpetuum quod non potest habere remedium humano opere, quamuis deus posset remedium prestare demonem cogendo vel etiam demon desistendo.

<sup>512</sup> *End*

Ad quartum, quod demones possunt inducere aliquas formas substantiales, | ergo etiam auferre, dicitur quantum ad magos pharaonis quod <sup>59B</sup> fecerunt veros serpentes et possunt demones circa aliquas imperfectas creaturas adminiculo alicuius alterius agentis aliquos effectus producere, que<sup>a</sup> non possunt circa homines, de quibus deo magis est cura iuxta illud: “Numquid deo cura est de bobus?” Possunt tamen semper, vt dictum est, deo permittente hominibus etiam nocere vere et realiter aut etiam prestigiosa arte.

Et per hec etiam patet solutio ad vltimum argumentum.

QUESTIO DECIMA. AN MALEFICE OPERANTUR CIRCA  
HOMINES IN BESTIALES FORMAS PRESTIGIOSA ARTE ILLOS  
TRANSMUTANDO

QUARTO IPSA VERITAS DECLARATUR, vbi etiam homines transformant in bestias.

Quod qualiter fiat, arguitur quod non sit possibile hoc fieri: (xxvi q. v “Episcopi” ex consilio Acquirensi) “Quisquis credit posse fieri aliquam creaturam aut in melius aut in deterius immutari aut transformari in <sup>59C</sup> aliam speciem vel in aliam similitudinem nisi ab ipso creatore qui omnia fecit et per quem omnia facta sunt procul dubio infidelis est et pagano deterior,” et vtamur argumentis sancti Thome in *Secundo Sententiarum* (dis. viij, “An demones possint imprimere in sensus corporales prestigijs deludendo”),<sup>513</sup> vbi primo arguit quod non. Nam illa forma bestie<sup>514</sup> que videtur oportet quod sit alicubi, sed non potest esse tantum in sensu, quia sensus non habet aliquam speciem nisi a rebus acceptam,<sup>515</sup> et ibi non est vera bestia per auctoritatem canonis allegatam, nec<sup>516</sup> iterum potest esse in re que videtur, sicut<sup>517</sup> quod mulier videatur bestia,<sup>518</sup> quia due forme substantiales non possunt esse in eodem<sup>519</sup> simul et semul.<sup>b</sup> Ergo, cum illa forma bestie que videtur nullibi possit esse, ideo nulla

<sup>a</sup> Sc. quos

<sup>b</sup> Sc. semel (*same error in 68A*)

<sup>513</sup> *Start of Aq., Sent. 2.8.1.5. Ag4, which begins: Pretera videtur quod in sensus corporales imprimere non possit prestigijs deludendo. Illa enim forma . . .*

<sup>514</sup> *Not in Aq.*

<sup>515</sup> *Pause*

<sup>516</sup> *Resume*

<sup>517</sup> *Aq.: sic*

<sup>518</sup> *Aq.: equa*

<sup>519</sup> *End of direct quotation*

prestigiosa illusio in oculo videntis fieri potest, cum visio per aliquam formam necessario habeat terminari.

59D Preterea,<sup>520</sup> si dicatur quod forma illa sit in aere circumstante, hoc non potest esse, tum quia aer non est susceptivus alicuius forme seu figure, tum etiam quia non semper vnus et idem aer circa illam personam propter fluxibilitatem manere potest, precipue quando mouetur, tum etiam quia sic videretur ab omnibus talis transformatio, quod tunc non fit, quia demones non videntur adminus sanctorum virorum visiones decipere.<sup>521</sup>

Preterea,<sup>522</sup> sensus visiuus seu potentia visiuus<sup>523</sup> est potentia passiuus, sed omne passiuum mouetur ab actiuo sibi proportionato, actiuum autem proportionatum sensui est duplex: vnum quasi originans actum, scilicet obiectum, aliud autem quasi deferens sicut medium,<sup>524</sup> sed forma illa que videtur non potest esse obiectum sensus neque etiam medium quasi deferens.

De primo, scilicet quod non potest esse obiectum, quia a nulla re sumi potest, vt in precedenti argumento tactum est, cum non sit in sensu a re accepta, nec in ipsa re nec etiam in ipso aere quasi in medio deferente, vt prius tactum est in tercio argumento.

60A Preterea,<sup>525</sup> si demon mouet vim cognitiuam interiorem, aut hoc facit se obijciendo | virtuti cognitiue aut hoc facit immutando ipsam. Non autem hoc facit se ei obijciendo quia oporteret quod vel assumeret corpus et sic non posset interius ingredi ad organum imaginationis, cum<sup>a</sup> duo corpora non sint simul in eodem loco, neque [in] assumendo fantasma, quod etiam esse non potest quia fantasma non est sine quantitate, demon autem omni quantitate caret. Similiter etiam non potest hoc facere immutando,<sup>b</sup> quia aut immutaret alterando, quod videtur non posse facere quia omnis alteratio fit per qualitates actiuas quibus demones carent,<sup>c</sup> aut immutaret transmutando siue localiter mouendo, quod videtur esse inconueniens duobus rationibus: primo quidem quia transmutatio organi non posset fieri sine sensu doloris, secundo quia

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: *cnm*

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: *in mut-*

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: *-et*

<sup>520</sup> *Resumed as adaptation.*: Et preterea res illa videretur talis ab omnibus, nec iterum in aere circumstante qui susceptibilis figure non est, nec semper vnus et idem circa rem illam manet, precipue quando mouetur.

<sup>521</sup> *End*

<sup>522</sup> *Start of Aq.*, De Malo 16.11. Ag8

<sup>523</sup> seu potentia visiuus: *not in Aq.*

<sup>524</sup> *End (Aq. continues)*: Sed demon, cum sit incorporeus, non potest esse obiectum sensus, neque etiam medium. Ergo videtur quod nullo modo possit mouere sensum.)

<sup>525</sup> *Start of Aq.*, De Malo 16.11. Ag9

secundum hoc demon non ostenderet homini nisi nota, cum tamen Augustinus dicit quod ostendit homini formas et notas et ignotas. Ergo videtur quod demones nullo modo possunt imaginationem vel sensum hominis decipere.<sup>526</sup>

Sed contra Augustinus<sup>527</sup> (xviiij *De Ciuitate Dei*) dicit quod transmutationes hominum in animalia bruta, que dicuntur arte demonum facte, non fuerunt secundum veritatem sed solum secundum apparentiam. Hoc autem fieri non posset si demones humanos sensus transmutare non possent.<sup>528</sup>

Preterea, alludit et autoritas Augustini in *Libro lxxxiiij Questionum*, que etiam prius allegata fuit: "Serpit hoc malum demonis per omnes additus sensuales"<sup>529</sup> etc.

Responsio. Si lector voluerit super modum transmutandi inspicere, inueniet in secunda parte operis (ca. vi) varios modos. Ad presens tantummodo scolastice procedendo dicamus trium doctorum sententias concordantes in eo quod diabolus potest fantasiam hominis decipere vt homo verus animal videatur. Inter quas etiam vltima subtilior ceteris, que et sancti Thome est.

Et prima est domini Anthonini in prima parte *Summe* (ti. v, ca. vi §v) declarantis quod diabolus<sup>530</sup> fantasiam hominis ad decipiendum quandoque operatur et precipue circa illusionem sensuum et declarat naturali ratione, canonis auctoritate et experimentorum multiplicitate. Primum sic.<sup>531</sup> "Corpora naturaliter subduntur et obediunt nature angelice quantum ad motum localem. Angeli autem mali, etiam si amiserint gratiam, non tamen virtutem naturalem, vt sepius supra tactum est. Cum autem potentia fantastica siue imaginatiua sit corporalis, id est, affixa organo corporeo, naturaliter subditur etiam malis, vt possint eam transmutare causando varias fantasias ex descensione<sup>a</sup> humorum et spirituum ad principium sensitium procurata ab eis." Hec ille et subdit:<sup>532</sup> "Patet et hoc ex canone<sup>533</sup> (xxvi q. v 'Episcopi'): 'Illud non est obmittendum quod quedam scelerate mulieres post Sathan retro conuerse demonum illusionibus et fantasmatibus seducte credunt se et profitentur cum

<sup>a</sup> So *Ant.*; *ed. prin.*: descen-

<sup>526</sup> *End*

<sup>527</sup> *Start of Aq.*, *De Malo* 16.11.SC2

<sup>528</sup> *End*

<sup>529</sup> *Quotation from Aq.*, *De Malo* 16.11.Ag8 (also 3.3.Ag12)

<sup>530</sup> *Start of Ant.*, *Summa* 1.2.6.5, which begins: Operatur etiam angelus malus, id est diabolus, circa phantasiam hominis, sed ad decipiendum. Quod declaratur naturali ratione . . .

<sup>531</sup> *Ant. adds:* declaratur.

<sup>532</sup> *This clause not in Ant.*

<sup>533</sup> *Ant. adds:* dicitur enim.

Dyana horis nocturnis, dea paganorum, vel cum Herodiade et cum innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias et multa terrarum spacia intempeste noctis silentio pertransire.’ Et infra: ‘Quapropter sacerdotes predicare debent populo dei, vt nouerint omnino  
 60D hec falsa esse et non a diuino sed a maligno spiritu talia fantasmata mentibus fidelium irrogari, siquidem ipse Sathanas transformat se in diuersarum personarum species atque similitudines et mentem quam captiuam tenet in somnijs deludendo per deuia queque deducit.’<sup>534</sup>

Et quidem intellectus huius canonis in prima questione tactus est quo ad quatuor que predicanda sunt, sed quod non valeant etiam vehi vbi hoc affectant et non impediuntur diuina virtute, sic non esset verus intellectus, quia sepiissime homines inuiti et non malefici per multa terrarum spacia corporaliter transferantur, sed quia vtroque modo potest fieri, sequitur in prefata *Summa*, et<sup>535</sup> in c.<sup>536</sup> “*Nec mirum*” (eadem q.)<sup>537</sup> Augustinus narrat quod in libris gentilium legitur de quadam maga dicta Cyrces que socios Vlixis mutauerat in bestias, quod magicis prestigijs potius fingebatur quam in rerum veritate compleretur, alterando fantasias hominum.

Patet hoc etiam per plura exempla. Legitur enim in *Vitas Patrum* quod  
 61A quedam iuuenula quia assentire noluit | cuidam iuueni de turpitudine eam sollicitanti, ipse iuuenis turbatus ex hoc a quodam Iudeo procurauit maleficium fieri contra illam, quo peracto mulier conuersa est in equam, que conuersio non fuit secundum rei veritatem sed secundum ludificationem demonis immutantis fantasiam et sensum ipsius mulieris et aspicientium eam, vt videretur equa que erat vera mulier. Vnde ducta ad beatum Macharium non potuit diabolus ita operari quod illuderet sensus eius sicut aliorum propter suam sanctitatem. Nam sibi videbatur mulier vera, non equa, cuius tandem oratione liberata est ab illa illusionem, dicens hoc sibi accidisse quia non vacabat diuinis nec frequentabat sacramenta, vt dicebat. Ideo diabolus potestatem habuerat super eam, etsi alias esset honesta. Potest igitur diabolus per commotionem interiorum spirituum et humorum operari ad immutandum actum et potentiam nutritiue, sensitiue et appetitiue et cuiuscunque potentie corporalis organo vten-  
 61B tis secundum beatum Thomam (*Prima Parte*, q. cxi), sicut credi potest fuisse gestum super Simonem magum in incantationibus suis que de eo narrantur.

<sup>534</sup> *Pause (Ant. ends with: haec ibi)*

<sup>535</sup> *Resume*

<sup>536</sup> *Presumably this is meant here as an abbreviation for capitulo, but Ant. has can(one).*

<sup>537</sup> *Ant.: quidem for q. (with eadem going with can.)*

Sed nihil horum potest diabolus facere nisi deo permittente, qui cum angelis suis bonis frequenter reprimat maliciam eius decipere nos et nocere querentis. Vnde dicit Augustinus loquens de maleficis: “Hi sunt qui permissu dei elementa concutiunt, hominum mentes perturbant minus confidentium in Deo” (xxvi q. v “*Nec mirum*”).

Horum etiam operatione per maleficam arte<sup>a</sup> fit quandoque ut vir non possit videre uxorem et econverso, et hoc per immutationem fantasie representando ei talem ut rem odibilem et horribilem. Ipse etiam diabolus vigilantibus et dormientibus suggerit representationes turpium fantasie ad decipiendum et inducendum ad malum. Verum quia peccatum non consistit in imaginatione sed in voluntate, ideo ex huiusmodi fantasij per diabolum suggestis et alterationibus varijs homo non peccat nisi voluntate propria peccato assentiat.<sup>538</sup>

Secunda sententia ad idem modernorum doctorum declarantes<sup>b</sup> primo quid sit prestigium et quot modis demon potest huiusmodi illusiones causare. Hic nota quod Anthoninus<sup>c</sup> allegat ea que in precedenti questione (ix) tacta sunt, vnde non est opus illa renouare. 61C

Tercia sententia est sancti Thome, et est responsiva super argumentum quo queritur ubi sit illa forma bestie que videtur, aut in sensu aut in re aut in aere circumstante, et est talis: quod illa<sup>539</sup> forma bestie que videtur non est nisi in sensu<sup>540</sup> primo interiori et per fortem imaginationem resultat in sensum exteriorem quodam modo et quod ibi sit potest<sup>541</sup> per demonis operationem contingere dupliciter. Vno modo ut species, animalium dicamus,<sup>542</sup> que sunt in thesauro imaginationis reseruate fluant operatione demonum ad organa sensuum interiorum – sic etiam in somno contingit prout supra declaratum est<sup>543</sup> – et ideo quando ille species contingunt, organa sensus exterioris, puta visus, videntur ac si essent res presentes extra et actu sentirentur. Alius modus potest esse ex immutatione organorum interiorum quibus mutatis fallitur sensus 61D iudicium, sicut patet in eo qui habet gustum corruptum cui omnia dulcia videntur amara, et parum differt a primo.<sup>544</sup> Hoc autem facere possunt etiam homines virtute quarundam rerum naturalium, sicut ad

<sup>a</sup> *So Ant.; ed. prin.: -ē*

<sup>b</sup> *Sc. -ium*

<sup>c</sup> *Ed. prin.: -ius*

<sup>538</sup> *End*

<sup>539</sup> *Start of Aq., Sent. 2.8.1.5. Ag4*

<sup>540</sup> *Pause*

<sup>541</sup> *Resume*

<sup>542</sup> *Phrase not in Aq.*

<sup>543</sup> *Aq.: sicut contingit in somno*

<sup>544</sup> *Phrase not in Aq.*

vaporationem cuiusdam fumi trabes domus videntur serpentes, et multa experimenta huius inueniuntur,<sup>545</sup> vt etiam supra tactum est.

*Solutiones argumentorum*

AD ARGUMENTA.

Patet ad primum, quod textus ille sepe allegatur et male intelligitur. Nam quo ad hoc quod loquitur de transformatione in aliam speciem vel similitudinem declaratum est qualiter hoc fieri potest prestigiosa arte, sed quo ad hoc quod dicit quod non possit fieri aliqua creatura virtute demonis, si capitur “fieri” pro “creari” manifestum est quod non. Si vero capitur “fieri” pro “naturali productione,” sic certum est quod possunt facere aliquas creaturas imperfectas. Quod qualiter fit declarat<sup>546</sup> sanctus Thomas (ubi supra). Nam dicit quod omnes<sup>547</sup> transmutationes corporalium rerum que possunt fieri per aliquas virtutes naturales ad quas  
62A pertinent semina que in elementis | huius mundi inueniuntur, puta in terra vel in aquis, sicut relinquunt sua semina serpentes et rane et his similia, possunt fieri per operationes demonum huiusmodi seminibus adhibitis, sicut cum aliqua res transmutatur in serpentes vel ranas, que per putrefactionem generari possunt. Ille vero transmutationes corporaliū rerum que non possunt virtute nature fieri nullo<sup>a</sup> modo operatione demonum secundum rei veritatem perfici possunt, sicut quod corpus humanum mutetur in corpus bestie aut quod corpus hominis mortui reuiuiscat.<sup>548</sup> Quod si fieri videatur, apparentia est<sup>549</sup> prestigiosa aut diabolus in assumpto corpore se agitat coram hominibus.

Fortificantur ista. Nam Albertus<sup>550</sup> in libro *De Animalibus*, vbi querit an demones, seu etiam dicamus malefici, possint facere vera animalia,

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: nollo

<sup>545</sup> *End*

<sup>546</sup> *Start of Nider, Praec. 1.11.8 (M), which begins*: Dicit tamen Thomas (Parte Prima q. cxiii, ar. iiii) quod omnes . . .

<sup>547</sup> *Start of Nider's quotation of Aq., Summa 1.114.4. Raz*

<sup>548</sup> *End of Aq.*

<sup>549</sup> *End (Nider adds: sicut ostensum est questione prima)*

<sup>550</sup> *Start of adaptation of Nider, Praec. 1.11.7 (L):* Questio septima, an verum sit quod malefici possint facere vera animalia arte sua. Respondetur secundum Albertum (ubi supra) quod sic, deo permittente: aliquando imperfecta quedam animalia procurare possunt fieri, non in instanti, sicut deus facere potest, sed motu quodam, licet subito, sicut patet de maleficis secundum Augustinum et Exo. viij, vbi glosa Strabi super isto: “Vocauit pharao sapientes” dicit quod demones discurrunt per mundum et colligunt diuersa semina et ex eorum adaptatione possunt producere diuersas species. Et glosa ibidem sic dicit: “Dum per incantationem demonum malefici aliquid efficere conantur, discurrunt per mundum et semina subito eorum de quibus hoc agitur afferunt, et sic ex illis permittente deo nouas species rerum producant.” Licet ergo demonum opere fieri possunt deo permittente vera talia, non illusoria, id est, solum apparentia.

respondit quod sic deo permittente, et hoc quo ad imperfecta animalia, sed non possunt in instanti, sicut deus, facere, sed motu quodam, licet subito, sicut patet de maleficis. *Exodi viij* super isto: “Vocavit pharao sapientes” dicit: “Demonnes discurrunt per mundum et colligunt diuersa 62B semina et eorum adaptatione possunt prorumpere diuerse species.” Et glosa ibidem sic dicit: “Dum per incantationem demonum malefici aliquid efficere conantur, discurrunt per mundum et semina subito eorum de quibus hoc agitur afferunt, et sic ex illis permittente deo nouas species rerum producant.” Hec etiam superius tacta sunt.

At ubi si difficultas suboriretur an talia facta demonum essent opera miraculosa dicenda, reponso patuit ex precedentibus, quod etiam demonnes aliqua vera miracula facere possunt, ad que virtus nature particularis se extendere potest. Et licet talia sint vera, non tamen ad veri cognitionem ab eo fiunt, secundum quem sensum opera Antichristi possunt dici signa mendacia, quia ad seductionem hominum fiunt.<sup>551</sup>

Patet et solutio ad aliud argumentum. De subiecto forme dicamus. Bestie forma que videtur non est in aere nec in ipsa re, vt patuit, sed in ipso sensu, prout ex sententia sancti Thome (ut superius) declaratum 62C est.

Ad illud, quod omne passiuum mouetur ab actiuo sibi proportionato, conceditur, et quando subinfertur quod forma illa que videtur non potest esse obiectum originans actum seu eliciens, eo quod a nulla re sumatur, dicitur quod imo a re, quia a specie sensibili in imaginatione reseruata quam educere potest et imaginationi seu etiam sensitiue potentie offerre potest, vt supra dictum est.

Ad<sup>552</sup> vltimum dicendum quod demon non immutat potentiam sensitiuam et imaginatiuam se ei obijciendo, vt ostensum est,<sup>553</sup> sed eam transmutando, non quidem alterando nisi quantum ad motum localem, quia non potest de se imprimere nouas species, vt dictum est. Immutat autem transmutando, id est,<sup>554</sup> localiter mouendo, et hoc iterum facit

tamen talia dicuntur signa mendacia semper, quia demonnes talia solum et principaliter faciunt ad seducendum homines videntes, propter quod (ij Thessal. ij) dicit apostolus de antichristo, quod aduentus eius erit secundum operationem Sathane in omni virtute et signis et predigijs mendacibus. Sancti autem miracula dei virtute increata impetrant vilia fidei et instantanee, cum placet altissimo.

<sup>551</sup> *End*

<sup>552</sup> *Start of Aq., De Malo 16.11. Ra9, which begins: Ad nouum . . .*

<sup>553</sup> *This clause in Aq.!*

<sup>554</sup> *Aq.: siue*

non substantiam<sup>555</sup> organi diuidendo, vt sic consequatur sensus doloris, sed mouendo spiritus et humores.

62D Quod autem vltcrius obijcitur quod sequeretur quod secundum hoc demon non possit aliquid noui homini demonstrare | secundum imaginatiuam visionem, dicendum est quod nouum aliquid potest intelligi dupliciter: vno modo totaliter nouum et secundum se et secundum sua principia, et secundum hoc demon non potest aliquid nouum homini secundum visionem imaginariam demonstrare. Non enim potest facere quod cecus natus imagnetur colores vel quod surdus natus imagnetur sonos. Alio modo dicitur aliquid nouum secundum speciem totius. Puta si dicamus esse nouum in imaginatione quod aliquis imagnetur montes aureos quos nunquam vidit, quia tamen vidit et aurum et montem, potest naturali motu imaginari fantasmata aurei montis. Et hoc modo potest demon aliquid noui imaginationi offerre.<sup>a. 556</sup>

*Quid de lupis interdum homines et pueros ex cunabulis rapientes<sup>b</sup> et comedentes<sup>c</sup> sentiendum sit, an etiam prestigiosa arte per maleficas*

63A JNCIDENTALIS questio de lupis interdum homines et pueros e domibus rapientes<sup>d</sup> et comedentes<sup>e</sup> et cum magna astucia discurrentes,<sup>f</sup> ita vt neque aliqua arte aut potentia ledi aut capi valeant. Dicendum est quod hoc interdum habet naturalem causam, interdum vero prestigiosam artem dum per maleficas contingunt.<sup>g</sup>

De primo Albertus<sup>557</sup> in *De Animalibus* dicit quod ex quinque causis prouenire potest. Aliquando propter famis augmentum, sicut et cerui aliquando et alie bestie hominibus appropinquant, aliquando propter ferocitatem virium et hoc in regionibus frigidis, et etiam quando habent

<sup>a</sup> *So Ag.; ed. prin.: -i*

<sup>b</sup> *Sc. -ibus*

<sup>c</sup> *Sc. -ibus*

<sup>d</sup> *Sc. -ibus*

<sup>e</sup> *Sc. -ibus*

<sup>f</sup> *Sc. -ibus*

<sup>g</sup> *Sc. -it*

<sup>555</sup> *Ag.: simply mouendo, non quidem substantiam . . .*

<sup>556</sup> *End*

<sup>557</sup> *Start of adaptation of Nider, Praec. 1.11.9 (N), which begins: Questio nona: vnde ergo prouenit quod quidam lupi tam crudeliter, astute et particulariter homines comedunt? Respondetur secundum Albertum in iij De Animalibus et secundum alios quod ex septem causis prouenire potest. Aliquando propter famis argumentum, sicut et cerui aliquando et alie bestie hominibus appropinquant. Aliquando propter ferocitatem virium. In frigidis enim regionibus sunt corpore minores et magis asperi et feroces, sicut etiam tempore coitus, et quando habent catulos . . .*

catulos.<sup>558</sup> Sed quia de his nihil ad propositum, dicimus quod demonum illusionem fiunt quando deus<sup>559</sup> propter peccata punit aliquem populum iuxta illud (*Leuitici* xvi): “Si non feceritis mandata mea, mittam in vos bestias agri que consumant vos et pecora vestra,” et (*Deuteronomi* xxxij): “Dentes bestiarum immittam in eos cum furore” etc. Per quem autem modum, an sint veri lupi vel demones in formis | sic apparentibus, dicitur quod sunt veri lupi sed obsidentur a demonibus vel agitantur duplici modo: vno modo absque maleficorum operatione, sicut quadragintaduobus pueris contingit a duobus vrsis de silua exeuntibus, quos iugulauerunt propter irrisionem factam Heliseo prophete dicendo: “Ascende, calue” etc., et de leone qui prophetam dei iussum non implentem occidit (*tercio<sup>a</sup> Regum* xiiij) et historia de episcopo Vieuensi, qui letanias minores instituerat ante ascensionem domini, eo quod lupi ciuitates intrantes homines vorauerunt publice. Alio modo etiam maleficorum illusionem, sicut Guilhelmus (ubi supra) narrat de quodam viro qui se conuerti putabat in lupum certis temporibus quibus in antris latitabat. Illuc enim certo tempore iuit et sibi interim, cum fixus maneret, videbatur quod lupus ipse factus circumiret pueros deuorando, et cum illud realiter solum demon quendam lupum possidens faceret, putabat falso se somnians circumire, | et sic tamdiu dementatus fuit quousque inuentus est iacere in silua raptus. 63B

Delectatur in his demon, vt paganorum errorem, qui homines et vetulas in bestias mutari credebant, inducat. Vnde discernitur quod ex singulari dei permissione et demonum opere talia eueniunt et non ex

<sup>a</sup> Sc. -i

<sup>558</sup> End

<sup>559</sup> *Start of adaptation of Nider. Praec. 1.11.9 (N)*: Vnde demonis opere potuit illud fieri quod refert Vincentius in Speculo Hystoricali (li. vi c. xl): “In Galli,” inquit, “ante Christi incarnationem et ante bellum punicum lupus vigili e vagina gladium abstulit.” Et Guillelmus (ubi supra) refert de quodam viro qui se conuerti putabat in lupum certis temporibus, quibus in antris latitabat. Illuc enim certo tempore iuit et opere demonis velud dormiens iacuit, et sibi interim, cum fixus maneret, videbatur quod lupus ipse factus circumiret pueros deuorando. Et cum illud realiter solum demon quendam lupum possidens faceret, putabat falso se somnians circumire, quomodo tam diu demantatus est vir ille, quousque inuentus est iacere in silua raptus mentaliter. Aliquando etiam fit propter occultum vel manifestum dei iudicium, quod de monitu vel diuino instinctu lupi propter peccata parentum vel puerorum tales damnificantur, sicut factum esse legimus xliij pueris qui deridendo Heliseum, dicendo: “Ascende, calue, ascende, calue,” a duobus vrsis de silua exeuntibus statim iugulati sunt (iiiij Reg, ij), et de leone qui prophetam dei iussum non implentem occidit (iiij Re. xiiij). Sic etiam, vt in hystorijs legimus: tempore Mamertini episcopi Veniensis letanie minores, que ante ascensionem domini celebrantur triduo, inuente sunt, quando lupi ciuitates intrantes ibi homines vorarunt publice. Hec deus comminatus est Leuit. xvi, dicens: [*same quote*] et Deu. xxxij: “Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram atque serpentium.”

naturali aliquo defectu, quando nulla arte aut potentia ledi aut capi possunt, sicut etiam Vincentius in *Speculo Historie* (li. vi c. xl) narrat: “In Gallia,” inquit, “ante Christi incarnationem et ante bellum Punicum lupus vigili<sup>a</sup> vagina gladium abstulit.”<sup>560</sup>

QUESTIO VNDECIMA.<sup>b</sup> QUOD OBSTETRICES MALEFICE  
CONCEPTUS IN VTERO DIUERSIS MODIS INTERIMUNT,  
ABORSUM PROCURANT, ET VBI HOC NON FACIUNT,  
DEMONIBUS NATOS INFANTES OFFERUNT

63D QUINTO, SEXTO ET SEPTIMO insimul veritas supradicta probatur per quatuor horrendos actus quos circa | infantes in vtero et ex vtero matris exercent, que cum per mulieres demones exercere habent et non per viros, ideo potius mulieres quam viros sibi associare ille insatiabilis homicida satagit.

Et sunt huiusmodi opera. Nam canoniste plus quam theologi de maleficali impedimento tractantes (ubi supra) dicunt quod maleficium fit non solum ne quis actum carnalem exercere valeat, de quo supra tactum est, sed etiam fit ne mulier concipiat vel si concipit quod tunc aborsum faciat, et additur tercius modus cum quarto, quod vbi aborsum non procurant, quod tunc infantem consumunt vel demoni offerunt. De primis duobus modis non est dubium, cum per naturalia homo absque demonum auxilio, vt per herbas vel alia impedimenta, procurare posset, quod mulier non posset generare vel concipere, vt supra tactum est, sed de alijs duobus, quod etiam a maleficis procurantur, disserendum est, nec opus est argumenta deducere, vbi euidentissima indicia et experimenta hec reddunt credibilia.<sup>c</sup>

64A Et de primo, quod certe<sup>561</sup> malefice contra humane nature inclinationem, imo aduersus omnium bestiarum condiciones, lupina dumtaxat specie excepta, infantes deuorare et comedere solent,<sup>562</sup> est inquisitor Cumanus, de quo supra mentio habita est, qui hec nobis retulit, quod ea de causa ab incolis comitatus Burbie vocatus ad inquisitionem faciendam, eo videlicet quod quidam cum puerum ex cunis amisisset

<sup>a</sup> So Nider; ed. prin.: -e

<sup>b</sup> Ed. prin.: ix

<sup>c</sup> Ed. prin.: -ius (cf. incredibilia in next parag.)

<sup>560</sup> End

<sup>561</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.3 (202B–C):* . . . quidam malefici vtriusque sexus, qui contra humane nature inclinationem, ymo aduersus condiciones specierum omnium bestiarum, lupina specie excepta tantaummodo, proprie speciei infantes vorant et comedere solent.

<sup>562</sup> End

et explorando conuentionem mulierum nocturno tempore vidisset et perpendisset infantem occidi et liquore ebibito deuorare, ideo, vt prius tactum est, vnico anno, qui et fuit annus proxime elapsus, quadraginta et vnam maleficas igni tradidit, certis alijs ad dominium archiducis Austrie Sigismundi fugam capientibus. Assunt pro confirmatione huius scripta quedam Johannis Nider in suo *Formicario*, cuius vtique et eorum que scripsit recens memoria superest, vnde non incredibilia, sicut apparent, existunt.

Sed et hoc quod maiora damna in his omnibus obstetrices malefice procurant, prout malefice penitentes nobis et alijs sepius retulerunt, <sup>64B</sup> dicentes, “Nemo fidei Catholice amplius nocet quam obstetrices.” Vbi enim pueros non interimunt, tunc quasi aliquid acturi<sup>a</sup> foris extra cameram infantem<sup>b</sup> deferunt et sursum in aere eleuantes demonibus offerunt.

Modus autem in huiusmodi flagitijs qui obseruatur in secunda iam parte patebit et capitulo septimo, quam et aggredi necesse est prius, vnica dumtaxat decisione questionis de permissione diuina premissa. Dictum est enim a principio tria necessario ad maleficalem effectum concurrere: demonem cum malefica et diuinam permissionem.

DEINDE CONSIDERANDUM EST DE ipsa permissione diuina, circa quam quattuor queruntur: primo, an necessarium sit ipsam permissionem ad maleficalem effectum concurrere; secundo, quod deus iuste permittit creaturam ex natura peccabilem etiam actum maleficalem et alia horrenda flagicia perpetrare, alijs duabus permissionibus presuppositis; tercio, quod maleficiorum flagitia cuncta mala que deus fieri permittit excedunt; quarto, qualiter hec materia sit | populo publicanda. <sup>64C</sup>

CIRCA TERCIVM PRINCIPALE HUIUS prime partis tangens diuinam permissionem queritur, an diuinam permissionem in his operibus maleficorum commendare ita sit catholicum, quod eius oppositum, scilicet redarguere illam, omnino sit hereticum.

Et arguitur quod non sit hereticum asserere quod deus tantam potestatem non permittat diabolo in huiusmodi maleficijs. Refutare enim illa que in contumeliam creatoris possunt cedere est catholicum et non hereticum, sed asserere quod diabolo non permittatur talis potestas nocendi hominibus est catholicum. Probatur, quia oppositum asserere videtur cedere in contumeliam creatoris. Nam sequitur quod non omnia

<sup>a</sup> Sc. -e

<sup>b</sup> Ed. prin.: -e

sint subiecta diuine prouidentie, eo quod omnis<sup>563</sup> sapiens prouisor excludit defectum et malum, quantum potest, ab his quorum curam gerit. Cum autem ea que per maleficia fiunt, si a deo permittuntur, ab eo non excluduntur, et si ab eo non excluduntur, non erit sapiens prouisor ipse deus et sic non subsunt omnia sue prouidentie,<sup>564</sup> quod  
64D quia falsum est: ideo et hoc | falsum quod deus permittat.

Preterea, ille<sup>565</sup> aliquid permittit fieri quod posset impedire si vellet aut quod non potest impedire etiam si vellet. Sed neutrum illorum deo potest conuenire: non primum quia talis iudicatur inuidus, non secundum quia talis iudicatur impotens.

Tunc queritur incidentaliter: “Hoc maleficium Petro accidit et deus potuit impedire et non fecit: ergo deus est inuidus seu non habet curam de omnibus. Si vero non potuit impedire etiam si vellet, tunc non est omnipotens.”<sup>566</sup> Que omnia sicut inconueniens est asserere, scilicet deum non habere curam omnium etc., ergo et hoc quod maleficia ex dei permissione contingunt.

Preterea,<sup>567</sup> quicumque dimittitur sibi et est dominus actuum suorum non subest permissioni aut prouidentie alicuius gubernantis, sed homines sibiipsis dimittuntur a deo secundum illud (*Ecclesiastici xv*): “Deus ab initio constituit hominem et reliquit eum in manu consilij sui.” Specialiter mali in suis operibus relinquuntur secundum illud: “Dimisit eos secundum desideria cordis eorum.” Jgitur non omnia mala diuine permissioni subduntur.<sup>568</sup>

65A Preterea,<sup>569</sup> Augustinus dicit in | *Encheridio*, sicut etiam philosophus in ix *Methaphisicorum*:<sup>570</sup> “Melius est quedam nescire quam scire,” vt vilia. Sed omne quod est melius est deo attribuendum.<sup>571</sup> Ergo deus non impedit se de istis vilissimis maleficorum operibus, vt illa permittat vel non.

<sup>563</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 1.22.2.Ag.2: Omnis sapiens prouisor excludit defectum et malum, quantum potest, ab his quorum curam gerit. Aut igitur deus non potest ea impedire, et sic non est omnipotens, aut non de omnibus curam habet.

<sup>564</sup> *End*

<sup>565</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 1.22.2.Ag.2: . . . Videmus autem multa mala in rebus esse. Aut igitur deus non potest ea impedire, et sic non est omnipotens, aut non de omnibus curam habet.

<sup>566</sup> *End*

<sup>567</sup> *Start of Aq.*, Summa 1.22.2.Ag.4

<sup>568</sup> *End (Aq. ends with: Non igitur omnia diuine prouidentie subsunt.)*

<sup>569</sup> *Start of Aq.*, Summa 1.22.3.Ag.3

<sup>570</sup> *This clause is placed in Aq. after the quotation from Augustine (et idem dicit philosophus . . .).*

<sup>571</sup> *End (Aq. ends with: Ergo deus non habet immediate prouidentiam quorundam vilium et malorum.)*

Ad idem apostolus (ij *Ad Corinthios* ix): "Non est deo cura de bobus?"<sup>572</sup> et eadem ratione de alijs irrationalibus creaturis, vnde quando maleficiantur vel non, non est deo cura, nec etiam eius permissioni, que ex eius prouidentia procedit, subduntur.

Preterea,<sup>573</sup> que ex necessitate contingunt, prouidam permissionem non requirunt, sicut nec prudentiam. Patet hoc per philosophum in vi *Ethicorum*: "Prudentia est recta ratio contingentium, de quibus est consilium et electio."<sup>574</sup> Sed plures effectus maleficiales ex necessitate contingunt, puta quando ex aliqua causa et influencia corporum celestium accidunt infirmitates vel aliqua alia que nos iudicamus maleficia, vnde non semper subduntur diuine permissioni.

Preterea, si permissione diuina homines maleficiantur, tunc queritur, <sup>65B</sup> cur potius super vnum quam super alium. Si dicatur quod propter peccata que magis abundant in vno quam in altero, hoc videtur esse falsum, quia tunc maiores peccatores amplius maleficiarentur, cuius contrarium dum apparet eo quod minus in mundo, sicut puniuntur iuxta illud: "Bene est omnibus qui preuaricantur," ita etiam minus maleficiuntur. Patet denique ex eo quod innocentes pueri et alij iusti amplius maleficiuntur.

Sed contra deus<sup>575</sup> permittit, licet non velit, malum fieri, et hoc propter perfectionem vniuersi. Dionisius (iij c. *De Diuinis Nominibus*): "Erit malum ad omnes, id est, perfectionem vniuersi conferens" et Augustinus in *Encheridio*: "Ex omnibus bonis et malis consistit vniuersitatis admirabilis pulcritudo. In quantum etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum et in loco suo positum eminentius commendat bona vel illa magis placeant et laudabiliora sint, dum comparantur malis."<sup>576</sup>

Item sanctus Thomas improbat opinionem illorum, | quod<sup>577</sup> licet <sup>65C</sup> deus non velit mala, quia neque creatura aliqua appetit malum, siue

<sup>a</sup> So *Aq.*: ed. *prin.*: et

<sup>572</sup> Quotation from *Aq.*, Summa 1.22.2.Ag5

<sup>573</sup> Start of adaptation of *Aq.*, Summa 1.22.2.Ag3: Preterea, que ex necessitate eueniunt prouidentiam seu prudentiam non requirunt, vnde secundum philosophum in vi *Ethic.* prudentia est recta ratio contingentium, de quibus est consilium et electio.

<sup>574</sup> End

<sup>575</sup> Start of adaptation of *Aq.*, Summa 1.19.9.Ag2: Preterea dicit Dionysius [*both quotations follow, then:*] Sed deus vult omne illud quod pertinet ad perfectionem et decorem vniuersi, quia hoc est quod deus maxime vult in creaturis. Ergo deus vult mala.

<sup>576</sup> End

<sup>577</sup> Start of adaptation of *Aq.*, Summa 1.19.9.Rat: ... quidam dixerunt quod licet deus non velit mala, vult tamen mala esse vel fieri, quia licet mala non sint bona, bonum tamen est mala esse vel fieri. Quod ideo dicebant quia ea que in se mala sunt ordinantur ad aliquod bonum, quem quidem ordinem importari credebant in hoc quod dicitur: mala esse vel fieri. Sed hoc non recte dicitur, quia malum non ordinatur ad bonum per se sed per accidens. Preter intentionem

appetitu naturali siue animali siue intellectuali, qui est voluntas, cuius obiectum est bonum, vult tamen mala esse vel fieri. Hoc dicit esse falsum, quia deus neque vult mala fieri neque vult mala non fieri, sed vult permittere malum fieri, et hoc est bonum propter perfectionem vniuersi.

Quare autem sit erroneum dicere: “Deus vult mala esse vel fieri propter bonum vniuersi,” dicit quia nihil est iudicandum bonum nisi secundum id quod competit ei per se et non per accidens, sicut virtuosus iudicatur bonus in intellectuali creatura et non animali. Malum autem non ordinatur ad bonum per se sed per accidens, quia preter intentionem eorum qui malum operantur resultat bonum, sicut preter intentionem tyrannorum fuit quod ex eorum persecutione claresceret patientia martirum.<sup>578</sup>

65D Responsio. Questio quanto<sup>a</sup> vtilior ad predicandum, tanto etiam difficilior ad intelligendum existit. Est enim inter argumenta hoc precipuum non tam laicorum quam et quorundam sapientium, maleficia tam horrenda, vt superius tacta sunt, non permitti a deo, causas diuine permissionis huius ignorantes,<sup>b</sup> ex qua etiam ignorantia quia malefice non supprimuntur per vltionem debitam, iam totam christianitatem depopulare videntur. Vt ergo ad vtranque viam iuxta theologorum sententiam docto et indocto satisfiat,<sup>c</sup> per discussiones duarum difficultatum est respondendum, et primo quod mundus diuine prouidentie ita subiacet quod ipse immediate omnibus prouidet, secundo quod vniuersitatem malorum que fiunt siue in malis culpe siue pene siue damni ex duabus primis permissionibus circa casum angelorum et primorum parentum iuste permittit, vnde et patebit quod in his diffidere pertinaciter heresim sapit, cum erroribus infidelium talis se implicat.

66A Quod ad primum notandum quod presupposito illo quod | prouidentia deo conueniat iuxta illud (*Sapientie* xiiij): “Tu<sup>579</sup> autem pater gubernas omnia prouidentia,”<sup>580</sup> oportet etiam asserere quod omnia sint ita subiecta sue prouidentie quod etiam omnibus immediate prouideat. Quod vt pateat, ostendamus primo per reprobationem cuiusdam contrarij erroris.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -a

<sup>b</sup> *Sc.* -ium

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -ia

(*fn. 576 cont.*) enim peccantis est quod ex hoc sequatur aliquod bonum, sicut preter intentionem tyrannorum fuit quod ex eorum persecutionibus claresceret patientia martyrum . . .

<sup>578</sup> *End*

<sup>579</sup> *So Aq.; Vulgate:* tua

<sup>580</sup> *Quotation from Aq., Summa 1.22.1.SC*

Nam super illud (*Job* xxij): “Nubes latibulum eius, et circa cardines celi perambulat, nec nostra considerat”<sup>581</sup> quidam<sup>582</sup> fuerunt iuxta doctrinam sancti Thome (*Prima Parte*, q. xxij) ponere tantummodo incorruptibilia subiacere diuine prouidentie, prout sunt substantie separate, et corpora celestia cum speciebus rerum inferiorum, que etiam sunt incorruptibilia. Indiuuidua vero specierum, quia sunt corruptibilia, dicebant non subiacere.<sup>583</sup> Vnde sic diuine prouidentie dicebant subiacere omnia inferiora que in mundo aguntur, in vniuersali tantum et non in particulari seu singulari.

Sed quia hoc alijs videbatur inconueniens, vt de homine non esset amplior deo cura quam de alijs animalibus, ideo | rabbi Moyses,<sup>584</sup> volens 66B medium tenere, dixit concordando cum primis, corruptibilia omnia, sicut sunt indiuuidua rerum, omnino non subiacere diuine gubernationi sed tantummodo vniuersalia et alia que tacta sunt. Hominem vero ab illa generalitate corruptibilium excepit, et hoc propter splendorem intellectus, quo participant<sup>585</sup> cum substantijs separatis.

Et sic secundum istam opinionem, quicquid hominibus accideret in maleficijs, esset ex permissione dei, non autem quicquid animalibus aut alijs terre frugibus eueniret. Et hec opinio, licet sit veritati propinquior quam illa que omnino<sup>586</sup> prouidentiam dei de rebus mundi negabat, asserens mundum casu esse factum, sicut fuerunt Democritus et Epicurei,<sup>a</sup><sup>587</sup> tamen etiam non caret magna falsitate, eo quod necesse est dicere omnia diuine prouidentie subiacere, non in vniuersali tantum, sed etiam in particulari, vt non solum maleficia hominum sed et iumentorum et terre frugum ex diuina et prouida permissione eueniunt.

Quod sic patet. Ad<sup>588</sup> tantum se | extendit prouidentia et ordinantia 66C rerum in finem quantum ipsa causalitas se extendit, sicut a simili in

<sup>a</sup> *So Aq.; ed. prin.:* -curi

<sup>581</sup> *Quotation from Aq., Summa 1.22.2.Co.*

<sup>582</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 1.22.2.Co.:* Quidam vero posuerunt incorruptibilia tantum prouidentie subiacere; corruptibilia vero non secundum indiuuidua sed secundum species; sic enim incorruptibilia sunt.

<sup>583</sup> *End*

<sup>584</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 1.22.2.Co.:* A corruptibilium autem generalitate excepit rabbi Moyses homines propter splendorem intellectus quem participant; in alijs autem indiuuiduis corruptibilibus aliorum opinionem est secutus.

<sup>585</sup> *End*

<sup>586</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 1.22.2.Co.:* . . . quidam totaliter prouidentiam negauerunt, sicut Democritus et Epicurei, ponentes mundum factum esse casu.

<sup>587</sup> *End*

<sup>588</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 1.22.2.Co.:* Cum enim omne agens agat propter finem, tantum se extendit ordinatio effectuum in finem quantum se extendit causalitas primi agentis. Ex hoc enim contingit in operibus alicuius agentis aliquid prouenire non ad finem ordinatum, quia

rebus alicuius dominio subiectis, que intantum subiacent eius prouidentie inquantum sibi existunt subiecte. Cum autem causalitas dei, que est primum agens, extendit se ad omnia entia non solum quantum ad principia speciei sed etiam quantum ad principia indiuidualia, et non solum incorruptibilem sed etiam corruptibilem, ideo sicut omnia habent esse a deo, ita omnia sunt prouisa ab eo, id est, ad aliquem finem ordinata. Et hoc tangit apostolus (*Ad Romanos* xiiij): “Que a deo sunt ordinata sunt,” quasi dicat: “Sicut omnia a deo sunt, ita etiam omnia ab ipso ordinata sunt et per consequens prouidentie eius subiecte,” quia prouidentia dei nihil aliud esse noscitur quam ratio, id est, causa ordinis rerum in finem. Omnia ergo, inquantum participant de esse, intantum etiam subduntur diuine prouidentie.

Item, deus omnia cognoscit non solum in vniuersali seu vniuersalia, 66D imo et in particulari seu particularia, et cum dei cognitio comparatur ad res creatas, sicut cognitio artis ad artificata, ideo sicut omnia artificata subduntur ordini et prouidentie artis, ita omnia subduntur ordini et prouidentia dei.<sup>589</sup>

Sed quia per hec non satis fit vt intelligatur quod deus iuste permittat mala fieri et maleficia in mundo, licet intelligamus hoc quod ipse sit prouisor omnia gubernans, quod quia conceditur, ideo etiam deberet omne malum ab his quorum curam gerit excludere, inter homines enim videmus ita fieri quod sapiens prouisor excludit defectum et malum quantum potest ab his quorum curam gerit: ideo ad intelligendum ista cur non omnia mala deus excludit, notandum quod aliud<sup>590</sup> est loqui

effectus ille consequitur ex aliqua alia causa preter intentionem agentis. Causalitas autem dei, qui est primum agens, se extendit vsque ad omnia entia, non solum quantum ad principia speciei sed etiam quantum ad indiuidualia principia, non solum incorruptibilem sed etiam corruptibilem. Vnde necesse est omnia que habent quocumque modo esse ordinata esse a deo in finem secundum illud apostoli (*Ad Rom. xiiij*): “Quae a deo sunt ordinata sunt.” Cum ergo nihil aliud sit dei prouidentia quam ratio ordinis rerum in finem, vt dictum est, necesse est omnia, inquantum participant esse, intantum subdi diuine prouidentie. Similiter etiam supra ostensum est quod deus omnia cognoscit, et vniuersalia et particularia. Et cum cognitio eius comparetur ad res, sicut cognitio ad artificata, vt supra dictum est, necesse est quod omnia supponantur suo ordini, sicut omnia artificata subduntur ordini artis.

<sup>589</sup> *End*

<sup>590</sup> *Start of adaptation of Ag., Summa 1.22.2. Raz: . . . aliter de eo est qui habet curam alicuius particularis et de prouisore vniuersali, quia prouisor particularis excludit defectum ab eo quod eius cure subditur quantum potest, sed prouisor vniuersalis permittit aliquem defectum in aliquo particulari accidere ne impediatur bonum totius . . . Cum igitur deus sit vniuersalis prouisor totius entis, ad ipsius prouidentiam pertinet vt permittat quosdam defectus esse in aliquibus particularibus rebus ne impediatur bonum vniuersi perfectum. Si enim omnia mala impediuntur, multa bona deessent vniuerso: non enim esset vita leonis si non esset occisio animalium, nec esset patientia martyrum si non esset persecutio tyrannorum. Vnde dicit Augustinus in *Enchirid.*: Deus omnipotens nullo modo sineret malum aliquod esse in operibus suis nisi vsque adeo esset omnipotens et bonus vt bene faceret etiam de malo.*

de prouisore particulari et aliud de prouisore vniuersali. Prouisor enim particularis necesse habet malum excludere quantum potest, quia non potest ex malo elicere bonum. Deus autem cum sit vniuersalis prouisor totius mundi et possit ex particularibus malis plurima bona elicere, sicut ex persecutione tyrannorum patientiam<sup>a</sup> martirum et | ex operibus 67A maleficorum purgationem seu probationem fidei et iustorum, vt patebit, ideo non habet deus omnia mala impedire, ne multa bona deesse contingat vniuerso. Vnde Augustinus in *Encheridio*: “Adeo misericors est omnipotens deus quod non sineret aliquod malum esse in operibus suis nisi adeo esset omnipotens et bonus vt beneficeret etiam de malo.”<sup>591</sup>

Et huius exemplum etiam habemus in actionibus rerum naturalium. Nam corruptiones<sup>592</sup> et defectus qui accidunt in rebus naturalibus, licet sint contra intentionem nature particularis illius, videlicet cui talis corruptio contingit vt quod fur suspendatur vel quod animalia in cibum hominis occidantur, sunt tamen de intentione nature vniuersalis, vt videlicet conseruantur homines in vita et in bonis, vt et sic bonum vniuersi conseruetur. Vt enim species rerum conseruantur oportet vt corruptio vnus sit conseruatio alterius.<sup>593</sup> Occisiones enim animalium conseruant<sup>b</sup> vitam leonum.

*Declaratur super permissionem diuinam, quod deus non potuit conferre 67B  
creature vt ex natura esset impeccabilis*

QUO AD SECUNDUM, QUOD vniuersitatem malorum, siue in culpis siue in penis, iuste deus permittat et presertim iam refrigescente et mundo ad occasum declinante, declaratur ex duabus propositionibus necessario presupponendum,<sup>c</sup> quarum prima quod deus non potest facere, siue melius, vt cum timore dei loquamur, non est possibile vt natura creata, vt est homo vel angelus, haberet hoc quod ex conditione sue nature peccare non posset; secunda quod deus iuste permisit hominem peccare vel tentari, quibus stantibus cum ad diuinam

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -a

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -at

<sup>c</sup> *Sc.* -is

<sup>591</sup> *End*

<sup>592</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 1.22.2. *Ra2* (this passage is the ellipsis in n. 598): Vnde corruptiones et defectus in rebus naturalibus dicuntur esse contra naturam particularem, sed tamen sunt de intentione nature vniuersalis in quantum defectus vnus cedit in bonum alterius vel etiam totius vniuersi, nam corruptio vnus est generatiua alterius per quam species conseruatur.

<sup>593</sup> *End*

prouidentiam pertinet vt vna queque creatura in sua natura relinquatur, dicere oportet quod ex premissis impossibile est quod deus non permittat maleficia fieri virtute demonum.

Et primum quidem quod non fuit possibile creature communicare  
 67C quod peccare non posset ex conditione | nature, ostenditur a doctore sancto in *Secundo* (di. xxij, ar. i) quia si hoc fuisset communicabile alicui creature, deus vtique communicasset, eo quod omnes alie communicabiles bonitates et perfectiones creaturarum sunt communicate, saltim in genere, vt vnio personalis duarum naturarum in Christo, maternitas et virginitas in Maria, vnio gratuita in viatoribus, vnio beatifica in electis, et sic de alijs. Cum ergo non legimus hoc alicui creature communicatum, quia nec homini nec angelo iuxta illud: “Et in angelis suis repperit prauitatem,”<sup>594</sup> certum est quod homini adeo non potest communicari hoc quod ex natura sit impeccabilis, licet hoc per gratiam inueniant.

Secundo ad idem quia si esset communicabile et non communicaretur, vniuersum non esset perfectum, cuius<sup>595</sup> perfectio in hoc consistit vt omnes bonitates creaturarum communicabiles in genere sint communicate.<sup>596</sup> Nec valet argumentum quod deus<sup>597</sup> cum sit summe potens et alias ad suam similitudinem homines et angelos creauit, quod etiam  
 67D hoc conferre potuerit quod creatura ex conditione sue nature haberet quod peccare non posset,<sup>598</sup> vel etiam quod faceret<sup>599</sup> vt habitus ille gratie qui confirmationem in bono causat esset pars essentialis nature angeli vel hominis, vt sic secundum naturale suum principium et naturalem conditionem haberet confirmationem in bono, vt peccare non posset.<sup>600</sup>

Nam primum argumentum non concludit, quia licet deus sit summe potens, sicut et summe bonus, non<sup>601</sup> tamen hoc conferre potest, non ex imperfectione sue potentie sed ex imperfectione creature, que imperfectio consideratur primo quod hoc recipere non potest nec potuit homo

<sup>594</sup> Quotation from *Aq.*, Summa 1.63.1.SC

<sup>595</sup> Start of *Aq.*, Sent. 2.23.1.1.SC1, which begins: Sed contra perfectio vniuersi . . .

<sup>596</sup> End

<sup>597</sup> Start of adaptation of *Aq.*, Sent. 2.23.1.1.Aq4: Cum ergo ipse sit summe bonus et summe potens, videtur quod alicui creature contulerit vel conferre potuerit suam similitudinem vt per naturam suam non possit peccare.

<sup>598</sup> End

<sup>599</sup> Start of adaptation of *Aq.*, Sent. 2.23.1.1.Aq5: Sed potuit deus facere vt ille habitus gratie qui confirmationem in bono creat alicui nature pars essentialis esset. Ergo videtur quod si esset talis natura, secundum naturale sibi principium haberet confirmationem in bono. Ergo videtur quod alicui creature conferri potuit vt peccare non posset.

<sup>600</sup> End

<sup>601</sup> Start of adaptation of *Aq.*, Sent. 2.23.1.1.Ra4: Ad quartum dicendum quod non est ex imperfectione potentie diuine vt creature conferre non possit quantum ad hoc suam similitudinem sed ex imperfectione creature, partim ex hoc quod recipere non possit. . .

vel angelus.<sup>602</sup> Ratio:<sup>603</sup> quia cum sit creatura, esse suum dependet a creatore, sicut causatum a causa sui esse, et creare est aliquid ex nihilo facere, ideo si sibi relinquitur, deficit, conseruatur autem quamdiu cause influentiam recipit.<sup>604</sup> Exemplum, si vis, de candela, que tam diu lucet quam diu habet ceram. Quo stante notum est quod deus “creauit hominem et reliquit eum in manu consilij sui” (*Ecclesiasti xvi*)<sup>605</sup> et similiter angelum a principio creationis.

Et hoc factum est per liberum<sup>606</sup> arbitrium, cuius sicut proprium est 68A facere vel obmittere, ita proprium est a sua causa recedere et non recedere, et quia hoc est posse peccare posse ex libertate arbitrij a deo recedere,<sup>607</sup> ideo non potuit hoc homo vel angelus recipere, nec ei potuit a deo communicari vt ex natura haberet libertatem arbitrij et etiam ex natura haberet non posse peccare.

Alia imperfectio ex qua hoc non potuit homini vel angelo communicari est quia implicat contradictionem, que quia in se non sunt factibilia, dicimus: deus non potest illa facere, sed potius dicendum quod creature non possunt ista recipere, vt videlicet aliquid sit viuum et mortuum simul et semul.<sup>a</sup> Ita<sup>608</sup> etiam implicat vt aliquis habeat liberum arbitrium, ex quo<sup>b</sup> possit cause sue inherere vel non inherere, et quod possit non peccare, quia si non potest peccare, non potest cause sue non inherere,<sup>609</sup> cum peccatum sit spreto incommutabili bono rebus mutabilibus inherere, spernere autem vel non spernere est ex libertate arbitrij.

Secundum etiam | argumentum non valet, quia si gratia confirmatio- 68B nis verteretur creature in naturam, ita quod ex principijs essentialibus

<sup>a</sup> Sc. semel (*same error in 59C*)

<sup>b</sup> Ed. prin.: -a

<sup>602</sup> End

<sup>603</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.23.1.1Co.*: Cuius ratio est: quia cum omne creatum dependeat sicut a causa sui esse a deo, oportet quod si sibi relinquatur, deficiat, quamdiu autem cause influentiam recipit, conseruetur.

<sup>604</sup> End

<sup>605</sup> *Quotation from Aq., Sent. 2.23.1.1Ra3; Vulgate*: Deus ab initio constituit hominem et reliquit illum in manu consilij sui.

<sup>606</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.23.1.1Co.*: Sed applicatio causati ad causam suam potest esse dupliciter: vel ita quod sit in potestate causati a causa sua recedere quantum ad aliquid vel non recedere, vel ita quod sit in potestate eius, et primum pertinet ad liberum arbitrium, quia hoc est essentialiter libero arbitrio, vt possit facere vel non facere.

<sup>607</sup> End

<sup>608</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.23.1.1Co.*: Est enim quasi quedam contradictionis implicatio, quia si est liberum arbitrium, oportet quod cause sue possit inherere vel non inherere, et si non potest peccare, non potest cause sue inherere.

<sup>609</sup> End

haberet non posse peccare, tunc non haberet ex aliquo dono accidentali et gratia non posse deficere et peccare, sed haberet hoc per naturam, et tunc esset deus, quod est absurdum. Hanc solutionem tangit sanctus Thomas (ubi supra in solutione ultimi argumenti), cum dicit quod<sup>610</sup> quodcumque alicui nature conuenit aliquod accidens quod ex influentia superioris tantummodo inest, non potest inferior natura illud accidens per se habere nisi efficeretur nature superioris, sicut si aer illuminatur in actu per ignem, non potest esse quod sit de natura sua lucidus in actu nisi fiat ignis. Dico ergo quod cum confirmatio insit creature rationali solum per gratiam, que est quoddam spirituale lumen et similitudo increati luminis, non potest esse quod aliqua creatura ex natura sua confirmationem habeat vel gratiam nisi efficeretur diuine nature per esse, dicamus, eiusdem nature, quod est omnino impossibile.<sup>611</sup>

- 68C Concludamus quod non posse peccare per naturam deo tantummodo conuenit, eo quod sicut ab esse deficere non potest cum dat omnibus esse, ita nec a rectitudine bonitatis deficere, cum hoc ei conueniat per conditionem sue nature. Omnibus autem alijs qui hoc habent ut peccare non possint confertur ex hoc quod confirmantur per gratiam in bono, ex qua filij dei efficiuntur et quodammodo diuine nature consortes.

DECLARATUR QUESTIO SUPER DUAS PERMISSIONES  
DIUINAS QUAS DEUS IUSTE PERMISIT, VIDELICET  
DIABOLUM ACTOREM OMNIS MALI PECCARE, SIMUL ET  
PRIMOS PARENTES CADERE, EX QUIBUS MALEFICORUM  
OPERA IUSTE PERMITTUNTUR, ET EST TREDECIMA IN  
ORDINE PRIME PARTIS

- 68D SECUNDA QUESTIO SIMUL ET propositio quod deus iuste permisit quasdam creaturas angelicas, quas aliter condere non potuit nisi quod peccare possent, etiam actu peccare, et | quasdam simili modo creatas per gratiam preseruare,<sup>3</sup> et hoc absque preuia tentatione, hominem uero iuste permisit et tentari et peccare, que omnia sic declarantur.

<sup>3</sup> Sc. preseruauit

<sup>610</sup> *Start of Aq., Sent. 2.23.1.1.Ra.5*

<sup>611</sup> *End*

Nam ad<sup>612</sup> prouidentiam diuinam pertinet vt vnumquodque in sua natura relinquatur et in suis naturalibus operibus non omnino impediatur, quia vt Dionisius dicit (iiij c. *De Diuinis Nominibus*): “Prouidentia non est corruptiua nature sed saluatiua.”<sup>613</sup> Quo stante cum manifestum sit quod sicut<sup>614</sup> bonum gentis diuinius quam bonum vnius (primo *Ethicorum*), ita et bonum vniuersi excedit bonum particulare cuiuscunque nature create in particulari, ideo etiam attendere oportet quod si peccatum omnino impediretur, per hoc multi gradus tollerentur perfectionis. Tolleretur enim natura illa que potest peccare et non peccare,<sup>615</sup> quod si dicatur, tamen habuisset homo ex conditione nature, vt prius tactum est.

Respondetur. Si nullum peccatum fuisset subsecutum in actu sed stantim confirmatio, tunc semper lateret quid gratie deberetur in bonis erga deum et quid potestas peccandi potuisset | et plura alia<sup>616</sup> quibus ablati<sup>69A</sup> vtique<sup>617</sup> vniuersi<sup>618</sup> multum detraheretur.<sup>619</sup> Decuit etiam vt nullo suggerente ab extra peccaret sed occasionem peccandi ex seipso susciperet, quod et fecit, vbi deo equalis esse voluit. Quod est intelligendum non<sup>620</sup>

<sup>612</sup> *Start of adaptation of Aq. Sent. 2.23.1.2.Co.*: ... ad prouidentiam diuinam pertinet vt vnumquodque in sua natura relinquatur, quia, vt Dionysius dicit, prouidentia non est corruptiua nature sed saluatiua. Cuius ratio est quia bonum vniuersi excedit bonum particulare cuiusque nature create, sicut etiam bonum gentis excedit bonum hominis, vt in i *Ethic.* dicitur ... Dico ergo quod si peccatum omnino impediretur, per hoc multi gradus bonitatis tolleretur. Tolleretur enim natura illa que potest peccare et non peccare.

<sup>613</sup> *Pause*

<sup>614</sup> *Resume*

<sup>615</sup> *Pause*

<sup>616</sup> *Resume.*

<sup>617</sup> *Not in Aq.*

<sup>618</sup> *Aq.*: bonitati vniuersi

<sup>619</sup> *End*

<sup>620</sup> *Start of adaptation of Aq. Sent. 2.5.1.2.Co.*: Respondeo dicendum, quod circa hoc triplex est opinio. Quidam namque simpliciter et absolute concedunt quod peccatum angeli fuit ex hoc quod deo impliciter equalis esse voluit. Nec obstat quod hoc est impossibile est ... Et ideo aliter alii dicunt, quod dei equalitatem directe non appetijt, sed indirecte: quia appetijt aliquid, quo habito sequeretur quod deo esset equalis, scilicet nulli subesse. Hoc etiam non videretur conueniens, quia totum bonum angeli est in hoc quod deo subest, sicut tota claritas aeris est in hoc quod subiicitur radijs solis, et ideo hoc ab angelo non potuit appeti. Et ideo aliter est dicendum, quod non appetijt equalitatem simpliciter quantum ad substantiam desiderati, vt scilicet vellet tantam bonitatem habere quantum deus habet, sed tamen appetijt equalitatem secundum quid, scilicet quantum ad modum habendi. Bonitas autem siue beatitudo est in deo, quam habet per suam naturam, et a qua omnis creature beatitudo et bonitas transfunditur. Videns ergo angelus dignitatem nature sue, qua creaturis ceteris preminebat, voluit etiam per sua naturalia in omnia inferiora derivari; voluit etiam per sua naturalia in perfectionem beatitudinis peruenire ...

simpliciter et directe nec indirecte<sup>a</sup> sed solum secundum quid, et hoc declaratur propter autoritatem (*Esaie* xiii): “In celum ascendam et similis ero altissimo.”<sup>621</sup> Non enim simpliciter et directe, quia sic habuisset intellectum ligatum et erroneum appetendo aliquid quod sibi erat impossibile. Cognouit enim se esse creaturam et a deo creatum, et ideo equalem fieri creatori cognouit hoc sibi esse impossibile. Nec etiam indirecte, quia cum totum bonum angeli et creature est in hoc quod deo subest, sicut tota claritas aeris est in hoc quod subiicitur radijs solis, ideo hoc ab angelo non potuit appeti, quia appetijisset contra bonum nature, sed appetijt dei equalitatem non absolute sed secundum quid. Hoc sic est, cum deus habet per naturam suam duo, beatitudinem et  
 69B bonitatem, et aliud et quod<sup>b</sup> ab ipso omnis creature | beatitudo et bonitas transfunditur, videns angelus dignitatem nature sue qua creaturis cunctis preeminebat voluit et appetijt a se in omnia inferiora beatitudinem et bonitatem deriuari, et hoc per sua naturalia, ita quod ipse primo illa ex natura haberet et sic alie creature ex nobilitate sue nature acciperent, et quia etiam illa appetijt a deo et sub deo volens esse dummodo ista haberet, ideo nec etiam quantum ad modum habendi deo equiparari voluit, sed tantummodo secundum quid.<sup>622</sup>

Nota insuper quod quia suum<sup>623</sup> desiderium attentauit vt ad actum perduceret, ideo subito suum desiderium alijs exposuit, et quia subito etiam fuit aliorum angelorum visio desiderij et consensus peruersus sui desiderij, ideo peccatum primi angeli aliorum peccata excessit et processit quantitate culpe et causalitate, non tamen duratione,<sup>624</sup> ita quod illud (*Apocalipsis* xij): “Draco de celo cadens traxit terciam partem stellarum.”<sup>625</sup> Et in<sup>626</sup> figura Leuiathan habetur: ipse est rex super omnes filios superbie, et rex secundum philosophum (v *Methaphisicorum* dicitur principium in quantum mouet per suam | uoluntatem et imperium sibi subiectos).<sup>627</sup> Ideo et suum peccatum aliorum occasio peccandi fuit, ita quod ipse primus a nullo extrinseco tentatus alios extrinsece tentauit.

<sup>a</sup> *Ed. prim.*: -der-

<sup>b</sup> et aliud quod: *a clumsy attempt at rewording Aq. that is best ignored*

<sup>621</sup> *Quotation from Aq.*, Summa 1.63.3.SC; in celum ascendam *only in* Sent. 2.5.1.2.SC 2

<sup>622</sup> *End*

<sup>623</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Sent. 2.6.1.2.Co.: Et dicendum quod peccatum primi angeli aliorum peccata non tantum quantitate culpe sed etiam causalitate, non tamen duratione . . . hoc quod desiderauit attentauit vt ad actum perduceret alijs suum desiderium exponendo; et simul cum hoc fuit aliorum visio et peruersus desiderij consensus.

<sup>624</sup> *End*

<sup>625</sup> *Quotation from Aq.*, Sent. 2.6.1.2.SC 1

<sup>626</sup> *Start of Aq.*, Sent. 2.6.1.2.SC 2

<sup>627</sup> *End*

Et quidem quod dictum est quod instantanea<sup>628</sup> operatio in omnibus illis fuit, exemplificatur hoc ex sensibilibus. Nam simul tempore sunt illuminatio aeris, visio coloris et discretio rei vise.<sup>629</sup>

Hec ad longum posui, vt considerando tam stupendam permissionem diuinam super nobilissimas creaturas propter vnum dumtaxat peccatum ambitionis, quomodo non particulares permissiones super maleficorum opera propter maiora peccata quantum ad aliquas circumstantias admitret? Nam maleficorum peccata in varijs circumstantijs peccatum angeli et primorum parentum excedunt, vt iam in secunda questione patebit.

Sed et hoc quod prouidentia dei iuste permisit primum hominem tentari et peccare, ex his que dicta sunt de transgressoribus angelis satis patere potest. Sicut<sup>630</sup> enim ad eundem finem homo et angelus creati fuerunt et in libertate arbitrij relecti, ideo vt beatitudinis premiū non<sup>69D</sup> absque merito perciperent,<sup>631</sup> ideo sicut angelus a casu non fuit perseruatus, vt potestas peccandi ex vno et potestas gratie confirmationis ex altero ad decorem vniuersi patesceret, ita et circa hominem seruaria<sup>a</sup> oportuit. Vnde et sanctus Thomas in *Secundo*, distinctione xxij, articulo ij: “Jllud<sup>632</sup> ex quo deus apparet laudabilis non debet penitus impediri, sed in peccatis etiam deus apparet laudabilis, cum per misericordiam parcit et per iusticiam punit, vnde non debuit peccatum impedire.”<sup>633</sup>

Tantummodo breuiter et recapitulando ad propositum redeamus. Dicamus quod iusta dei prouidentia homo in his permissus est multis rationibus: prima, vt ostendatur dei potentia, qui solus inuertibilis est, omnis autem creatura mutabilis; secunda autem ratio, vt declaretur dei sapientia, que ex malo scit elicere bonum, quod non potuit fieri nisi deus creaturam peccare permisisset; tertia, vt manifestetur dei clementia, in qua Christus per mortem suam hominem perditum liberauit; quarta, vt ostendatur dei iusticia, que non solum reddit bonis premia sed et malis supplicia; | quinta, vt homo non sit peioris conditionis quam alie<sup>70A</sup> creature, quas omnes sic deus administrat vt eas agere proprijs motibus sinat, vnde et hominem proprio arbitrio relinquere debuit; sexta est laus

<sup>a</sup> Sc. seruandum, it seems

<sup>628</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.6.1.2.Co.*: Et simile contingit in omnibus operationibus instantaneis, quarum vna est causa alterius, quod sunt simul tempore, sicut illuminatio aeris et visio coloris et discretio rei vise, etiam quantum ad sensibilia per accidens.

<sup>629</sup> *End*

<sup>630</sup> *Start of Aq., Sent. 2.23.1.2.Ag2, which begins*: . . . homo et angeli propter vnum finem creati sunt, scilicet propter beatitudinem participandam . . .

<sup>631</sup> *End*

<sup>632</sup> *Start of Aq., Sent. 2.23.1.2.SC 1*

<sup>633</sup> *End*

humana—laus enim viri iusti quod potuit transgredi et non est transgressus; septima est decor vniuersi, quia sicut triplex malum culpe, pene et damni inuenitur, ita ex opposito triplex bonum, scilicet honestum bonum, delectabile et vtile, decoratur. Nam culpa decoratur honestas, per penam delectabilitas, per damnum summa vtilitas.

Et per hec patet responsio ad argumenta.

### *Solutiones argumentorum*

NAM AD PRIMUM, VBI dicitur asserere quod diabolo permittatur potestas nocendi hominibus sit<sup>a</sup> hereticum, oppositum potius patet, quia sicut asserere quod deus non permittat hominem ex libertate arbitrij peccare quando vult est hereticum, ita asserere quod deus peccatum dimittat inultum. | Hoc autem<sup>b</sup> fit per potestatem nocendi hominibus in vindictam malorum et ad decorem vniuersi iuxta illud Augustini in libro *Soliloquiorum* “Jussisti, domine,” et ita est vt numquam dedecus culpe sit sine decore vindicte. Probatio denique argumenti non valet de sapiente prouisore qui excludit defectum et malum quantum potest, quia aliud<sup>634</sup> est de eo qui habet curam particularem et de prouisore vniuersali.<sup>635</sup> Nam primus ex malo non potest elicere bonum, sicut vniuersalis prouisor facit, vt per precedentia patuit.

Ad secundum patuit quod tam potentia quam bonitas et iusticia diuina patescunt in hoc quod mala permittit,<sup>c</sup> vnde quando dicitur: “Aut deus potest mala impedire aut non,” dicitur quod potest impedire sed non debuit rationibus preactis.<sup>d</sup> Nec valet instantia si dicatur, “Ergo vult mala fieri cum potest impedire et non vult,” quia, vt in argumentis pro veritate tactum est, deus non potest velle mala fieri, neque vult malum fieri neque vult malum non fieri, sed vult permittere malum fieri et hoc propter perfectionem vniuersi.

Ad tertium, Augustinus et philosophus loquuntur de cognitione  
70C humana, cui<sup>636</sup> | melius est non cognoscere mala et vilia duplici de causa:

<sup>a</sup> Sc. esse

<sup>b</sup> Ed. prin.: aut

<sup>c</sup> Ed. prin.: -mittit

<sup>d</sup> Ed. prin.: pre actis (see 109A, 125B, 176C)

<sup>634</sup> Start of *Aq.*, Summa 1.22.2.Raz

<sup>635</sup> End

<sup>636</sup> Start of adaptation of *Aq.*, Summa 1.22.3.Raz: . . . nobis melius est non cognoscere mala et vilia inquantum per ea impedimur a consideratione meliorum, quia non possumus simul multa intelligere, et inquantum cogitatio malorum peruertit interdum voluntatem in bonum.

primo, quia per ea impedimur interdum a consideratione malorum, et hoc contingit quia non possumus simul multa intelligere; etiam et ea de causa quod cogitatio malorum peruertit interdum voluntatem in malum.<sup>637</sup> Hec autem in deo locum non habent, qui intelligit omnia opera hominum et maleficorum absque aliquo defectu.

Ad quartum. Apostolus<sup>638</sup> curam dei a bobus remouit, vt ostendat quod quia creatura rationalis habet per liberum arbitrium dominium sui actus, vt dictum est, ideo vt ei imputetur aliquid ad culpam vel ad meritum et reddatur ei iuxta hoc pena vel premium, habet deus specialem de eo prouidentiam,<sup>639</sup> secundum que irrationalia non prouidentur. Velle autem asserere quod indiuidua<sup>640</sup> irrationalium creaturarum ex illa auctoritate<sup>641</sup> non pertinerent ad diuinam prouidentiam<sup>642</sup> esset hereticum, quia esset asserere quod non omnia subiecta essent diuine prouidentie contra scripture sacre commendationem super diuinam sapientiam, que "attingit a fine vsque ad finem fortiter et disponit | omnia <sup>70D</sup> suauius,"<sup>643</sup> et esset error rabbi Moises, vt in argumentis pro veritate patuit.

Ad quintum. Quia homo<sup>644</sup> non est institutor nature sed vtitur naturalibus operibus artis et virtutis ad suum vsum: ideo prouidentia humana non se extendit ad necessaria, que ex natura proueniunt,<sup>645</sup> vt quod cras sol oriatur, ad<sup>646</sup> que tamen se extendit prouidentia dei eo quod ipse est actor nature.<sup>647</sup> Vnde et defectus naturales, etiam si ex cursu rerum naturalium prouenirent, adhuc diuine prouidentie subiacerent, quare<sup>648</sup> et Democritus et alij philosophi naturales errauerunt attribuentes soli necessitati<sup>a</sup> materie quidquid inferioribus accideret.<sup>649</sup>

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -e

<sup>637</sup> *End*

<sup>638</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 1.22.2. *Ras*: Ad quintum dicendum quod quia creatura rationalis habet per liberum arbitrium dominium sui actus, vt dictum est, speciali quodam modo subditur diuine prouidentie, vt scilicet ei imputetur aliquid ad culpam vel ad meritum, et redditur ei aliquid vt pena vel premium.

<sup>639</sup> *End*

<sup>640</sup> *Start of Aq.*, Summa, 1.22.2. *Ras*

<sup>641</sup> *ex . . . auc.: not in Aq.*

<sup>642</sup> *End*

<sup>643</sup> *Quotation from Aq.*, Summa 1.22.2. *SC*

<sup>644</sup> *Start of Aq.*, Summa 1.22.2. *Ras*

<sup>645</sup> *Pause*

<sup>646</sup> *Resume*

<sup>647</sup> *End*

<sup>648</sup> *Start of adaptation Aq.*, Summa 1.22.2. *Ras*: Et ex hac ratione videntur moti fuisse qui cursum rerum naturalium subtraxerunt diuine prouidentie, attribuentes ipsum necessitati materie, vt Democritus et alij naturales antiqui.

<sup>649</sup> *End*

Ad vltimum. Licet omnis pena infligitur a deo propter peccata, non tamen semper maioribus peccatoribus maleficia infliguntur, vel quia hoc diabolus non vult vt illos affligat et tentat quos iusto titulo possidere se cernit, vel ideo vt non ad deum accelerant iuxta illud: “Multiplicate sunt infirmitates, postea accelerauerunt” etc.

Et quod omnis pena infligitur a deo propter<sup>a</sup> peccata patet ex sequen-  
71A tibus, quia | iuxta Hieronimum quicquid patimur, peccatis nostris mere-  
mur.<sup>650</sup>

DECLARATUR QUOD PECCATA MALEFICORUM GRAUIORA  
SUNT PECCATIS MALORUM ANGELORUM ET PRIMORUM  
PARENTUM, VNDE<sup>b</sup> SICUT INNOCENTES PUNIUNTUR EX  
CULPIS PARENTUM, ITA ET IAM PLURES INNOXIJ  
DAMNIFICANTUR ET MALEFICIUNTUR PROPTER PECCATA  
MALEFICORUM. QUESTIO DECIMAQUARTA, ET EST TOTA  
MATERIA PREDICABILIS

SED SUPER ENORMITATEM CRIMINUM queritur an maleficorum flagicia cuncta mala que deus fieri sinit et vsque in presens a principio mundi fieri permisit tam in culpis quam in penis et damnis excedunt.

Et videtur quod non, precipue quo ad culpam. Nam peccatum<sup>651</sup> quod quis committit quod faciliter vitare potuisset excedit peccatum quod alter  
71B committit quod ita faciliter vitare non potuit. Patet | per Augustinum in  
*De Ciuitate Dei*: “Magna est in peccando iniquitas, vbi est tanta in non peccando facilitas.” Sed Adam et plures qui ex aliquo statu perfectionis seu etiam gratie peccauerunt facilius propter assistentiam gratie peccata vitare potuissent, presertim Adam qui in gratia creatus fuerat, quam plures malefice<sup>c</sup> qui huiusmodi dona non perceperunt. Ergo illorum peccata omnia maleficorum flagicia excedunt.<sup>652</sup>

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -et

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: vnde de

<sup>c</sup> *So ed. prin.*; the context indicates that malefici is to be expected.

<sup>650</sup> *Cf. Ag., Sent. 4.15.4.7c. Co.*: Sed contra Hieronymus dicit: “Quicquid patimur, peccata nostra meruerunt.”

<sup>651</sup> *Start of adaptation of Ag., Sent. 2.21.2.2. Agt.*: Videtur quod peccatum Ade grauius fuerit omnibus alijs peccatis, quia sicut dicit Augustinus in lib. xiv *De Ciuitate Dei*, magna est enim in peccando iniquitas, cui tanta est in non peccando facilitas. Sed Adam facilius potuit vitare peccatum quam aliquis sequentium. Ergo ipse grauius peccauit.

<sup>652</sup> *End*

Preterea,<sup>653</sup> quo ad penam maiori culpe maior pena debetur, sed peccatum Ade grauissime punitum fuit in hoc quod, vt patet, in omnes posteros eius pena cum culpa ostenditur in transfusione originalis peccati. Ergo eius peccatum grauius est omnibus alijs peccatis.<sup>654</sup>

Preterea,<sup>655</sup> quo ad damnum. Nam iuxta Augustinum: “Et hoc aliquid est malum, quia adimit bonum.” Ergo vbi plus de bono amittitur, ibi maior culpa precessit. Sed peccatum primi parentis maius damnum tam in naturalibus quam in gratuitis intulit, vbi nos innocentia et immortalitate priuauit, quod | nullum aliorum sequentium peccatum<sup>a</sup> intulit. 71C Ergo<sup>656</sup> etc.

Sed<sup>657</sup> contra. Id quod plures rationes mali includit magis est malum, sed peccata maleficarum sunt huiusmodi.<sup>b</sup> Nam omnia mala in bonis nature et fortune procurare possunt deo permittente, vt ex bulla pape deducitur.

Preterea, Adam peccauit solummodo faciendo illud quod est vno<sup>c</sup> modo malum, quia prohibitum et quod non erat malum secundum se, sed malefici et alij peccatores peccant faciendo illud quod est vtroque modo malum, et secundum se et prohibitum, vt homicidia et alia multa inhibita, vnde eorum peccata grauiora sunt alijs peccatis.<sup>658</sup>

Preterea,<sup>659</sup> peccatum quod est ex certa malicia est grauius peccato quod est per ignorantiam.<sup>660</sup> Sed malefice ex magna malicia contemnunt fidem et sacramenta fidei, prout plures confesse sunt.

<sup>a</sup> So Aq.; ed. prin.: -a

<sup>b</sup> Ed. prin.: huius

<sup>c</sup> So Schnyder (1993) 152 n; ed. prin.: vtroque (either very clumsy adaptation of Aquinas or an error imported from the following clause during transcription)

<sup>653</sup> Start of adaptation of Aq., Sent. 2.21.2.2.Ag3: Preterea, maiori culpe major pena debetur. Sed peccatum Ade grauissime punitum fuit a deo, quia ad omnes posteros eius pena extenditur. Ergo grauius alijs peccauit.

<sup>654</sup> End

<sup>655</sup> Start of adaptation of Aq., Sent. 2.21.2.2.Ag2: Preterea, Augustinus dicit quod ex hoc aliquid est malum quod adimit bonum. Sed peccatum primi hominis plus de bono ademit, totam naturam humanam corrumpens, quam aliquod peccatorum sequentium. Ergo peius alijs fuit.

<sup>656</sup> End

<sup>657</sup> Start of adaptation of Aq., Sent. 2.21.2.2.SC1: Sed contra, illud quod habet plures rationes mali magis est malum. Sed Adam peccauit faciendo illud quod erat malum solum quia prohibitum, multi autem peccant faciendo illud quod est vtroque modo malum, et secundum se et quia prohibitum. Ergo videtur quod multorum peccata grauiora sint peccato Ade.

<sup>658</sup> End

<sup>659</sup> Start of Aq., Sent. 2.21.2.2.SC2

<sup>660</sup> End (Aq. continues: Sed peccatum primi hominis fuit quodammodo per ignorantiam... Ergo videtur quod eo multa grauiora sint que ex certa malitia perpetrantur.)

Responsio. Quod mala que a modernis maleficis perpetrantur cuncta alia mala que deus vnquam fieri permisit secundum quod in titulo  
 71D questionis | tangitur excedunt, et hoc quo ad peccata que contingunt in peruersitate morum, licet secus sit de peccatis que opponuntur alijs virtutibus theologicis, potest ostendi triplici via: primo in generali comparando eorum opera indifferenter ad quecunque flagicia mundi; secundo in speciali comparando ad species superstitionis ex quocunq[ue] pacto cum demonibus inito; tercio comparando illa ad peccata malorum angelorum aut etiam primorum parentum.

Primum sic. Nam cum triplex sit malum, videlicet culpe, pene, damni, eo quod triplex sit bonum cui illa opponuntur, scilicet honestum, delectabile et vtile, et culpe opponitur honestum, pene delectabile, damno vtile, quod culpa maleficarum excedit cuncta alia peccata sic apparet. Nam iuxta doctrinam sancti Thome in *Secundo* (di. xxij, arti. ij) licet in peccato multa<sup>661</sup> possint considerari ex quibus peccati grauitas vel etiam leuitas trahi potest, vnde et contingit quod idem peccatum  
 72A quod secundum | vnum eorum est grauius, secundum aliud leuius inueniatur, prout dicere possumus: in fornicatione iuuenis peccat, senex insanit, tamen illa simpliciter grauiora sunt que plures et potentiores habent non dico circumstantias solum sed in specie et quantitate peccati essentiali peccati grauitatem. Et sic dicere possumus quod licet peccatum Ade quantum ad aliquas circumstantias grauius sit omnibus alijs peccatis quantum ad hoc quod minori temptatione pulsatus cecidit, quia videlicet tantum ab extrinseco, et etiam quia facilius resistere potuisset propter originalem iusticiam in qua creatus erat, tamen quantum ad speciem et quantitatem peccati et etiam quantum ad alias circumstantias que peccatum magis aggrauant, sicut multa grauiora peccata sunt secuta,<sup>662</sup> ita et inter illa omnia maleficorum excedunt, quod etiam clarius ex duobus deducitur.

Nam sicut vnum peccatum dicitur maius altero vel causalitate vt  
 72B peccatum Lucifefri, vel generalitate vt peccatum Ade, vel deformitate vt peccatum Jude, vel difficultate remittendi vt peccatum in

<sup>661</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.21.2.2.Co.: . . . in peccato possunt multa considerari ex quibus peccatum grauitatem trahere potest, et contingit quod illud peccatum quod secundum vnum est grauius secundum aliud leuius inueniatur. Illud tamen simpliciter grauius considerandum est quod secundum plura et potentiora grauius inuenitur, precipue secundum speciem peccati, quia quantitas consequens speciem peccati est peccato essentialior quam que circumstantias peccati sequitur. Secundum hoc ergo dicendum quod peccatum Ade quantum ad hoc grauius alijs fuit quod minori temptatione pulsatus cecidit, et quod facilius resistere potuisset, sed quantum ad speciem peccati et quantum ad alias circumstantias que peccatum magis exaggerant multa grauiora peccata sunt secuta.*

<sup>662</sup> *End*

spiritus sanctum, vel periculo vt peccatum ignorantie, vel inseparabilitate vt peccatum cupiditatis, vel pronitate vt peccatum carnis, vel diuine maiestatis offensione vt peccatum idolatrie et infidelitatis, vel expugnandi difficultate vt superbia, vel mentis cecitate vt ira, ita et post peccatum Luciferi omnia alia peccata maleficorum opera excedunt tam in deformitate crucifixum abnegantes<sup>a</sup> quam et pronitate spurcitas carnis cum demonibus exercentes,<sup>b</sup> ac mentis cecitate in omne nocumentum tam animarum quam corporum hominum et iumentorum toto malignitatis spiritu debachantes,<sup>c</sup> prout ex supra dictis patuit. Quod etiam iuxta Isidorum nomen ostendit. Dicuntur enim malefici ob facinorum magnitudinem etc., vt supra patuit.

72C

Deducitur et ex isto. Nam cum duo sunt in peccato, auersio et conuersio, iuxta illud Augustini: "Peccatum est spreto incommutabili bono rebus mutabilibus inherere,"<sup>663</sup> et ipsa<sup>664</sup> etiam auersio a deo sit tanquam formale, sicut ipsa conuersio tanquam materiale, ideo tanto aliquod peccatum est grauius, quanto magis homo per ipsum a deo separatur, et quia per infidelitatem homo maxime a deo elongatur,<sup>665</sup> ideo et maius omnibus peccatis maleficium infidelitatis existit. Et hoc declaratur per nomen heresis, quod est etiam apostasia a fide, simul et quod tota earum vita peccatum est.

De primo. Nam<sup>666</sup> cum peccatum infidelitatis consistat in renitendo fidei, et hoc potest dupliciter fieri, vel quia renititur fidei nondum suscepte aut suscepte, si primo modo, tunc est infidelitas paganorum seu gentilium, si secundo modo, tunc iterum dupliciter, quia aut renititur christiane fidei suscepte in figura aut in ipsa manifestatione veritatis. | 72D

<sup>a</sup> Sc. -ium<sup>b</sup> Sc. -ium<sup>c</sup> Sc. -ium

<sup>663</sup> Cf. Peccare nihil est aliud quam neglectis rebus eternis temporalia sectari (*Aug.*, De Lib. Arb. quoted in *Aq.*, Summa 1/2.71.6.Ag3)

<sup>664</sup> *Start of confusion of Aq.*, Summa 2/2.10.3.Co.: . . . omne peccatum formaliter consistit in auersione a deo, vt supra dictum est, vnde tanto aliquod peccatum est grauius, quanto per ipsum homo magis a deo separatur. Per infidelitatem autem maxime homo a deo elongatur; and Summa 1/2.71.6.Co.: Et ideo Augustinus in definitione peccati posuit duo: vnum quod pertinet ad substantiam actus humani, quod est quasi materiale in peccato . . . aliud autem quod pertinet ad rationem mali, quod est quasi formale in peccato . . .

<sup>665</sup> End

<sup>666</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 2/2.10.5.Co.: Cum enim peccatum infidelitatis consistat in renitendo fidei, hoc potest contingere dupliciter: quia aut renititur fidei nondum suscepte, et talis est infidelitas paganorum siue gentilium, aut renititur fidei christiane suscepte: vel in figura, et sic est infidelitas Iudeorum, vel in ipsa manifestatione veritatis, et sic est infidelitas hereticorum.

Primo modo est infidelitas Judeorum, secundo modo infidelitas hereticorum.<sup>667</sup>

Vnde patet quod heresis maleficarum inter tres species infidelitatis grauissima existit, quod etiam ratione et autoritate comprobatur. Nam *Secunda Petri* secundo dicitur: “Melius erat illis viam veritatis non cognoscere quam post cognitam retrorsum conuerti.”<sup>668</sup> Ratione. Nam sicut<sup>669</sup> grauius peccat qui non implet quod promisit quam ille qui non implet hoc quod nunquam promisit, ideo infidelitas hereticorum qui profitentur fidem euangelij et tamen ei renituntur, corrumpentes ipsam, grauius peccant quam Iudei et pagani. Et iterum, Iudei grauius peccant quam pagani, quia susceperunt fidei christiane figuram in veteri lege, quam male interpretantes corrumpunt, quod pagani non faciunt. Ideo etiam ipsorum infidelitas est grauius peccatum quam infidelitas gentilium, qui nunquam fidem euangelij susceperunt.<sup>670</sup>

De secundo, quod et apostate nuncupantur. Nam secundum Thomam (*Secunda Secunde*, q. xij) apostasia<sup>671</sup> importat quandam retrocessionem a deo et religione, que fit per diuersos modos, quibus homo coniungitur deo<sup>672</sup> vel per fidem vel per subiectam ad obediendum voluntatem vel per religionem et clericatum. Secundum quod etiam dicit Raymundus et Hostiensis, quod apostasia est temerarius a fidei statu vel obedientie vel religionis excessus, et cum remoto priori remouetur posterius, sed non econuerso, ideo et prima alias duas excedit, scilicet apostasia a fide precedit a religione vel a clericatus ordine (de qua xlviij, di. “Quantumlibet” et xvi q. i “Legi non debet”).<sup>673</sup> Tamen secundum Raymundum non iudicatur apostata seu fugitiuus etiam si ad longinqua diu euagetur, nisi postquam sic viuuit quod animum redeundi se deposuisse ostendit (ff. “De re militari”<sup>a</sup> l. “Desertorem”), et hoc fieret

<sup>a</sup> *Ed. prin.: -e*

<sup>667</sup> *End*

<sup>668</sup> *Quotation from Aq., Summa 2/2.10.6.SC*

<sup>669</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 2/2.10.6.Co.: ... sicut grauius peccat qui non implet quod promisit quam ille qui non implet hoc quod nunquam promisit. Et secundum hoc infidelitas hereticorum qui profitentur fidem euangelij et tamen ei renituntur, corrumpentes ipsam, grauius peccant quam Iudei, qui fidem euangelij nunquam susceperunt. Sed quia susceperunt eius figuram in veteri lege, quam male interpretantes corrumpunt, ideo etiam ipsorum infidelitas est grauius peccatum quam infidelitas gentilium, qui nullo modo fidem euangelij susceperunt.*

<sup>670</sup> *End*

<sup>671</sup> *Start of Aq., Summa 2/2.12.1.Co.*

<sup>672</sup> *End (Aq. continues: primo ... per fidem, secundo per debitam et subiectam voluntatem ad obedientiam preceptis eius, tertio per aliqua specialia ad supererogationem pertinentia, sicut per religionem et clericatum vel sacrum ordinem.)*

<sup>673</sup> *Perhaps some sort of mistake in adaptation; at any rate, Decretum 2.16.1.26 “Legi epistolam” may be meant.*

si vxorem duceret vel simile tale. Similiter et apostasiam inobedientie, <sup>73B</sup> vbi quis sponte contemnit precepta ecclesie et prelatorum (de qua iij q. iij “Alieni”). Qui etiam infamis efficitur repellitur a testimonio et debet excommunicari (xi q. iij “Si autem”). Vnde et apostasia de qua loquimur super apostasiam maleficarum dicitur apostasia perfidie.

Que et tanto grauior, quanto et cum inimico fidei, rationis, salutis per pactum expressum peragitur. Hoc enim habent facere malefice et hoc inimicus ille exigit vel in toto vel in parte. Reperte sunt enim per nos inquisitores que omnes fidei articulos abnegauerant, quasdam vero certos<sup>a</sup> in numero; semper tamen confessionem veram et sacramentalem habeant abnegare. Vnde et Juliani apostate perfidia non videtur tanta fuisse, licet in alijs aduersus ecclesiam maiora exercuisset (de qua et ij q. vij “Non potest”).

Si quis vero incidentaliter quereretur: “Quid si mente et | corde fidem <sup>73C</sup> tenerent,” quorum scrutator solus deus est et non quecunque angelica creatura, vt supra patuit, “facerent tamen reuerentiam et obedientiam diabolo per actus exteriores?” dicendum videtur quod cum apostasia perfidie dupliciter potest fieri, per actus infidelitatis exteriores absque expresso pacto cum demone inito, sicut qui in terris infidelium mahumeticam vitam assumerent<sup>b</sup> aut in terris christianorum cum expresso pacto etc., primi vbi mente retinent fidem, actu tamen exteriori negant, licet non sint apostate nec heretici, tamen mortaliter peccant. Sic enim Salomon dijs suarum vxorum reuerentiam exhibuit. Nec enim aliquis excusatur si ex metu hoc faceret, quia secundum Augustinum sanctius est mori fame quam vesci idoloticis (aliqui habent “satijs”)<sup>c</sup> (xxxij q. iij “Sacijs”). Malefice autem quantumcunque fidem retinent corde et abnegant ore, apostate tamen iudicantur eo quod fedus cum morte et pactum cum inferno pepigerunt.

Vnde sanctus Thomas in *Secundo* (di. vij, arti. vltimo) loquens de <sup>73D</sup> similibus operibus magicis et qui quocunque modo auxilium petunt a demonibus, dicit: “In omnibus est apostasia a fide propter pactum initum cum demone vel verbotenus, si inuocatio intersit, vel facto aliquo, etiam si sacrificia desint. Non enim potest homo duobus dominis seruire.”<sup>674</sup> Ad idem Albertus (ubi supra, di. viij), vbi queritur vtrum magicis et mathematicis intendere sit peccatum et apostasia a fide, ita

<sup>a</sup> Ed. prin.: -as

<sup>b</sup> Ed. prin.: -et

<sup>c</sup> Ed. prin.: -ins

<sup>674</sup> Quotation from *Aq., Sent. 2.7.3.2.Ca.*

respondit: “In talibus est semper apostasia verbi vel operis. Si enim inuocationes fiant, tunc apertum pactum initur cum demone et tunc est aperta apostasia verborum. Si autem non fit nisi opere simplici, tunc est apostasia operis. Et quia in his omnibus semper est fidei contumelia quia expectatur a demone quod expectandum est a deo, ideo semper  
74A apostasia iudicatur.” Ecce quam clare duplicem | apostasiam ponunt, terciam subintelligentes scilicet cordis, que si desit, tamen malefice verbis et operibus apostatrices iudicantur. Penis ergo, vt patebit, et hereticorum et apostatarum subiacere debent.

Est et tercia criminis enormitas pre cunctis alijs heresibus in eis. Nam si iuxta Augustinum omnis infidelium vita peccatum est (xxviii q. i § ij et est glosa super illud *Romanorum* xiii: “Omne quod non est ex fide peccatum est”), quid iudicandum est de tota vita, id est, de omnibus alijs operibus maleficarum, que tamen non ad complacentiam demonum fiant, sicut ieiunare, ecclesias frequentare, communicare et sic de alijs? In omnibus enim peccant mortaliter, quod sic declaratur.

Tanta est enim labes huius peccati quod facultatem resurgendi licet non ex toto amputat, eo quod peccatum non corrumpit totum bonum nature et lumen naturale in eis remaneat, tamen propter prestitum  
74B homagium, nisi ab illo absoluantur omnia eorum opera, etiam | de genere bonorum, sunt potius de genere malorum, quod in alijs infidelibus non cernitur. Nam secundum Thomam (*Secunda Secunde*, q. x, “an omnis actio infidelis sit peccatum”) dicit quod quamuis<sup>675</sup> opera infidelium, que sunt de genere bonorum, vt ieiunia, elemosine et huiusmodi, non sint eis meritoria propter infidelitatem, que est grauissimum peccatorum, tamen quia peccatum non corrumpit totum bonum nature sed remanet in eis lumen naturale, ideo non omnis actus eorum est mortale peccatum,<sup>676</sup> sed actus procedens ex ipsa infidelitate vel relatus ad ipsam, etiam si sit de genere bonorum, puta Sarracenus ieiunat vt seruat legem Mahumeti de ieiunio mandantem, Judeus celebrat suas festiuitates et huiusmodi, in his est mortale. Et sic intelligitur illud Augustini (supra allegatum): “Omnis infidelium vita peccatum est.”

<sup>675</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 2/2.10.4. Co: . . . sicut . . . peccatum mortale tollit gratiam gratum facientem, non autem totaliter corrumpit bonum nature. Vnde cum infidelitas sit quoddam mortale peccatum, infideles quidem gratia carent, remanet tamen in eis aliquod bonum naturale, vnde manifestum est quod infideles non possunt operari opera bona que sunt ex gratia, scilicet opera meritoria, tamen opera bona ad que sufficit bonum nature aliquantulum operari possunt.*

<sup>676</sup> *End*

*Quod malefice grauissimas merentur penas ultra omnes  
flagiciosos mundi*

74C

DENIQUE QUOD EORUM<sup>a</sup> FLAGICIA cuncta aliorum peccata excedunt quantum ad demeritum pene, declaratur primo quo ad penam hereticis infligendam, secundo quo ad penam apostatis inferendam.

Nam heretici quadruplici pena puniuntur secundum Raymundum, scilicet excommunicatione, depositione, rerum ablatione et corporali morte, de quibus omnibus lector inueniet super primum "De Sententia Excommunicationis," "Nouerit," et super secundum xxiiij q. i "Qui contra pacem," et <super> tercium di. viij "Quo iure," et xxiiij q. viij c. i et sequenti, super quartum eodem titulo, scilicet "De hereticis," "Excommunicamus" primo et secundo.

Imo et grauissimas incurrunt penas credentes, receptores, fautores et defensores. Nam vltra penam excommunicationis illis inflictam heretici cum fautoribus et defensoribus suis et receptoribus et ipsorum filij<sup>74D</sup> vsque ad secundam generationem per lineam paternam, per lineam vero maternam vsque ad primum gradum ad nullum beneficium vel officium ecclesiasticum admittuntur (ut eodem titulo "Quicumque" et c. "Statutum," *Libro Sexto*). Sed et super terciam penam, si heretici habent filios Catholicos, priuantur paterna hereditate in derestationem criminis, et super quartam penam, si post deprehensionem erroris continuo non velit reuerti et heresim abiurare, subito debet comburi si laicus est. Falsarij enim pecunie statim morti traduntur: quanto magis falsarij fidei!<sup>677</sup> Si vero clericus, post solennem degradationem relinquitur curie seculari occidendus. Si autem reuertantur ad fidem, detrudi debent in perpetuum carcerem ("De hereticis" "Excommunicamus" primo et secundo). Et hoc de rigore iuris. Mitius tamen agitur cum eis post abiurationem quam ad arbitrium episcopi et inquisitoris facere debent, prout in tercia parte operis patebit, vbi de varjis | modis sentendiandi tales tractatur (quis etiam dicatur deprehensus et conuictus seu etiam relapsus).<sup>75A</sup>

His autem modis mulctare maleficas non videtur sufficere, cum non sint simplices heretice sed et apostate, et vltra hoc quod in ipsa apostasia non hominibus propter metum aut carnis oblectamenta fidem abnegant, vt supra tactum est, sed ipsis demonibus vltra abnegationem etiam homagium, corpora et animas offerendo, prestant, ex quibus satis

<sup>a</sup> Sc. earum

<sup>677</sup> Cf. *Aq.*, *Summa 2/2.11.3.Co.*: . . . si falsarij pecunie . . . statim per seculares principes iuste morti traduntur, multo magis heretici, statim cum de heresi conuincuntur, possent non solum excommunicari sed et iuste occidi.

probabile videtur quod quantumcunque peniteant et ad fidem reuertantur, non debent<sup>a</sup> sicut alij heretici carceribus perpetuis mancipari sed vltimo supplicio puniri, et hoc etiam propter damna temporalia hominibus et iumentis varjis modis illata leges imperant, vt patet C. “De maleficis,” lege “Nullus,” lege “Nemo,” lege “Culpa.” Et est similis culpa prohibita discere et docere, et loquuntur leges super sortilegos: quanto magis super maleficos, vbi dicunt quod pena illorum est bonorum publicatio et decapitatio! Et si quis | tali arte mulierem ad luxuriam prouocauerit vel econuerso, bestijs exponitur, vt dicitur ibidem (l. “Multi”), et de his in prima questione tactum est.

QUESTIONE DECIMAQUINTA DECLARATUR QUOD PROPTER  
PECCATA MALEFICARUM INNOXIJ SEPE MALEFICIENTUR,  
LICET ETIAM INTERDUM PROPTER PECCATA PROPRIA

SED ET HOC QUOD diuina permissione plures innoxij damnificantur et puniuntur in premissis nocumentis propter aliena peccata maleficarum et non propter culpas proprias, ne alicui hoc videatur inconueniens, ostendit sanctus Thomas (*Secunda Secunde*, q. cvij) hoc fieri iuste a deo (loquendo de penis presentis vite) triplice ratione: primo<sup>678</sup> quidem quod vnus homo est res alterius, et sicut quis punitur in rebus, ita et in penam alterius aliquis puniri potest – nam filij secundum corpus sunt quedam res patris, et serui et animalia res dominorum,<sup>679</sup> et sic filij puniuntur quandoque pro parentibus, sicut filius natus ex adulterio Dauid mortuus fuit quamcitijs, et animalia Amelechitarum iussa sunt interfici, quamuis et in huiusmodi sit ratio mistica, vt habetur i. q. iiii § “Paruulos” – secundo<sup>680</sup> quia peccatum vnus deriuatur in alterum et hoc dupliciter, per imitationem, sicut filij imitantur peccata parentum et serui et subditi peccata dominorum, vt audacius peccent,<sup>681</sup> vt fit in rebus male acquisitis in quibus filij succedunt, serui in latrocinijs et guerris iniustis, vnde sepius interficiuntur, et subditi prelatorum audacius peccant, dum eos peccare cernunt, etiam si eadem peccata non committunt, vnde et iuste puniuntur.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -eunt

<sup>678</sup> *Start of Aq.*, Summa 2/2.108.4. *Rat.*, which begins: Ad primum ergo dicendum quod vnus ...

<sup>679</sup> *End of direct quotation*

<sup>680</sup> *Resumed adaptation*: Alio modo in quantum peccatum vnus derivatur in alterum, vel per imitationem, sicut filij imitantur peccata parentum, et serui peccata dominorum, vt audacius peccent.

<sup>681</sup> *Pause*

Deriuatur<sup>682</sup> etiam peccatum vnius in alterum per modum meriti, vt subditorum in malum prelatum, id est, quod peccata subditorum merentur peccatorem prelatum, secundum illud *Job*: "Regnare facit hypocritam propter peccata populi." Deriuatur etiam peccatum<sup>75D</sup> et consequenter pena per aliquem consensum vel dissimulationem. Hoc est, quando superiores peccata non redarguunt, tunc sepiissime boni cum malis puniuntur, vt dicit Augustinus in primo *De Ciuitatis Dei*.<sup>683</sup>

Exemplum: vbi inter nos inquisitores vnus repperit quoddam oppidum mortalitate hominum quasi destitutum et vbi fama volabat quod quedam mulier sepulta lintheamen in quo sepulta erat successiue deglutiret et quod pestis cessare non posset nisi ex integro lintheamen deglutendo<sup>a</sup> ad ventrem consumpsisset, habito consilio desuper sculterus cum prefecto ciuitatis sepulcrum effodientes inuenerunt quasi dimidietatem lintheaminis per os et collum vsque in ventrem immisam et consumptam, quo viso motus sculterus gladium extraxit et caput amputando extra foueam proiecit, sicque subito pestis cessauit. Ex quibus vtique diuina permissione peccata illius vetule super innocios propter dissimulationem presidentium | punita fuerunt. Nam prehabita<sup>76A</sup> inquisitione repertum fuit ipsam longo tempore vite sue sortilegam et magam fuisse.

Exemplum de punitione Dauid in enumeratione populi per pestem.<sup>684</sup>

Tercio<sup>685</sup> fit diuina permissione vt humane societatis vnio commendetur, ex qua vnus homo debet pro alio sollicitus esse vt non peccet et ad detestationem peccati, dum scilicet pena vnius redundat in omnes quasi omnes sint vnum corpus. Exemplum de peccato Achor<sup>686</sup> (*Josue vij*).

Possumus adhuc addere duos modos prout puniuntur mali interdum per bonos, interdum etiam per alios malos. Nam vt Gratianus dicit

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -gluitendo

<sup>682</sup> *Resumed adaptation*: Vel per modum meriti, sicut peccata subditorum merentur peccatorem prelatum secundum illud *Job xxxiiij*: Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi, vnde et pro peccato David populum mermerantis populus Jsrael punitus est, vt habetur ij *Reg. ult.*: siuc etiam per aliquem consensum seu dissimulationem, sicut etiam interdum boni simul puniuntur temporaliter cum malis, quia eorum peccata non redarguerunt, vt Augustinus dicit in i *De Ciu. Dei*.

<sup>683</sup> *Pause*

<sup>684</sup> *Example from Aq. (see n. 692).*

<sup>685</sup> *Resumed adaptation*: Tertio, ad commendandum vnitatem humane societatis, ex qua vnus debet pro alio sollicitus esse ne peccet, et ad detestationem peccati, dum pena vnius redundat in omnes, quasi omnes essent vnum corpus, vt Augustinus dicit de peccato Achar.

<sup>686</sup> *End*

(xxiii q. v. § vlti.), aliquando deus<sup>687</sup> punit malos per legitimam potestatem gerentes ex mandato suo, et hoc dupliciter: interdum cum merito punientium, sicut puniuit peccata Chananeorum per populum suum, interdum absque merito punientium sed etiam in ipsorum penam, sicut tribum Benjamin puniuit et deleuit vsque ad paucos. Aliquando punit etiam per populos suo<sup>a</sup> iussu seu permissione excitatos, non tamen intendentes deo obsequi sed sue satisfacere cupiditati, et ideo cum sui damnatione, sicut iam punit populum suum per Thurcos et sepius ante per alienigenas etiam in vetere lege.

Sed nota quod quacumque de causa quis puniatur, si non sustinet patienter penas, tunc sunt flagella non ad satisfactionem sed ad vindictam tantum, id est, punitionem iuxta illud (*Deuteronomi* xxxij): “Jgnis,” scilicet pene temporalis, “succensus est in furore meo,” id est, in punitione, quia alias non est in deo furor, “et ardebit vsque ad inferni nouissima,” id est, vindicta hic incipiet et ardebit vsque ad extremam damnationem, vt exponit Augustinus et habetur “De Penis,”<sup>688</sup> distinctione iij § “Auctoritas.” Sed si patienter ferantur ipsa flagella et sit patiens, in statu gratie habent locum satisfactionis,<sup>689</sup> vt dicit Thomas in *Quarto*, etiam si quis puniretur a iudice propter maleficium commissum vel etiam malefica et hoc secundum plus et minus secundum deuotionem patientis et qualitatem criminis. Mors autem naturalis, cum sit vltimum terribilium, non tamen est satisfactoria, quia per naturam inoleuit in penam originalis peccati, licet secundum Scotum etiam voluntarie et cum deuotione expectata et deo oblata in sua amaritudine possit fieri aliquo modo satisfactoria. Mors tamen violenta, siue quis eam meruit siue non, semper est satisfactoria si patienter sustineatur et in gratia. Et hec quidem quo ad penas propter aliorum peccata inflictas.

Propter propria autem etiam deus flagellat in vita presenti, et specialiter circa maleficia inferenda. Nam (*Thobie* vij) super illos qui libidini deseruiunt diabolus accipit potestatem, quod etiam ex precedentibus patuit, declarando maleficia circa membra et potentias generatiue potentie, que amplius deus permittit maleficari. Attamen ad predicandum populo notandum quod premissis punitionibus non obstantibus

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: suos; cf. *Decretum* 2.23.5.49 quoted in n. 687 and the title to that section (per populos diuino diusso excitato).

<sup>687</sup> Cf. *Decretum* 2.23.5.49. *Comm.* § 8: . . . aliquando per legitimam potestatem gerentes, aliquando per populos diuino iussu excitatos mali pro peccatis non solum flagellantur sed etiam perduntur.

<sup>688</sup> *Sc. penitentijs* (*misunderstood abbreviation?*)

<sup>689</sup> *Aq., Sent.* 4.15.1.4b. *Co.*: Vnde si flagella que pro peccatis a deo infliguntur fiant aliquo modo ipsius, rationem satisfactionis habent.

secundum quas deus pro culpis|alienis siue proprijs punit, hanc regulam <sup>76D</sup> iuris pro fundamento teneat et populo proponat, que dicat: “Sine culpa nisi subsit causa non est aliquis puniendus” (*Extra*, “De regulis iuris”), et hec regula locum habet in iudicio poli, id est, dei, et in iudicio fori, id est, in foro humano, siue seculari siue ecclesiastico.

Declara de iudicio poli. Nam cum deus duplici pena, spirituali et temporali, punit, in prima inuenitur quod nunquam sine culpa, in secunda inuenitur quod interdum bene sine culpa sed non sine causa. De prima spirituali pena, que cum est triplex, scilicet subtractio gratie, vnde sequitur obduratio in prestitis, non fit sine culpa propria. Secunda pena damni, id est, priuationis glorie – hoc etiam nunquam infligitur sine culpa propria, vt in adultis, vel contracta, vt in paruulis in originali decedentibus. Tertia pena sensus, id est, cruciatio ignis infernalis, etiam patet, vnde quod dicitur *Exodi xx* (“Ego dominus zelotes visitans peccata parentum in filios vsque in terciam et quartam generationem”) intelligitur|de imitatoribus paternorum scelerum, vt exponit Gratianus <sup>77A</sup> i q. iij § “Quibus,” vbi etiam dat alias expositiones.

De secunda autem pena temporali punit deus, primo propter culpam alterius, vt supra tactum est triplici ratione, vel etiam sina culpa aliena et propria sed non sine causa, vel etiam ex culpa propria et non aliena. Quod si vis scire causas propter quas deus punit et tamen absque culpa aliena et propria, videas quinque modos quos ponit magister in *Quarto* (di. xv, c. ij), et recipe tres primas causas, reliquas duas accipe pro culpis proprijs. Nam dicit: Quinque de causis deus hominem flagellat in vita presenti siue penas infert: primo, vt deus glorificetur, et hoc fit quando miraculose remouetur pena siue flagellum (exemplum de ceco nato (*Johannis ix*), de Lazaro resuscitato (*Johannis xi*)); secundo, si primum desit, immittitur tamen vt meritum cumuletur per exercitium patientie, ac etiam vt virtus latens intus alijs manifestetur (exempla in *Job i* et *Thobie ij*); tercio, vt virtus conseruetur per humiliationem flagellorum (exemplum in <sup>77B</sup> Paulo, qui de se dicit (*ij Ad Corinthos xij*): “Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis mee, angelus Sathane” etc., qui stimulus secundum Remigium fuit quedam infirmitas corporalis) – he sunt cause sine culpa; quarto vt eterna damnatio hic inchoetur, vt scilicet aliquo modo ostendatur quid in inferno patietur (exemplum in Herode (*Actorum xij*) et in Antiocho (*ij Machabeorum ix*)); quinto vt homo purificetur, vel per expulsionem culpe, cum scilicet ex flagellis conteritur (exemplum de Maria sorore Aaron (*Numeri<sup>3</sup> xij*) a lepra

<sup>3</sup> So ed. prin.; sc. Numerorum.

infecta et Jsraelitis prostratis in deserto secundum Jeronimum (xxiiij q. iiij “Quid ergo”) vel ad satisfactionem pene (exemplum in Daudid, qui post remissionem adulterij commissi quo ad culpam in penam fuit expulsus de regno, vt patuit in *ij Regum*, quod notat Gregorius (“De Penitentia,” di. i “Si peccatum Daudid”). Posset etiam dici omnem penam quam patimur procedere ex culpa nostra, saltim originali cum qua nascimur, quia ipsum<sup>a</sup> est causa omnium causalitatum (arguitur di. v “Ad eius”).

77C Sed et |tercia pena que est<sup>b</sup> damni: loquendo de illa quo ad eternam damnationem quam in futuro sustinebunt, nemo ambigat quin super omnes damnatos in penis sensibilibus cruciabuntur. Sicut enim gratie visio in patria, ita et mortali culpe pena in inferno succedit, et sicut gradus beatitudinis in patria commensuratur iuxta gradus charitatis et gratie in via, ita et mensura suppliciorum in inferno iuxta mensuram criminum in via. Hoc est quod *Deuteronomi* xxv dicitur: “Pro mensura peccati erit et plagarum modus.” Et si hoc in alijs peccatis omnibus, tamen in speciali maleficis hoc conuenit, quod *Ad Hebreos* x tangitur: “Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauit<sup>690</sup> et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est?” Hec sunt propria maleficarum fidem abnegantium et per diuinissimum sacramentum plurima maleficia, vt iam in secunda parte patebit, exercentium.

77D           SEXTADECIMA. DECLARATUR IN SPECIA|LI VERITAS  
PREMISSA COMPARANDO OPERA MALEFICARUM AD ALIAS  
SUPERSTITIONIS SPECIES

PREMISSA DENIQUE VERITAS QUO ad enormitatem criminum in maleficis probatur per comparisonem ad alia opera magorum et diuinorum. Nam cum quattuordecim sint species circa opera superstiosa ex triplici genere diuinationum, quorum primum fit per manifestam demonum inuocationem, secundum per tacitam solam considerationem dispositionis vel motus alicuius rei, vt siderum, dierum, aurarum, et huiusmodi, tertium per considerationem alicuius actus humani ad inquirendum aliquid occultum, que sortium nomen habent.

<sup>a</sup> *Should be ipsa, but presumably agrees with peccatum*

<sup>b</sup> *Ed. prin.: et*

<sup>690</sup> *Vulgate: -aucrit*

Et species primi generis diuinationis, que fit per expressam demonum inuocationem, sunt<sup>a</sup> prestigium, diuination somniorum, nigromancia, diuination phitonica, geomancia, idromancia, aeromancia, piromancia et ariolorum cultus (Thomas, *Secunda Secunde* q. xcvi | et xxvi q. iij “Jgitur”<sup>78A</sup> et q. v “Nec mirum”). Species denique secundi generis: genealiticus,<sup>b</sup> aurspices,<sup>c</sup> augures, omen seruantibus,<sup>d</sup> chyromantia et spatulamancia. Species etiam tercij generis variantur secundum omnia illa que sortium nomen habent ad inquirendum aliquid occultum, scilicet per considerationem punctorum, festucarum, figurarum in plumbo liquefactarum, et de his Thomas (ubi supra) et xxvi q. iij et iiii per totum.

Tamen hec omnia crimina maleficarum flagicia excedunt, quod de prestantioribus speciebus deducitur, vnde et de minoribus non difficultatur. Nam in prima specie, vbi<sup>691</sup> aliqui prestigiosis quibusdam apparitionibus sensus humanos decipiunt, vt res corporalis aliter sentiat per sensum visus aut tactus, vt in precedentibus tactum est de modo prestringendi, malefice his non contente circa membra generatiue potentie illa interdum prestigiosa apparitione auferendo, licet non in rerum veritate, etiam ipsam generatiuam | potentiam pluries auferunt, ne mulier<sup>78B</sup> concipere aut vir actum exercere valeat, etiam remanente membro absque prestigiosa illusionem; post conceptum etiam aborsum procurant; sepe procurant cum innumeris alijs malis; in diuersis etiam formis bestiarum apparent, vt in superioribus patuit.

In secunda denique specie, que<sup>692</sup> et nigromancia dicitur et fit per mortuorum apparitionem vel locutionem, cum, vt dicitur tercio libro *Ethimologiarum*, nigros Grece mors dicitur Latine, mancia vero diuination, faciunt autem talia per sanguinem hominis aut alicuius animalis super quibusdam characteribus, scientes demones sanguinem amare, id est, eius effusionem et peccata. Vnde fit vt vbi mortuos ab inferis se vocare putant ad respondendum ad interrogata, demones in eorum similitudinibus apparentes talia exercent, et huiusmodi artis erat illa

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: sint

<sup>b</sup> *Sc.*: geneathlici

<sup>c</sup> *Sc.*: harus-

<sup>d</sup> *Sc.*: -es

<sup>691</sup> *Cf. Aq., Summa 2/2.95.3.Co.*: Quandoque quidem prestigiosis quibusdam apparitionibus se aspectui et auditui hominum ingerentes ad prenuntiandum futura, et hec species vocatur prestigium ex eo quod oculi hominum prestringuntur.

<sup>692</sup> *Cf. Aq., Summa 2/2.95.3.Co.*: Quandoque autem per somnia, et hec species vocatur nigromantia: “nigrum” grece “mortuus”, “mantia” “diuination” nuncupatur: quia quibusdam precantationibus, adhibito sanguine, videntur resuscitati mortui diuinare et ad interrogata respondere.

maga et phitonissa, de qua *primo Regum* xxviii, que ad instantiam Saulis  
 78C Samuelem suscitauit. Nec ex hoc putet<sup>a</sup> quis talia esse licita, quod scrip-  
 tura commemorat animam iusti prophete ab inferis vocatam Sauli euen-  
 tum futuri belli etiam per mulierem phitonissam aperuisse,<sup>693</sup> quia, vt  
 Augustinus<sup>694</sup> dicit (*Ad Simplicianum*), non est absurdum credere ali-  
 qua dispensatione permissum fuisse vt non dominante arte magica vel  
 potentia, sed dispensatione occulta, que phitonissam et Saulem latebat,  
 se iusti spiritus ostenderet regis aspectibus diuina eum sententia per-  
 cussurus, vel non vere spiritus Samuelis a sua requie est excitatus, sed  
 aliquod fantasma et illusio demonum imaginaria diaboli machinationi-  
 bus est facta, quam appellat Samuelem scriptura, sicut imagines solent  
 suarum rerum nominibus appellari.<sup>695</sup>

Hec ex responsione cuiusdam argumenti super questionem an diuina-  
 tio que fit inuocatione demonum sit illicita (*Secunda Secunde* q. xcv arti.  
 iiii “Ad secundum”). Sed si lectori placet, videat responsionem super  
 78D vltimum argumentum questionis an gradus prophetie sint in beatis in  
 eadem *Summa* q. clxxiii. Inspiciat etiam dictum<sup>b</sup> Augustini (xxvi q. v  
 “Nec mirum”). Sed hec parum ad maleficarum opera, que nullam in  
 se retinent speciem pietatis, vt intuenti eorum<sup>c</sup> opera patet, sanguinem  
 innocentem fundere non cessantes, occulta queque diabolicis instruc-  
 tionibus manifestantes, nec viuis aut mortuis parcunt, vbi animas cum  
 corporibus interimunt.

In tertia denique specie, que et somniorum diuiniatio dicitur,  
 dupliciter obseruatur: primo quando quis vtitur somnijs vt valeat<sup>d</sup>  
 aliquod occultum inuestigare<sup>696</sup> ex<sup>697</sup> reuelatione malorum spirituum  
 cum quibus habentur pacta expressa, quando scilicet ad hoc inuocan-  
 tur; secundo vero quando quis vtitur somnijs ad cognoscendum futura  
 secundum quod somnia procedunt ex reuelatione diuina vel ex causa

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -at

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -i

<sup>c</sup> *Sc. earum*

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: ve-

<sup>693</sup> *Cf. Aq., Summa 2/2.95.3.Ag2.* Sed Saulo interroganti de euentu futuri belli a muliere habente spiritum pythonis apparuit Samuel, et ei futurum euentum pre dixit.

<sup>694</sup> *Start of Aq., Summa 2/2.95.4.Raz*

<sup>695</sup> *End*

<sup>696</sup> *Cf. Aq., Summa 2/2.95.3.Co. (re the kind of divination called sortes):* pertinet ... ad aliquod occultum inquirendum.

<sup>697</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 2/2.95.6.Co.:* ... si quis vtatur somnijs ad precognoscenda futura secundum quod somnia procedunt ex reuelatione diuina, vel ex causa naturali intrinseca siue extrinseca, quantum se potest virtus talis cause extendere, non erit illicita diuiniatio. Si autem huiusmodi diuiniatio causetur ex reuelatione demonum cum quibus pacta habentur expressa, quia ad hoc inuocantur, siue tacita, quia huiusmodi diuiniatio extenditur ad quod se non potest extendere, erit diuiniatio illicita et superstitiosa.

naturali intrinseca vel extrinseca. Quantum potest se extendere, talis virtus non erit illicita diuinatione.<sup>698</sup> Hec Thomas (ubi supra).

Pro cuius intelligentia, vt predicatorum nucleum ad minus habent, notandum ad primum de angelis, quod cum angelus | sit limitate vir-<sup>79A</sup> tutis, efficacius reuelare potest aliquod futurorum anime disposite quam indisposite.<sup>699</sup> Dispositio autem fit post sedationem motuum exteriorum et interiorum, vt quando silentes sunt noctes et sedati sunt motus fumositatum, et hoc fit circa auroram quando digestio est completa, et hoc dico de nobis peccatoribus similibus quibus angeli ex diuina pietate ad prosecutionem officij aliqua reuelant, aut tempore studij in aurora intellectum de occultis scripturarum informant.<sup>a</sup> Presidet enim angelus bonus intellectui sicut deus voluntati, et corpora celestia nostris corporibus, alijs autem perfectioribus<sup>b</sup> quibuscunque potest et quacunque hora reuelare vigilando et dormiendo, quamuis et iuxta philosophum in *De Somnio et Vigilia* sunt magis apte recipere reuelationes, vt dictum est, vno tempore quam altero, prout ceteri magi facere consueuerunt.

Ad secundum. Nota<sup>700</sup> quod ex naturali sollicitudine nature de regimine corporis contingit quod quedam futura habent causam naturalem in homine somniante, et tunc illa somnia seu visiones sunt tan-<sup>79B</sup> tummodo signa et non cause, sicut ex parte angeli dictum est, et hoc

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -ante

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -toribus

<sup>698</sup> *End*

<sup>699</sup> *For the whole parag. cf. Aq., Sent. 2.7.2.2. Rab.*: Quandoque tamen somnium est signum euentus futuri. Hoc autem contingit dupliciter, vno modo ex parte illa qua cognitionem a corpore accipit, in quantum imprimitur in ipsum virtus corporis celestis. Ex motibus enim corporum celestium relinquuntur quedam impressiones et motus, que sunt signa motuum celestium in corporibus inferioribus, et secundum quod isti motus perueniunt ad imaginationem, figurantur imagines illorum effectuum ad quos disponunt motus celestes, secundum similitudinem magis vel minus expressam, secundum quod virtus imprimens est fortior vel debilior, et secundum quod virtus recipiens est magis disposita vel minus et magis quieta ab alijs occupationibus: et propter hoc huiusmodi sentiuntur in dormiendo, quia anima vacat ab exterioribus motibus, et precipue in nocte et circa horam digestionis complete. . . . Alio modo secundum quid anima cognitionem accipit ex influentia luminis substantie separate, vel dei vel angeli, cui vehementius coniungitur quanto magis ab occupatione corporis cessat, et propter hoc reuelationes in somnijs fiunt et in illis precipue quorum anima corporis affectionibus non subditur, et quanto eorum imaginatio magis obedit intellectui, tanto figurantur in ea expressiores similitudines, et propter hoc virtutes morales multum faciuntur ad scientiam, et precipue virtus castitatis. . . . *See also Aq., Summa 1.84.8. Ruz., and 2/2.95.6. Co.*

<sup>700</sup> *Cf. Aq., Sent. 2.7.2.2. Rab.*: . . . diuinationes, etiam que in somnijs sunt, reducuntur in aliqua signa vel causas naturales. Hoc autem contingit dupliciter: vno modo in his quorum causa est in ipso somniante, et hoc contingit dupliciter: vel ita quod ipsum somnium est causa euentus futuri, sicut quando quis propter hoc quod in somno videt mouetur ad aliquid faciendum, vel est signum futuri cuius causa in ipso est, sicut quando quis somniat se comedere dulcia, significatur quod phlegma dulce in eo dominetur, ex quo medicus potest aliquem euentum futurum conijcere vel morbi vel salutis. . . .

accidentium futurorum in homine vt sanitatis vel egritudinis vel periculi etc. Et hec est sententia Aristotelis<sup>a</sup> (vbi supra), quia natura representat in somnis anime aliquas dispositiones que sunt in corpore ex quibus postea contingit infirmitas vel aliud, vt si quis somniet de occupationibus igneis, signum est quod predominatur in eo colera, si de aeris, vt de volatu et huiusmodi, signum est sanguinis, si aque vel alterius liquoris aquei, signum est flegmatis, si de terreis, signum est melancolie, et ideo per somnia quandoque iuuantur medici ad cognoscendum dispositiones corporis, vt etiam dicit philosophus in eodem libro.

Sed hec iterum leuia sunt per comparationem ad somnia a maleficis superstitiose obseruata. Nam si corporaliter, vt supra tactum est, nolunt transferri sed tantum imaginarie cernere que a consodalibus maleficis perpetrantur, reponere se habent | ad sinistrum latus in nomine  
79C sui diaboli et omnium demoniorum, vnde fit vt ei singula imaginaria visione representantur. A simili si aliqua occulta scire pro se vel alijs hominibus volunt, a demonibus per somnia instruuntur non per tacita sed per expressa cum eis pacta inita, nec iterum per quodcunque pactum quocunque modo per aliquod sacrificium alicuius animalis seu sacrilege deprecationis<sup>b</sup> aut cultus etiam latræ exhibitionis<sup>c</sup> sed seipsas in anima et corpore demonibus offerentes, fidem penitus sacrilego ore abnegando. Nec his contente etiam proprios aut alienos infantes demonibus offerunt aut interimunt, de quibus supra habitum est.

In quarta denique specie, que<sup>701</sup> per phitones (a “Phiton Appolline” iuxta Isidorum, qui auctor diuinandi dicitur fuisse) exercetur non per somnia aut per mortuorum allocutionem, sed per viuos, vt in arreptitijs, qui sic arrepti a demonibus vel voluntarie aut inuoluntarie ad  
79D predicendum tantummodo futura,<sup>702</sup> et non ad alia flagicia perpetrando agitantur. Qualis fuit illa puella de qua *Actuum* xvi clamando post apostolos quod essent veri serui dei, vnde indignatus Paulus imperauit spiritui exire ab ea. Patet quod modica sit comparatio per respectum ad maleficas et eorum<sup>d</sup> opera, que vtique sic ob magnitudinem facinorum et enormitatem criminum iuxta Isidorum, vt supra habitum est, nuncupantur. Vnde causa breuitatis de alijs minoribus speciebus diuinationum hec

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -til-

<sup>b</sup> *Sc.* sacrilegam deprecationem

<sup>c</sup> *Sc.* exhibitionem

<sup>d</sup> *Sc.* earum

<sup>701</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 2/2.95.3.Co.*: Quandoque vero per mortuorum aliquorum appationem vel locutionem . . . quandoque vero futura pronuntiant per homines viuos, sicut in arreptitijs patet, et hec est diuinatio per pythones. Et vt Isidorus dicit, pythones a Pythone Apolline sunt dicti, qui dicebatur esse auctor diuinandi.

<sup>702</sup> *End*

probare non expedit, vbi maiores excedere noscuntur. Nam vbi predicatori placet applicare alias species, vt geomantiam,<sup>703</sup> que fit circa corpus terrestre vt in vngue vel in ferro vel lapide polito, idromantiam, que fit in aqua vel crystallo, aremantiam,<sup>a</sup> que fit in aere, piromantiam, que fit in igne, ariolorum, que in visceribus animalium imolatorum in aris demonum,<sup>704</sup> licet he omnes per expressam demonum inuocationem fiant, nulla tamen est comparatio | ad maleficia maleficarum, cum ad <sup>80A</sup> nullum nocumentum hominum, iumentorum et terre frugum tendunt directe, sed ad futurorum precognitionem. De alijs etiam speciebus diuinationum, que<sup>705</sup> cum tacita inuocatione et etiam per tacitum, vt sic, pactum erga demones practicantur, vt sunt generalitici<sup>b</sup> seu astrologi sic dicti propter natalium considerationes, aruspices, qui dies et horas obseruant, augures, qui gestus vel garritus auium <obseruant>, et omen <seruantes>,<sup>c</sup> qui verba hominum obseruant, et chyromantici, qui ex lineamentis manuum aut spatulis animalium diuinant,<sup>706</sup> si cui placet, inspiciat *Preceptorium* Nider circa secundum preceptum, et plura inueniet quomodo sint licita et quomodo non. Maleficarum vero opera nunquam sunt licita.

DECIMASEPTIMA EST DECLARATIUA QUARTEDECIME  
GRAUITATEM CRIMINIS AD PECCATA QUECUNQUE  
DEMONUM COMPARANDO

SED ET TANTA EST earum facinorum | magnitudo quod etiam malo- <sup>80B</sup>  
rum angelorum peccata et ruinam excedunt, et si in culpis, quomodo non

<sup>a</sup> Sc. areo- (so Aq.)

<sup>b</sup> Sc.: geneathlici

<sup>c</sup> Cf. 78A, though the lack of the word may reflect clumsy adaptation.

<sup>703</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 2/2.95.3.Co.: Que [sc. signa] quidem si appareant in aliquo corpore terrestri, puta in ligno vel ferro aut lapide polito, vocatur geomantia; si autem in aqua, hydromantia; si autem in aere, areomantia; si autem in igne, pyromantia; si autem in visceribus animalium immolatorum in aris demonum, vocatur aruspicium.

<sup>704</sup> End

<sup>705</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 2/2.95.3.Co.: Diuinationem autem que fit absque expressa demonum inuocatione in duo genera diuiditur. . . Et si quidem aliquis conetur futura prenoscere ex consideratione situs et motus siderum, hoc pertinet ad astrologos, qui et generalitici dicuntur propter natalium considerationes dierum; si vero per motus vel voces auium seu quorumcunque; siue per sternuntationes hominum vel membrorum saltus, hoc pertinet generaliter ad augurium, quod dicitur ab garritu auium, sicut aruspicium ab inspectione auium. . . Si vero huiusmodi consideratio fiat circa verba hominum alia intentione dicta que quis retorquet ad futurum quod vult prenoscere, hoc vocatur omen. . . Si autem considerentur aliquae dispositiones figurarum in aliquibus corporibus visui occurrentes, erit alia diuinationis species. Nam ex lineamentis manus consideratis diuinatione sumpta chiromantia vocatur. . . Diuinatione vero ex quibusdam figuris in spatula alicuius animalis apparentibus spatulimantia vocatur.

<sup>706</sup> End

etiam in infernalibus supplicijs? Et hoc quidem quo ad culpas demonstrare non est difficile varijs rationibus.

Primo. Nam<sup>707</sup> licet eius peccatum sit irremissibile, hoc tamen non est propter magnitudinem criminis, habendo respectum ad eorum naturalia, et precipue secundum opinionem illorum qui dicunt eos tantum in naturalibus et nunquam in gratuitis fuisse creatos, et quia bonum gratie excedit bonum nature, ideo illorum peccata qui a statu gratie cadunt, prout malefice fidem susceptam in baptismo abnegantes existunt, eorum vtiq̄ue peccata excedunt. Si vero dicamus eos in gratia fuisse creatos, licet non confirmatos, sic etiam malefice, licet non create<sup>a</sup> in gratia, tamen a gratia sponte ceciderunt, sicut et ille volens peccauit.<sup>708</sup>

Secundo demonstratur. Nam licet eius peccatum sit irremissibile varijs de causis alijs – puta secundum Augustinum quia nullo suggerente  
80C | peccauit, ideo etiam nullo reparante redire debet,<sup>709</sup> vel quia secundum Damascenum contra dei formam intellectu peccauit et cognitio quanto est nobilior, tanto peior est error – seruus enim sciens voluntatem domini sui etc. – uel iterum secundum eundem Damascenum quia non est susceptibilis penitentiae, ideo nec venie, et hoc ex natura sua, que quia spiritualis tantummodo est, semel vertibilis eo quod se totam conuertit, quod in homine non fit vbi caro semper repugnat spiritui, vel iterum quia in excelso loco peccauit vt in celo, homo autem in terra: his tamen non obstantibus eius culpa in multis alijs minoratur comparatiue ad maleficarum flagicia: primo in hoc quod ille iuxta Anselmum in quadam oratione nulla precedente delicti vindicta superbiens peccauit, malefice vero post tantas penas sepe multis alijs maleficis inflictas, imo et post penas quas percipiunt in ecclesia diabolo occasione sue ruine inflictas omnia hec contemnunt et non ad minima peccata mortalia, vt  
80D | ceteri peccatores qui ex | infirmitate aut malicia absque habitu malicie peccant, sed ex profunda cordis malicia ad horrenda flagicia properant; secundo, quia licet triplex sit status mali angeli, innocentie, culpe et miserie seu pene, ipse tamen sic ab innocentia semel tantum cecidit, et quod ad illam nunquam restitutus fuit, peccator autem ad innocentiam

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -i

<sup>707</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.21.2.2.Aq4*: Preterea, videtur quod etiam irremissibile fuerit [sc. peccatum Ade], quia bonum gratie excedit bonum nature. Angelus autem per peccatum a statu naturalium tantum cecidit secundum opinionem illorum qui dicunt eos in naturalibus creatos, homo autem etiam a statu gratie cecidit.

<sup>708</sup> *End*

<sup>709</sup> *Cf. Aq., Summa 1.64.2.Aq4*: Preterea, Gregorius dicit quod homo per alium reparari potuit, qui per alium cecedit . . . ; *and Raq*: Ad quartum dicendum quod non est tota causa quare peccatum hominis sit remissibile quia alio suggerente peccauit . . .

per baptismum restitutus iterum ab illa<sup>a</sup> cadens multum profundatur, et super omnes ipse malefice, vt earum flagicia demonstrant; tercio, ille contra creatorem, nos autem, et super omnes ipse malefice, contra creatorem et redemptorem etc.; quarto, ille dereliquit deum, permittentem videlicet eum peccare et non ex pietate eum prosequentem, nos autem, super omnes ipse malefice, peccatis elongamur a deo permittente et ex pietate nos continuo prosequente et beneficijs plurimis nos preuenientem; quinto, ille perstat in malicia deo reprobante et suam gratiam non apponente, nos miseri currimus | in illam maliciam deo continuo 81A  
reuocante; sexto, ille manet obduratus ad punientem, nos obdurati ad blandientem: etsi ambo contra deum, tamen ille contra se requirentem, nos contra pro nobis morientem, quem, vt premisimus, super omnes malefice dehonestantes offendunt.

*Solutiones argumentorum etiam declarant veritatem per  
comparationem*

AD ARGUMENTA.

Ad primum patet responsio per ea que in principio corporis questionis tacta sunt, vnde videlicet aliquod peccatum debeat censi grauius altero, et quomodo peccata maleficarum grauiora cunctis quo ad culpam existunt.

Ad aliud quo ad penam dicendum quod sicut culpa<sup>710</sup> Ade ita et eius pena dupliciter consideratur vel quo ad personam vel quo ad naturam totam, videlicet posteritatem ex eo secutam.<sup>711</sup>

Primo modo. Sicut<sup>712</sup> maiora peccata fuerunt post eum perpetrata quia videlicet ipse solummodo peccauit faciendo illud quod erat malum non secundum se | sed quia prohibitum,<sup>713</sup> fornicationes vero, adulteria, 81B  
et homicidia vtroque modo mala sunt, scilicet secundum se et quia prohibita: ideo etiam grauior pena eis debetur.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -o

<sup>710</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.21.2.2.R13*: ... dicendum quod pena peccati Ade dupliciter dicitur: vna que debetur sibi in quantum est quoddam singulare peccatum et personale, et sic multis alijs peccatis grauior pena debita fuit; alia que debetur sibi indirecte ratione infectionis originalis ex ipso create, et sic maxima pena ipsum primum peccatum secuta est.

<sup>711</sup> *End*

<sup>712</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.21.2.2.SCI*: Sed contra, illud quod habet plures rationes mali magis est malum. Sed Adam peccauit faciendo illud quod erat malum solum quia prohibitum, multi autem peccant faciendo illud quod est vtroque modo malum, et secundum se et quia prohibitum. Ergo videtur quod multorum peccata grauiora sint peccato Ade.

<sup>713</sup> *End*

Secundo vero modo. Licet maxima pena primum peccatum secuta est, hoc tamen est per indirectum, inquantum videlicet per eum tota posteritas originali peccato fuit infecta, eo quod ipse primus parens omnium pro quibus omnibus solus filius dei satisfacere potuit potentia ordinata, pro suo autem personali medietate diuina gratia penituit et saluatus post solutionem factam per Christum. Incomparabiliter autem peccata maleficarum excedunt in grauitate, non contente<sup>a</sup> de suis personalibus peccatis et perditionibus, cum etiam innumeras alias post se continue trahunt.

Ad tertium dicendum ex prehabitis quod<sup>714</sup> hoc fuit per accidens in peccato Ade quod maiorem lesionem intulit, ex hoc videlicet quod naturam integram inuenit et quod corruptam necessario, non voluntarie, transfundere habuit, vnde non sequitur quod suum peccatum simpliciter  
81C grauius ceteris fuit, tum etiam quia hec idem etiam sequentia peccata fecissent si talem naturam inuenissent, sicut et secundum mortale peccatum non priuat gratiam eo quod illam non inuenit, priuaret autem si illam inueniret.<sup>715</sup> Hec est solutio sancti Thome in *Secundo* (di. xxi, ar. ij et in solutione secundi argumenti). Quam solutionem si quis ad plenum vult intelligere, habet considerare quod Adam originalem iustitiam si prestitisset,<sup>b</sup> non transfudisset in posteros, prout Anselmus opinabatur, quia etiam aliquis post eum peccare potuisset: videantur dicta doctoris (di. xx “an pueri mox nati fuissent in gratia confirmati,” item quotlibeto centesimoprimo “an idem qui nunc saluantur homines saluati fuissent si Adam non peccasset”).

SEQUITUR MODUS PREDICANDI CONTRA QUINQUE  
ARGUMENTA LAYCORUM QUIBUS PROBARE VIDENTUR  
SPARSIM QUOD DEUS NON PERMITTAT TANTAM  
POTESTATEM DIABOLO ET MALEFICIS CIRCA HUIUSMODI  
MALEFICIA INFERENDA

81D SIT DENIQUE PREDICATOR PROUIDUS super certa argumenta laycorum vel etiam peritorum quorundam qui intantum maleficas esse negant quod licet maliciam et potentiam demonis ad inferendum ex suo desiderio huiusmodi mala concedant, diuinam tamen permissionem sibi

<sup>a</sup> Sc.-arum

<sup>b</sup> Ed. prin.: p-

<sup>714</sup> *Start of Aq., Sent. 2.21.2.2. Raz:* . . . quod hoc fuit per accidens quod maiorem lesionem intulit, ex hoc scilicet quod naturam integram inuenit, vnde non sequitur quod grauius ceteris fuerit, quia hoc idem etiam sequentia peccata fecissent, si talem naturam inuenissent, sicut et secundum peccatum mortale gratia non priuat, quia eam non inuenit, sed priuaret, si inueniret.

<sup>715</sup> *End*

condescendentem negant, nec volunt quod deus talia fieri permittat, et licet modum arguendi non habeant et in tenebris sicut ceci palpitant, iam vnum, iam alterum medium tangendo, opus tamen est eorum assertiones ad quinque argumenta reducere ex quibus vtiq̄ue omnes eorum cauillationes procedere possunt, et primo quod deus non permittat diabolo sub tanta potestate seuire in homines.

VTRUM AD MALEFICIALEM EFFECTUM a demone per maleficas procurandum semper habet concurrere diuina permissio. Et arguitur quinque argumentis quod deus non | permittit, vnde etiam maleficium <sup>82A</sup> nihil est in mundo, et primum sumitur ex parte dei, secundum ex parte diaboli, tertium ex parte malefice, quartum ex parte morbi, quintum ex parte predicatorum et iudicum qui talia contra eas predicant et iudicant, qui vtiq̄ue nunquam securi essent.

Primo sic. Deus punire potest hominem propter peccata, et punit gladio, fame et mortalitate, item diuersis alijs infirmitatibus, varijs et innumeris, quibus humana conditio subiacet, vnde quia opus ei non est adiungere alias punitiones, ideo non permittit.

Secundo sic ex parte diaboli. Si vera essent que predicantur, quod videlicet vim generatiuam impedire possunt, vt videlicet mulier non concipiat, vel si concipiat, quod aborsum faciat, vel si non aborsum, quod etiam post partum natos interficiunt, vtiq̄ue sic perimere possent totum<sup>a</sup> mundum,<sup>716</sup> et iterum posset dici quod opera diaboli essent fortiora operibus dei,<sup>717</sup> scilicet sacramento matrimonij, quod est opus dei.

Tertio ex parte hominis. Nam videmus si maleficium debet esse ali- <sup>82B</sup> quid in mundo, tunc aliqui homines plus alijs maleficiuntur. De quo si queritur, vtiq̄ue dicitur hoc esse propter punitionem peccatorum, sed hoc est falsum, ergo et illud quod maleficia sint in mundo. Falsitas autem probatur ex eo quia tunc maiores peccatores amplius punirentur, hoc autem est falsum, cum minus puniantur quam alij, interdum iusti, quod etiam cernitur in pueris innocentibus qui asseruntur maleficiari.

Quarto potest addi et aliud argumentum ex parte dei. Hoc quod quis impedire posset et non impedit sed fieri permittit, vtiq̄ue iudicatur ex sua voluntate processisse, sed deus cum sit summe bonus, non potest velle malum, ergo non potest permittere vt fiat malum, quod ipse impedire potest.

Item ex parte morbi. Defectus et infirmitates qui dicuntur maleficiales similes etiam sunt defectibus et infirmitatibus naturalibus, id est, qui ex

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -cum

<sup>716</sup> Cf. *Aq., Sent. 4.34.1.3.Ag1* (quoted in n. 447)

<sup>717</sup> Cf. *Aq., Sent. 4.34.1.3.Ag2* (quoted in n. 8)

defectu nature procedunt. Quod enim aliquis claudicat, excecatur vel rationem perdit vel etiam | moritur ex defectu nature contingere possunt, vnde non possunt secure maleficis ascribi.

Vltimo ex parte iudicum et predicatorum qui cum talia aduersus maleficas predicant et practicant, vtique propter ingens odium a maleficis contra eos conceptum nunquam essent securi.

Sed contra. Argumenta sumantur ex questione prima super tertium principale prime partis tractatus et proponantur illa que sunt magis ad populum,<sup>a</sup> quomodo videlicet permittit mala fieri, licet non velit malum fieri, permittit autem propter admirabilem perfectionem vniuersi, que consideratur in hoc quod bona commendantur eminentius et magis placent et sunt laudabiliora dum comparantur malis (habentur ibi auctoritates).

Item profunda dei diuine sapientie, iusticie et bonitatis relucent quae alias essent occulta.

Et breuiter pro decisione questionis possunt colligi ex his que ibi tanguntur varia documenta pro informatione populi, videlicet quod deus iuste duos casus permisit, scilicet angelorum | et primorum parentum, qui cum sint maiores omnibus alijs casibus, non mirum si alij minores permittantur, qualiter autem sunt maiores quo ad causalitatem, non quo ad alias circumstantias secundum quas peccata maleficarum, vt in tertia questione tangitur, et malorum angelorum et primorum parentum peccata excedunt, et quare deus iuste permisit illos primos casus tangitur in secunda questione, ex quibus plurima colligere et dilatare potest ad suum placitum.

Sed ad respondendum super argumenta.

Nam ad primum: cum dicitur deus sufficienter punit per naturales infirmitates, mortalitates (gladio et fame), responderetur ex tribus.

Primo quia deus non limitauit suam virtutem ad naturalem processum aut etiam ad influentias corporum celestium, vt videlicet preter illa agere non possit, ideo et preter illa sepissime egit in punitionem peccaminum mortalitates et alia inferendo preter omnem influentiam corporum <celestium>, sicut in punitione peccati superbie in Dauid super mortalitatem inflictam populo propter populi numerationem etc.

Secundo hoc vtique congruit diuine sapientie, que cum rebus omnibus sic administrat vt eas proprijs motibus agere sinat, ideo sicut non conuenit maliciam demonis omnino impedire sed potius decet ipsam

<sup>a</sup> While the phrase magis esse ad seems unacceptably elliptical, cf. the idiom magis/potius videri ad in the decretal quoted on 193A.

permittere vt agat quantum ad bonum vniuersi spectare potest, licet continuo etiam refrenatur per bonos angelos vt non tantum noceat quantum nocere vellet, ita etiam non conuenit maliciam humanam refrenare super ea ad que ex libertate arbitrij potest, vt est fidem abnegare et seipsum demoni deuouere, que vtiq̄ facere in potestate sunt voluntatis humane. Ex quibus etiam duobus cum deus maxime offenditur, iuste permittit ea que a malefica desiderantur et propter que fidem abnegauit et ad que diaboli potentia se extendit, vt est hominibus, iumentis et terre frugibus posse nocere.

Tertio deus iuste permittit illa mala fieri per que diabolus etiam per indirectum maxime torquetur et summam recipit displicentiam. Sed per illa mala que a maleficis virtute demonum fiunt per indirectum diabolus maxime torquetur dum contra suam voluntatem deus omnibus malis ad gloriam sui nominis, ad fidei commendationem, ad electorum purgationem et cumulum meritorum vitur. Certum est enim quod inter omnes displicentias quas diabolus ex superbia quam semper contra deum erigit <recipit> iuxta illud "Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper,"<sup>718</sup> hec precipua est qua sibi displicet quod deus omnia sua machinamenta in sui gloriam etc. conuertit. Iuste ergo deus cuncta permittit.

Ad secundum superius responsum est, et oportet respondere ad duo que includuntur in argumento, scilicet quod non dicitur diabolus fortior deo nec eius factura. Jmo cernitur quod minime virtutis existit, cum nihil possit nisi permissione<sup>a</sup> diuina, vnde eius virtus potest dici minima comparando ad diuinam permissionem, licet sit maxima comparando ad virtutes corporales quas naturaliter excedit, iuxta illud sepe allegatum "Non est potestas super terram que ei valeat comparari" (*Job xli*).

Alterum ad respondendum, cur videlicet deus potius super vim generatiuam permittit maleficia fieri quam super alios actus humanos, de quibus etiam supra tactum est in materia de permissione diuina sub titulo "Quomodo malefice vim generatiuam et actum venereum impedire possunt." Est enim hoc propter feditatem illius actus et quia originale peccatum inflictum ex culpa primorum parentum per illum actum transfunditur et exemplificatur etiam de serpente, qui primum instrumentum diaboli fuit etc.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: permissione

<sup>718</sup> *Quotation from Aq., Summa 1.64.2.SC*

83D Ad tertium dicendum quod sicut intentio et appetitus diaboli maior est ad tentandum bonos quam malos, licet ex parte tentati magis tentat malos quam bonos, id est, quod amplior abilitas est in malis ad recipiendum tentationem demonis quam sit in bonis, ita etiam plus affectat ledere bonos quam malos, licet maiorem abilitatem ledendi inueniret in malis quam in bonis. Et huius est ratio, quia secundum Gregorium quanto crebrius quis diabolo se subijcit, tanto intollerabiliorem sibi facit ut ei reluctari non possit, sed cum mali crebrius se subijciant diabolo, eis fit tentatio magis intollerabilis et frequentior cum non habeant scutum fidei formate quo se tueantur. De quo scuto apostolus (*Ephesiorum* vi): "In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere."

Sed ex alia parte magis et acrius impugnat bonos quam malos, et ratio quia cum iam possideat malos, non autem bonos, ideo magis conatur per tribulationem trahere ad sui dominium iustos quos non habet quam peccatores possessos, sicut aliquis princeps terrenus magis insurgitur contra illum qui plus aufert de iure suo vel qui plus nocet regno quam contra illos qui non sibi contrariantur.

84A Ad quartum, quod deus permittit mala fieri, non vult tamen mala fieri, ultra premissa que tacta sunt, predicator declarare potest per quinque signa voluntatis diuine, que sunt preceptum, prohibitio, concilium, operatio et permissio. Vide sanctum Thomam, precipue in *Prima Parte*, quia ibi planius declarat (q. xix ar. xij). Nam licet<sup>719</sup> vna sit voluntas in deo, que est ipse deus, sicut et vna eius essentia, tamen per respectum ad eius opera indicatur et significatur nobis eius voluntas multipliciter secundum quod etiam psalmista dicit: "Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius."<sup>720</sup> Vnde<sup>721</sup> voluntas in deo distinguitur non ex parte rei sed ex parte suorum effectuum, ita ut voluntas proprie dicta dicatur voluntas bene placiti, voluntas methaphorice dicta dicatur voluntas signi,<sup>722</sup> in quantum videlicet per signa et methaphora indicatur

<sup>719</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 1.19.11.SC:* Sed contra est, quod voluntas dei est vna, cum ipsa sit dei essentia. Quandoque autem pluraliter significatur, ut cum dicitur: magna opera domini, exquisita in omnes voluntates eius. Ergo oportet quod aliquando signum voluntatis pro voluntate accipiatur.

<sup>720</sup> *End*

<sup>721</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 1.19.11.Co.:* . . . in deo quedam dicuntur proprie et quedam secundum metaphoram . . . Cum autem aliquae passionis humane in diuinam predicationem metaphorice assumuntur, hoc fit secundum similitudinem effectus . . . Et ideo in deo distinguitur voluntas proprie et metaphorice dicta. Voluntas enim proprie dicta vocatur voluntas bene placiti, voluntas autem metaphorice dicta est voluntas signi, eo quod ipsum signum voluntatis voluntas dicitur.

<sup>722</sup> *End*

nobis deum hoc velle, a simili sicut paterfamilias vnam habens in se voluntatem<sup>723</sup> demonstrat illam quinque modis, scilicet per se et per alium. Per se dupliciter, directe et indirecte: directe cum aliquid operatur et tunc est operatio, indirecte autem quando non impedit operantem, sicut et in quarto *Phisicorum* dicitur: remouens et prohibens est mouens per accidens, et quantum ad hoc dicitur signum permissio. 84B

Per alium autem declarat se paterfamilias aliquid velle tripliciter: vel in quantum ordinat aliquem ad aliquid faciendum necessario et prohibendo contrarium (et sic sunt preceptio in preceptis et prohibitio in affirmatiuis et negatiuis preceptis) vel in quantum ordinat aliquem persuasive ad aliqua <vel> conciliatiue (et hoc pertinet ad consilium).

Et sicut voluntas humana manifestatur per hec quinque, sic et ipsius dei. Quod enim preceptum, prohibitio et consilium dicatur voluntas dei, patet per illud (*Matthei* sexto): "Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra," id est, vt in terra impleamus eius precepta, vitemus prohibita et impleamus pro posse consilia. Et similiter quod permissio et operatio dicatur dei voluntas, patet per Augustinum, qui dicit in *Encheridio*: "Nihil nisi omnipotens deus fieri velit, vel sinendo vt fiat vel faciendo."<sup>724</sup> 84C

Ad propositum. Cum dicitur illud: quod quis impedire posset et non impedit iudicatur ex sua voluntate processisse, verum est, sed cum inferitur: deus est summe bonus, ergo non potest velle mala fieri, verum est voluntate beneplaciti et per quatuor signa huius voluntatis, quia non potest operari mala nec precipere mala, nec vt non prohibeat mala et persuadeat bona supererogationis, potest autem velle permittere mala fieri.

Ad aliud, quomodo discernuntur infirmitates ab inuicem, vt vna sit maleficialis, altera naturalis, puta ex defectu nature, responderetur quod varijs modis. Primo, medicorum iudicio (xxvi quest. v. "Non licet"<sup>725</sup> et quest. ij c. "Jllud," vbi verba Augustini ex secundo *De Doctrina Christiana*:

<sup>723</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 1.19.12. Co.*: Potest autem aliquis declarare se velle aliquid vel per seipsum vel per alium. Per seipsum quidem in quantum facit aliquid vel directe vel indirecte et per accidens. Et quantum ad hoc dicitur esse signum operatio. Indirecte autem in quantum non impedit operationem: nam remouens prohibens dicitur mouens per accidens, vt dicitur in viij *Physic*. Et quantum ad hoc dicitur permissio. Per alium autem declarat se aliquid velle in quantum ordinat alium ad aliquid faciendum vel necessaria inductione. quod fit precipiendo quod quis vult et prohibendo contrarium, vel aliqua persuasoria inductione, quod pertinet ad consilium. Quia igitur his modis declaratur aliquem velle aliquid, propter hoc ista quinque nominantur interdum nomine voluntatis diuine tamquam signa voluntatis. Quod enim preceptum, consilium et prohibitio dicantur dei voluntas patet per id quod *Matth.* vi: fiat. . . terra. Quod autem permissio vel operatio dicantur dei voluntas patet per Augustinum, qui dicit in *Enchirid.*: Nihil . . .

<sup>724</sup> *End*

<sup>725</sup> *Decretum 2.26.5.3: liceat*

“Ad hoc genus superstitionis pertinent omnes ligature et remedia que  
 84D medicorum disciplina condemnat in quibuscunque rebus suspendendis  
 atque ligandis”). A simili, vbi medici ex circumstantijs, videlicet etate,  
 complexione sana et subito quasi in ictu oculi immutata et quod non  
 ex defectu sanguinis, stomachi aut labe infirmitas acciderit, iudicant  
 illam non ex defectu nature sed ab extrinseco accidisse, et ab extrinseco  
 vbi non ex venenosa infectione, quia sic sanguis et stomachus malis  
 humoribus esset repletus, tunc ex sufficienti diuisione iudicant effectum  
 esse maleficalem. Item secundo, cum eis existit incurabilis, vt nullis  
 medicaminibus eger potest releuari, imo potius cernunt ipsum aggrauari.  
 Tertio, quia sic subito interdum accidit quod iudicium infirmi super hoc  
 concurrit.

Res gesta vni ex nobis innotuit. Nam quidam de optimatibus ciuitatis  
 Spirensis nimis ceruicose voluntatis vxorem habuit, intantum vt cum  
 ipse libens in omnibus ei complacere studeret, tamen in cunctis fere  
 85A suis affectionibus ei recalcitrabat et verbis contumeliosis semper ipsum  
 molestare satagebat. Accidit inde vt domum ingressus quadam die, cum  
 mulier solito more contra se briganti<sup>a</sup> verbis opprobriosis et ire locum  
 dare et domum exire volebat, ipsa hostium per quod exire habebat cursu  
 veloci anticipando obseruauit et vociferando contestabatur quod nisi  
 eam verberaret, nulla probitas aut honestas sibi inesset. Ad que verba  
 grauia ille manum non animo ledendi extendit et ipsam expansis digitis  
 super spatulam leuiter tangendo, subito ad terram collisus omnem sen-  
 sum perdidit, et per plures septimanas in lecto decumbens grauissima  
 infirmitate detentus fuit. Qua in re pensari potest illam infirmitatem  
 non ex naturali defectu sed per maleficium mulieris sibi accidisse. Plura  
 imo quasi innumera consimilia acta sunt et multis innotuerunt.

Sunt quidam qui per certam practicam experientiam rei capiunt per  
 85B hunc modum. Nam plumbum liquefactum super infirmum tenent et in  
 scutellam plenam aqua infundunt, et si imago aliqua condensata cer-  
 nitur, tunc infirmitatem ex maleficio accidisse iudicant, et quidam, an  
 talis imago opere demonum aut naturali virtute erumpat, vbi interro-  
 gantur, talia practantes respondere solent quod virtute Saturni super  
 plumbum, qui alias malus existit, sicut sol super aurum, maleficium sua  
 virtute ostendere solet. Sed quid de his sentiendum sit, an videlicet prac-  
 tica licita sit aut non, circa tertium principale huius tractatus tractabitur.  
 Canonistis enim videtur licitum, vt vana vanis contundantur, licet the-  
 ologis omnino contrarium videatur, cum non sint facienda mala vt  
 eueniant bona.

<sup>a</sup> Sc. -abat (seemingly a cum-clause and an ablative absolute have been conflated)

Ad vltimum, vbi diuersa queruntur, primo, cur malefice non ditantur; secundo, cur principibus eis fauentibus ad perniciem omnium inimicorum ipsorum non cooperantur; tercio, cur predicatoribus et alijs eos<sup>a</sup> persequentibus non nocere valeant.


Ad primum dicendum quod | ideo vt plurimum malefice non ditantur, vt iuxta complacentiam demonis in contumeliam creatoris quantum possibile est pro vilissimo precio emantur, et secundo ne in diuitijs notentur. 85C

Ad secundum, cur principibus non nocent, causa est manifesta, quia quantum in ipsis est, hoc fit, vt ipsos in amicitia retineant. Et si queritur cur eorum inimicis non noceant, respondetur quia bonus angelus ex altera parte hoc maleficium impedit iuxta illud *Danielis*: "Princeps Persarum restitit mihi vigintiuna<sup>726</sup> diebus." Vide doctores in *Secundo Sententiarum* ("An inter bonos angelos sit pugna et qualiter").


Ad tertium. Dicitur quod ideo nec inquisitoribus aut alijs officialibus nocere possunt, quia publica iusticia vtuntur. Exempla varia ad hoc possent adduci, sed temporis prolixitas non patitur.

<sup>a</sup> Sc. eas

<sup>726</sup> *Vulgate and Aq.*: vno



PARS 2



SECUNDA PARS PRINCIPALIS HUIUS operis. Quia est de modo procedendi qui a maleficis pro maleficijs inferendis obseruatur, et per decem et octo capitula distinguitur cum duabus dumtaxat difficultatibus, quarum vna in principio<sup>a</sup> super remedia preseruatiua, vt videlicet quis maleficiari non possit, altera in fine super remedia amouentia maleficia, et per que maleficiati curari possunt, cum secundum philosophum in quarto *Phisicorum* remouens et prohibens coincidunt et sunt cause per accidens, ideo vt per hec totale fundamentum huius horrende heresis habeatur, circa duo principaliter insistendum erit: primo circa introitum earum et professionem sacrilegam, secundo circa progressum in modo operandi et horrendam obseruantiam, tertio impedimenta salubria contra earum maleficia et remedia preseruatiua. Et quia in moraliam laboramus materia, vnde argumentis varijs et declarationibus vbique insistere opus non est, cum ea que per capitula sequentur sint per prece-

86A

dententes questiones sufficienter discussa, ideo precamur in deo lectorem ne demonstrationem in omnibus querat, vbi accomodata sufficit probabilitas ea deducendo que constant aut visus vel auditus propria experientia aut fidedignorum relatibus esse vera.

Circa primum autem duo principaliter tanguntur: primo diuersi modi ipsius demonis innoxios alliciendi, secundo diuersi modi ipsam heresim profitendi. Circa secundum vero sex per ordinem tanguntur quo ad modum procedendi et curandi: quia primo de his que a maleficis pro se et suis corporibus practicantur; secundo de his que erga alios homines operantur; tertio de his que erga bestias; et quarto de his quibus terre frugibus nocent; quinto de maleficio tantummodo virorum, quibus videlicet maleficijs tantummodo viri et non mulieres insistent; sexto de questione super maleficia amouenda et quibus modis curantur maleficiati. Est ergo prima questio per decem et octo capitula distincta, cum totidem modis in suis ritibus variantur et multiplicantur.

86B

VTRUM QUIS POSSIT PER bonos angelos ita beneficiari quod a maleficis per quoscunque infra scriptos modos non valeat maleficiari.

Et videtur quod non, eo quod per precedentia declaratum est etiam innoxios et innocentes et iustos pluries a demonibus affligi, vt Job et plures pueri innocentes qui cernuntur maleficiati cum multis alijs iustis,

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: prn-

licet non equaliter vt peccatores eo quod non in perditionem suarum animarum, quamuis bonis fortune et corporum affligantur.

86C In contrarium est maleficarum fassio, | quod videlicet non omnes ledere valeant, sed tantummodo illos quos cernunt ex informatione demonum diuino auxilio destitutos.

Responsio. Tria sunt genera hominum beneficiati<sup>a</sup> a deo, quibus illud pessimum genus suis maleficijs nocere non potest, et primi sunt qui publicam contra eos iustitiam exercent aut officio aliquo publico aduersus eos insistunt; secundi qui de<sup>1</sup> ritibus ecclesie seruatis et veneratis, vt per aque benedictae aspersionem, per salis consecrati sumpcionem, per candelarum in die purificationis et frondium in die palmarum consecratorum vsum licitum, cum ad hoc talia ecclesia exorzisat, vt vires demonis imminuant<sup>2</sup> se muniunt, de quibus modis patebit; tertij sunt qui per sanctos angelos varijs et infinitis modis beneficiantur.

86D De primis ratio datur et per varia acta et gesta comprobatur. Quia enim omnis potestas a deo est et gladium portat iuxta apostolum in vindictam malorum et retributionem bonorum, non mīrum quod tunc angelica potestate demones arcentur quando iustitia in vindictam illius horrendi criminis exercetur. Notant ad idem doctores quod quia potestas demonis quinque<sup>3</sup> modis impeditur, in toto vel in parte,<sup>4</sup> primo<sup>5</sup> per terminum sue potestati a deo impositum, sicut de<sup>6</sup> *Job* (<*Job*> primo et secundo) tangitur<sup>7</sup> et de illo de quo in *Formicario* Nider legitur qui iudici<sup>8</sup> fassus fuerat quod dum quidam ipsum inuocasset vt inimicum suum vita priuaret aut in corpore lederet vel ictu fulminis interimeret, “cum vocassem demonem,” ait, “vt eius auxilio talia perpetrarem, respondit mihi quod neutrum facere posset. ‘Habet,’ inquit, ‘fidem bonam et diligenter se signo crucis munit: idcirco non in corpore sed in vndecima parte

<sup>a</sup> Sc. -orum

<sup>1</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.4 (208A):*... constat quod malefici de ritibus ecclesie seruatis et veneratis sua maleficia prepediri fatentur, vt per aque benedictae aspersionem [*sic*] per salis consecrati sumpcionem, per candelarum die purificationis et palmarum in die palmarum consecratarum vsum licitum et per similia, quia ad hoc talia ecclesia exorzisat vt vires demonis minuant...

<sup>2</sup> *End*

<sup>3</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.4 (207B):*... quinque sunt per que multum impediuntur, aliquando in toto, aliquando in parte...

<sup>4</sup> *End*

<sup>5</sup> *Start of Nider, Form. 5.5 (213A)*

<sup>6</sup> *Not in Nider*

<sup>7</sup> *End*

<sup>8</sup> *Start of Nider, Form. 5.4 (207C), which begins:*... exempla talia mihi Petrus (qui supra) retulit que audierat de superdicis maleficijs: “Cum,” inquit, “quidam simplex sed non rectus maleficium me invocaret vt inimicum suum vita priuarem...

fructuum suorum in campo, si libet, ei nocere possum.<sup>10</sup> Secundo<sup>10</sup> impeditur per impedimentum exterius adhibitum, vt in asina Balaam (Numeri<sup>2</sup> xxij); tertio per miraculum impossibilitatis exterius factum,<sup>11</sup> et sunt qui ex singulari priuilegio beneficiantur, de quo (tercium genus 87A hominum qui maleficari non possunt) iam inferius patebit; quarto<sup>12</sup> per dei iudicium singulariter<sup>13</sup> disponentis per obstaculum boni angeli, vt de Asmodeo interficiente sponsos<sup>14</sup> Sare virginis, non autem Thobiam; quinto interdum per cautelam suiipsius, quia non vult interdum diabolus ledere, vt peius inde sequatur, vt cum excommunicatos vexare posset, sicut et Corinthum quem vexauit excommunicatum (Corinthiorum v),<sup>15</sup> tamen non facit, vt fidem ecclesie in clauium potestate eneruat, ideo a simili etiam dicere possumus quod etiam si diuina virtute non arcerentur quando publica iusticia exercetur, adhuc tamen sepe manum seu protectionem a maleficis voluntarie retrahunt, quia vel timent earum conuersionem vel quia desiderant et accelerant earum damnationem.

Actis denique et gestis hec comprobantur. Nam et prefatus doctor refert quod malefici<sup>16</sup> verbo et experientia testimonium dederunt, quod eo ipso quo per reipublice iusticie officiales capiuntur, statim 87B omnis maleficorum eneruatur potestas, vnde et quidam iudex Petrus nomine, de quo et supra mentio facta est, cum quendam maleficum Stadlin nomine per suos famulos capere voluisset,<sup>17</sup> tantus tremor eorum manibus incussus fuit<sup>18</sup> et naribus tam malus fetor illapsus, vt se fere desperaret an maleficum inuadere auderent. Quibus dum<sup>19</sup> iudex imperasset,<sup>20</sup> "Secure miserum inuadite, quia publica tactus iusticia omnes vires

<sup>8</sup> So *Nider*; ed. prin.: nume.

<sup>9</sup> End

<sup>10</sup> Start of adaptation of *Nider*, Form. 5.5 (213B): . . . secundo per miraculum impossibilitatis exterius factum, vt in asina Balaam (Numeri xxij); tertio per impedimentum exterius adhibitum, vt in duobus discipulis a crisia percussis (Luce vltimo) . . .

<sup>11</sup> Pause

<sup>12</sup> Resume

<sup>13</sup> *Nider*: intus

<sup>14</sup> End of direct quote, start of adaptation: sponsos Sare Vxoris Thobie (eiusdem xi); quinto per cautelam suiipsius, quia non vult aliquando quod potest vt peius fiat, vt pater (Cor. v) de Corintho quem vexauit excommunicatum.

<sup>15</sup> End

<sup>16</sup> *Nider* of *Nider*, Form. 5.4 (208B), which begins: De publica vero iusticia omnes malefici (qui supra) . . .

<sup>17</sup> For . . . vnde . . . voluisset *Nider* has: vnde cum sepe dictus iudex Petrus antefatum Scadelem capere vellet per suos famulos . . .

<sup>18</sup> *Nider*: est

<sup>19</sup> Not in *Nider* (and obstructive to the syntax here)

<sup>20</sup> *Nider*: ait

perdet sue nequitie,” et ita rei probauit effectus.<sup>21,22</sup> Nam captus et incineratus fuit propter plurima ab eo perpetrata maleficia, que sparsim hincinde posita sunt et accomodata diuersis materijs.

- Sed et plura que nobis inquisitoribus in officio inquisitionis laborantibus contigerunt, si recitare expediret, vtique animum lectoris in ammirationem verterent, sed quia laus in ore proprio sordescit, potius expedit silentio preterire quam notam inanis glorie incurrere, illis dumtaxat exceptis que a deo in lucem prodierunt, quod celari non possunt.
- 87C In opido nempe Raſuenspurg dum a consulibus malefice incinerande interrogarentur cur nobis inquisitoribus aliqua maleficia, sicut alijs hominibus, non intulissent, responderunt: licet pluries hoc facere attentassent, non tamen potuerunt. Et de causa inquirentibus respondebant se nescire nisi quod sic a demonibus informate fuissent. Quotiens enim nocturnis et diuturnis temporibus nobis infest<sup>a</sup> fuerunt, enarrare non sufficimus, cum iam vt symee, iam<sup>b</sup> vt canes et capre suis clamoribus et insultibus nos inquietarent. De nocte ad orationes, licet indeuotas, surgentibus, extra fenestram loci, que tamen in tanta altitudine erat quod nisi per longissimas scalas quis adire potuisset, ictu validissimo, quasi ad caput de directo percutiebat, acus lintheo quo caput tegebatur inserentes, sic etiam a nobis surgentibus reperiebantur quasi illos capiti nostro immittere arte magica voluissent. Sed laus altissimo, qui sua pietate absque meritis nostris nos tanquam publicos iusticie fidei
- 87D indignos famulos preseruauit.

De secundis vero ratio in se patet. Nam ad hoc exorcizantur ab ecclesia et omnino sunt efficacissima remedia ad preseruandum se ab insultibus maleficarum. Quod si queritur per quem modum quis se munire debet, dicendum primo de his que absque alligationibus sacrorum verborum fuerint,<sup>c</sup> et demum de ipsis sacris carminibus.

Nam de primis licitum est aqua benedicta etiam quecunque honesta loca hominum et iumentorum cum inuocatione sanctissime trinitatis et oratione dominica in saluationem hominum et iumentorum aspergere. Sic enim in exorzismo dicitur vt vbicunque aspersa fuerit careat omni immundicia, liberetur a noxia, non illic resideat spiritus pestilens, etc. Homines enim et iumenta saluat dominus iuxta prophetam vnumquodque pro modulo suo.

<sup>a</sup> Sc. -e

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: iam vt symee cum iam

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -it

<sup>21</sup> *Nider*: exitus siue effectus

<sup>22</sup> *End*

Secundo sicut primum de necessitate, ita hoc secundum, scilicet cereum benedictum accendere, est de congruitate, aspergere videlicet cum tali cereo loca inhabitantia.

Tertio herbas consecratas | adiungere vel fumigare, cum illis habitabiles<sup>a</sup> in aliquo loco occulto coniungere plurimum expedit. Sic enim in ciuitate Spirensi anno eodem quo hic liber est inchoatus contigit, quod dum quedam deuota mulier cum quadam suspecta malefica verba habuisset iuxta morem muliercularum mutuo brigantium rixosa, de nocte tamen cum paruulum lactantem cunis imponere voluisset, et mente reuoluens ea que de die cum suspecta malefica peregisset, timens de periculo pueri herbas benedictas puero supposuit, aqua simili aspersit, sal exorcizatum ori parum immisit, signo crucis muniuit et cunabulo diligenter alligauit. Et ecce circa medium noctis vagientem puerum audiuit, et dum iuxta morem puerum contrectare et cunabulum in alto prope lectum positum mouere voluisset, cunabulum quidem mouit sed puerum contrectare, quia aberat, non potuit. Tremens paupercula et de pueri amissione vehementer dolens, lumine accenso paruulum vagientem sub lectica et in angulo sine tamen lesione reperit. 88A 88B

Qua in re perpendi potest quanta insit exorcismis ecclesie aduersus insidias diaboli virtus. Liquet insuper omnipotentis dei clementia et sapientia, que attingit a fine vsque ad finem fortiter, disponit etiam istorum pessimorum hominum et demonum maleficia suauiter,<sup>23</sup> vt vbi querunt fidem imminuere et infirmare, eandem in multorum cordibus firmant<sup>b</sup> et radicent validius. Vtilitates enim plurime fidelibus ex huiusmodi malis proueniunt, vbi sic fides roboratur, demonis malicia inspicitur, dei misericordia et potestas manifestatur, homines ad sui custodiam actuantur et ad reuerendum Christi passionem et cerimonias ecclesie accenduntur.

Illis etiam diebus sculterus cuiusdam ville, Wissental, dum grauissimis doloribus et torsionibus corporis esset maleficiatus, et quod per maleficia sibi contigisset non tam ab alijs maleficis quantum et per experientiam edoctus fuit. Dixit enim quod singulis dominicis diebus se munire cum sumptione salis et aque benedicte solebat, et quia vno die propter cuiusdam celebrandas obmiserat nuptias, eodem etiam die maleficiatus fuit. 88C

Quid denique de illo in Rauenspurg, cum a diabolo in forma vnus mulieris ad carnalem actum sollicitaretur? Ille plurimum anxius dum desistere nollet diabolus, illi pauperi in mentem venit vt sumptione salis,

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -is

<sup>b</sup> *Sc.* -ent

<sup>23</sup> *Wisdom 8:1*: Attingit enim a fine vsque ad finem fortiter et disponit omnia suauiter.

prout in predicatione audierat, se munire deberet, vnde cum ad introitum stube sal benedictum sumpisset, mulier toruo vultu eum inspexit et quis diabolorum ipsum de hoc docuisset, impropere subito disparuit. Vbi diabolus per se in effigie malefice aut cum presentia corporali malefice affuerat, cum vtrumque facere deo permittente potest.

88D Sed et illi tres socij per viam ambulantes, duo eorum ictu fulminis percussi fuerant et tercius territus cum voces in aere clamantes audisset, "Percutiamus | et illum," altera vox cum respondisset, "Non possumus, quia hodie verbum caro factum est," audiuit. Intellexerat quod ea de causa quia missam audierat et in fine misse euangelium Johannis "In principio erat verbum et" etc. audiuisset, ideo preseruatus fuisset.

89A Sed et per sacra verba corpori alligata, quod miro modo sunt preseruatiua dummodo septem conditiones in ipsis seruentur, de quibus et in vltima questione huius secunde partis mentio fiet, eo quod ibi de remedijs sanatiuis, sicut hic de remedijs preseruatiuis, tractabitur, et illa sacra verba non solum ad preseruandum sed etiam ad curandum maleficiatos tendunt. Plurimum autem sunt preseruatiua locorum, hominum et iumentorum verba tituli triumphalis nostri saluatoris, dum scilicet per quatuor partes loci in modum crucis inscribuntur, "Jesus + Nazarenus + Rex + Judeorum +" vel etiam iungendo nomen virginis Marie aut | euangelistarum aut etiam verba Johannis "Verbum caro factum est."

Tertium vero genus quod a maleficis ledi non potest est singularissimum, vt pote precipua angelica custodia munitum interius et exterius, interius per gratie infusionem, exterius per celestium virtutum, id est, per motores<sup>23</sup> orbium celestium protectionem. Et hoc quidem genus in duabus speciebus electorum diuersificatur, quia vel munitur contra omnia genera maleficiorum, ita quod in nullo ledi possunt, vel quod precipue<sup>24</sup> circa generatiuam potentiam ita castificentur ab ipsis bonis angelis, sicut mali spiritus quosdam malos homines vel inflammant circa vnam vel infrigidant circa aliam per sua maleficia.<sup>25</sup>

Primum de interiori et exteriori protectione quo ad gratiam et quo ad influentias corporum celestium sic declaratur. Nam licet<sup>26</sup> deus per se

<sup>23</sup> Sr.: -um

<sup>24</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.6 (217B)*: ... quero principaliter . . . de beneficijs eorum circa generatiuam potentiam, vt pote an quosdam castificent [*sc.* boni angeli] sicut mali spiritus quosdam malos infrigidant per sua maleficia.

<sup>25</sup> *End*

<sup>26</sup> *Start of adaption of Nider, Form. 5.6 (216D)*: Quicquid enim boni a fonte totius bonitatis. deo. in nostra temporalia et corporalia bona emanat totum secundum beatum Dyonisium per ministerium angelorum habemus, et vt sanctus doctor in quodam loco super iij Sententiarum tradit. cum deus gratiam menti nostre notabilem vult infundere. ad quam licet se nulla creature potestas extendit, tamen ad hanc dispositiue angelus bonus cooperatur, sicut etiam licet ad verbi dei

gratiam infundat menti nostre, ita quod nulli creature potestas ad talem infusionem se extendere potest iuxta illud: “Gratiam et gloriam | dabit dominus,” tamen dispositiue, vt tradit sanctus Thomas in quodam loco super *Tertium Sententiarum*, quando deus aliquam notabilem gratiam vult infundere, angelus bonus cooperatur. Et hoc est quod Dionisius pretendit (quarto capitulo *De Diuinis Nominibus*): “Hec est lex diuinitatis immobiliter stabilita vt ima a summis per media perficiantur,”<sup>27</sup> ita quod quicquid boni a fonte totius bonitatis in nos emanat, totum per ministerium bonorum angelorum habemus.

Demus exempla cum rationibus. Nam licet ad verbi dei conceptionem in virgine beatissima per quam deus homo factus est sola diuina virtus efficienter affuerit, tamen angelico ministerio mens virginis per salutationem et per intellectus confortationem et informationem multum excitata vel ad bonum predisposita fuit. Ratione. Nam et prefati doctoris sententia est quod in homine tria sunt, vt videmus, scilicet voluntas, intellectus | et potentie alie interiores et exteriores affixe membris et organis corporalibus. In primum solus deus agere valet, quia cor regis in manu domini, dispositiue angelus bonus, in quantum intellectum ad veri et boni agnitionem amplius illuminat, ita quod in secundum et deus et angelus bonus agere possunt illuminando, et in tertium similiter bonus angelus ad bonum, et malus angelus, licet deo permittente immissiones malas imprimere potest, tamen in potestate humane voluntatis est tales immissiones factas acceptare vel refutare, quas etiam semper homo cum dei inuocata gratia potest propulsare.<sup>28</sup>

De exteriori etiam custodia, que per motores orbium a deo comunicatur, est<sup>29</sup> communis traditio et magis consona tam sacre<sup>a</sup> pagine quam

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -o

conceptionem in virgine beatissima per quam deus homo factus est sola diuina virtus efficienter affuerit, tamen angelico ministerio mens virginis per salutationem, per confortationem et per informationem multum excitata vel ad bonum predisposita fuit. [*Passage omitted here appears in next paragraph. The adaptation resumes on Nider 217A.*] Est insuper per doctrinam sancti doctoris quod in homine tria sunt in que spiritus separati agere valent, sed differenter, voluntas, intellectus et potentie alie ipsius anime affixe membris organicis corporalibus. In primum solus deus, in secundum tantummodo deus et bonus angelus vt illuminet, et in tertium deo permittente malus spiritus agere potest et imprimere, sed in potestate voluntatis humane est immissiones factas per angelos malos acceptare vel refutare, et talia cum dei inuocata gratia propulsare, vel eadem neglecta dimittere posse.

<sup>27</sup> Also quoted in 31B in a quotation of *Aq.*, De Malo, 3.3. *Ag15*, which gives (without attribution): lex diuinitatis est vltima per media reducere

<sup>28</sup> *End*

<sup>29</sup> *Start of adaptation of the passage omitted from Nider, Form. 5.6 (216D–217A) in the preceding paragraph:* Est prererea communior et magis consona tam sacre pagine quam philosophie naturali ista opinio que tradit omnia corpora celestia regi et moueri virtute angelica, quamobrem a Christo et ab ecclesia virtutes celorum vocantur. A celestibus autem influentijs simpliciter omnia huius mundi corporalia reguntur teste philosopho (primo Metheorum).

philosophie naturali, quod omnia corpora celestia mouentur virtute angelica, et dicuntur motores orbium, et a Christo et ab ecclesia virtutes  
 89D celorum vocantur, et consequenter a celestibus influentijs omnia huius mundi corporalia reguntur, teste philosopho (primo *Metheororum*),<sup>a, 30</sup> quare et dicere possumus: cum deus singularem habet prouidentiam de suis electis, licet quosdam malis huius vite, scilicet penalitatibus, subijcit, quosdam tamen ita preseruat quod in nullo ledi possunt. Et hoc donum recipiunt vel ab angelis bonis ipsis ad custodiam a deo deputatis vel ex influentijs celestium corporum seu a motoribus ipsorum orbium.

Insuper notandum quod licet aliqui contra omnia maleficia muniuntur, aliqui vero contra aliqua et non contra omnia, sunt tamen aliqui qui singulariter a bonis angelis super vim generatiuam ita castificantur quod nullo modo a malis maleficiari circa illam potentiam possunt. Sed de his scribere videtur in parte superfluum, licet in parte foret necessarium propter hoc quod isti qui circa potentiam generatiuam maleficiuntur  
 90A ideo destituuntur angelica custodia quod vel semper sunt in mortali peccato vel nimis libidinoso affectu illis spurcicijs insistent, vnde, etiam vt in prima parte operis tactum est, deus amplius permittit potentiam illam maleficiari, nedum propter eius turpitudinem, quantum et propter hoc quod corruptio primi parentis sub originali contagione in totum genus humanum traducitur.

Dicamus tamen pauca qualiter bonus angelus interdum viros iustos et sanctos beneficiet et precipue circa vim generatiuam. Nam<sup>31</sup> ita factum est de sancto Sereno abbate, de quo refert Cassianus in *Collationibus Patrum* (*Collatione abbatis Sereni prima*). “Hinc,”<sup>32</sup> inquit, “pro interna cordis atque anime castitate nocturnis diurnisque precibus, ieiunij quoque atque vigilijs infatigabiliter insistens cunctos estus carnalis concupiscentie tandem per diuinam gratiam in se extinxisse percepit. Deinde maiori zelo castitatis succensus prefatis vsus remedij a deo petijt, vt interioris hominis castitas in corpus redundaret dei dono. Postremo  
 90B autem veniens<sup>33</sup> ad eum angelus in visione nocturna eiusque velut aperiens ventrem<sup>34</sup> quandam ignitam carnis strumam de eius visceribus euellens<sup>35</sup> suisque omnia vt fuerant locis intestina restituens. ‘Ecce,’ inquit, ‘incentina<sup>b</sup> carnis tue abscisa sunt, et obtinuisse te noueris hodierna die

<sup>a</sup> So *Nider*, ed. prin.: -erorum

<sup>b</sup> So 100 *Nider*

<sup>30</sup> *End*

<sup>31</sup> *Start of Nider*, Form. 5.6 (217B–218C)

<sup>32</sup> *Nider*: hic

<sup>33</sup> *Nider*: ad-

<sup>34</sup> *Nider*: vterum

<sup>35</sup> *Nider*: euellens ac proijciens

perpetuam corporis puritatem iuxta votum quo poposcisti, vt ne ipse quidem naturali motu qui etiam in paruulis atque lactentibus excitatur vterius pulseris.”

Sic etiam<sup>36</sup> de beato Equicio abbate dicit beatus Gregorius (primo libro *Dialogorum*). “Hunc,” inquit, “cum iuuentutis sue tempore acri certamine<sup>a</sup> carnis incentina<sup>b</sup> fatigarent, ipse sue tentationis angustie ad orationis studium sollertiozem fecerunt. Cunque<sup>c</sup> hac in re ab omnipotente deo remedium continuis precibus quereret, nocte quadam assistente angelo eunuchari se vidit, in eiusque visione apparuit quod omnem motum ex genitalibus membris abscederet, atque ex eo tempore ita fuit alienus a tentatione ac si sexum non haberet in corpore.”<sup>37</sup> Ecce quale<sup>90C</sup> beneficium castificationis! Qua<sup>38</sup> virtute fretus ex dei omnipotentis auxilio, vt viris ante preerat, ita cepit postmodum feminis presse.

Ita in *Vitas<sup>d</sup> Patrum* illorum quos sanctus Heraclides, vir religiosissimus, collegit in libro suo quem *Paradisum* nominat, meminit cuiusdam sancti patris et monachi quem Heliam vocat. Hic misericordia motus trecentas feminas in monasterium collegit et regere cepit. Transacto autem biennio iam trigintaquinque annos habens vite tentatus a carne in heremum fugit, vbi biduo ieiunus orans ait: “Domine deus, aut occide me aut libera me ab hac tentatione.” Vespere igitur somnus ei irrepsit, et<sup>39</sup> tres angelos ad se venire vidit, quibus querentibus, cur a monasterio virginum fugisset, nec ille pre verecundia respondere auderet, dixerunt angeli: “Si liberaberis, num redibis curam feminarum gerendo?” Respondit ille quod<sup>40</sup> libens. Tunc illi iuramentum ab eo<sup>90D</sup> excipientes quod exegerant eum eunucharunt. Nam vnus manus, alter pedes, tertius nouacula testiculos eius visus est abscondere, non quod ita vere esset sed quia ita esse videbatur. Querentibusque anne remedium sentiret, respondit ille se plurimum exoneratum. Vnde quinta die ad lugentes feminas redijt, et per quadraginta annos quibus superuixit nec pristine tentationis deinceps scintillam sensit.

Non minus beneficium collatum esse legimus beato Thoma<sup>e</sup> doctore<sup>f</sup> nostri ordinis, qui a consanguineis propter ingressum dicti ordinis

<sup>a</sup> So *Nider*; ed. *prin.*: -men

<sup>b</sup> So too *Nider*

<sup>c</sup> Sc. cum-

<sup>d</sup> So *Nider* (apparently confusing this common noun with the undeclined title *Vitas Patrum*)

<sup>e</sup> Sc. -e (So *Nider*)

<sup>f</sup> Sc. -i (So *Nider*)

<sup>36</sup> *Nider*: sicut

<sup>37</sup> *Pause*

<sup>38</sup> *Resume*

<sup>39</sup> *Not in Nider*

<sup>40</sup> *Nider*: quam (presumably the text here is a misunderstanding of 93)

incarceratus, vt per meretricem seduceretur ad seculum, tentatus est, que per consanguineos immissa veste et ornatu comptissimo. Cum doctor eam intuitus fuisset<sup>41</sup> ad materialem ignem cucurrit, titionem ignitum arripuit et suggestricem ignite libidinis e carcere fugauit, et orationi<sup>42</sup> statim pro castitatis dono prostratus<sup>43</sup> obdormiuit, vbi duo angeli ei apparuerunt, dicentes: “Ecce dei ex parte te<sup>44</sup> cingimus cingulo castitatis, quod | nulla possit de cetero<sup>45</sup> impugnatione dissolui. Et quod humana  
91A virtute meritis non acquiritur, ex<sup>46</sup> parte dei confertur ex dono.” Sensit igitur cincturam,<sup>47</sup> scilicet tactum cincture, et exclamando euigilauit. Deincepsque<sup>48</sup> tanto munere castitatis se dotatum sensit vt ab eodem tempore omnem abhorreret luxuriam, vt nec<sup>49</sup> sine necessitate feminis colloqui posset, sed perfecta castitate polleret.<sup>50-51</sup>

Hec ex *Formicario* Nider.

Hij igitur tribus generibus hominum demptis nemo securus a maleficis, quin ex decemetocto modis infra scriptis aut maleficiatur aut ad maleficiandum tentatur et incitatur. De quibus per ordinem primo est disserendum, vt post eo clarius quibus remedijs maleficiati possint releuari discutiatur, et vt eo clarius pateant ipsi decemetocto modi per totidem capitula deducuntur, vt primo circa maleficarum introitum pateant diuersi modi per quos ipse malefice innoxias iuenculas in augmentum illius perfidie attrahunt; secundo de modo sacrilege professionis  
91B earum, vbi et quedam declaratio omagij prestandi ipsi diabolo inducitur; tertio de modo quo localiter transferuntur in corpore vel in spiritu; et quarto quo se incubis demonibus subiiciunt; quinto de modo generali, prout per sacramenta ecclesie sua maleficia exercent, et in speciali de modo quo demptis corporibus celestibus quasunque creaturas deo permittente inficere solent; sexto de modo quo vim generatiuam impedire solent; septimo super modum quo membra virilia auferre prestigiosa arte solent; octauo super modum quo homines in bestiales formas transmutare solent; nono super modum quo demones intra capita sine lesione existunt, quando prestigiosas apparitiones operantur; decimo

<sup>41</sup> For this clause, Nider has: Hanc enim sanctus doctor intuens

<sup>42</sup> Nider: in orationeque

<sup>43</sup> Nider: positus

<sup>44</sup> Nider: dei te ex parte

<sup>45</sup> Nider: -a

<sup>46</sup> Nider: tibi ex

<sup>47</sup> Nider: cincturam sanctus vir

<sup>48</sup> Nider: deinceps

<sup>49</sup> Not in Nider!

<sup>50</sup> Nider: pollet

<sup>51</sup> End (Nider ends with: eius vt tradit legenda)

super modum quo demones operatione maleficarum homines interdum substantialiter inhabitant; vndecimo quo omne genus infirmitatis inferre solent, et hoc in generali; duodecimo de quibusdam infirmitatibus in speciali; tertiodecimo super modum quo obstetrices malefice maiora <sup>91C</sup> damna inferunt dum infantes aut interimunt aut demonibus execrando offerunt; quartodecimo super modum quo iumentis varia nocumenta inferunt; quintodecimo super modum quo grandines et tempestates concitare et fulgura fulminare super homines et iumenta solent; sedecimo, decimoseptimo et decimooctavo super tres modos quo<sup>a</sup> tantum viri et non mulieres maleficijs sunt intenti. Post hec sequetur questio super modos tollendi huiusmodi maleficia.

Nec estimet<sup>b</sup> quis funditus horum noticiam capere pro eo quod hi varij modi super varia maleficia inferenda recitantur. Hoc enim et modicum vtile, imo fortassis et nocere posset. Neque enim prohibiti libri nigromantie hic inseruntur, cum hoc genus superstitionis non libris aut a doctis sed omnino ab imperitis practicatur: vnum habens fundamentum, dum illud non exprimitur aut practicatur, impossibile sit aliquem <sup>91D</sup> maleficijs vt maleficum insistere. Recitantur autem hic modi in superficie vt eorum opera non incredibilia videantur, sicut huc vsque in magnam fidei contumeliam et ipsorum maleficorum augmentum actum est.

Quod si aliquis ex prehabitis, cum dictum est aliquos preseruari per influentias corporum celestium vt maleficiari nullo modo possint, velit hoc etiam attribuere illis influentijs, dum aliqui maleficiantur, quasi quedam necessitas ibi sit, siue ad preseruandum a maleficijs siue ad inficiendum ab illis, talis non recte mentem doctorum saperet varijs respectibus.

Primo. Quia enim tria<sup>52</sup> sunt que a tribus celestibus causis dirigi possunt, scilicet voluntatis actus, intellectus actus et corporalia, et primum, vt supra tactum est, a solo deo et immediate dirigitur, secundum ab angelo, tertium a celesti corpore, licet dirigitur, non tamen necessitatur.

<sup>a</sup> Sc. quibus

<sup>b</sup> Ed. prin.: -at

<sup>52</sup> *Start of adaptation of Nider. Praec. 1.11.35 (Qa):* . . . in homine sunt tria que a tribus celestibus causis diriguntur: voluntatis actus, intellectus actus et corporalia, quorum primum a deo tantum et immediate, secundum ab angelo et tertium a celesti corpore dirigitur. Nam electiones et voluntates immediate a deo diriguntur, dicente (Prover. xxi) scriptura: "Cor regis in manu domini," et apostolus: "Deus operatur in nobis et velle et perficere pro bona voluntate." Cognitione vero humana intellectiua a deo mediantibus angelis ordinatur. Ea vero que ad corporalia pertinent, siue exteriora siue interiora, in vsu hominis venientia, a deo mediantibus angelis et celestibus corporibus dispensantur. Dicit enim Dionysius (c. iij De Divi. Nomi.) quod corpora celestia sunt cause eorum que in hoc mundo fiunt.

92A Secundo. Quia enim ex dictis manifestum est quod electiones et voluntates | immediate a deo diriguntur iuxta apostolum (“Deus est qui operatur in nobis velle et perficere pro bona voluntate”), et cognitio humana intellectiva a deo mediantibus angelis ordinatur, ideo etiam corporalia quecunque, siue sint interiora, vt virtutes et scientie acquisite per corporales potentias interiores, siue sint exteriora, vt sanitates et egritudines, a celestibus corporibus mediantibus angelis dispensantur, quod et Dionisius tangit (quarto capitulo *De Diuinis Nominibus*), quod corpora celestia sunt cause eorum que in hoc mundo fiunt.<sup>53</sup> Tamen hec sunt intelligenda quo ad sanitates et egritudines naturales, he autem egritudines cum sint supernaturales propter demonis potentiam, que illas deo permittente infert: ideo non possumus dicere quod ex influentijs corporum celestium contingat quod aliquis maleficiatur, sicut bene dici potest quod ex influentijs corporum celestium est quod aliquis maleficari non potest.

92B Et si dicitur quod opposita habent fieri circa idem, et sicut propositum in proposito, ita oppositum in opposito, responderetur quod vbi aliquis preseruatur virtute corporum celestium ab infirmitatibus his supernaturalibus, hoc non fit virtute corporum celestium immediate sed virtute angelica, que illam influentiam confortare potest, vt inimicus suis maleficijs non posset super eam preualere, et virtus illa angelica potest derivari vel a motore orbis celestis, vt si iam in puncto quis mori deberet super periodo naturali, deus sua potentia, qui semper per medias causas huiusmodi operatur, hoc immutare potest, virtutem conseruatiuam pro defectiua nature immittendo et eius influentia<sup>a</sup> – ita et dicere possumus de eo qui maleficiari posset quod etiam tali modo a maleficijs preseruatur – vel fit talis preseruatio ab angelo ad custodiam deputato, que etiam precipua est inter omnes custodias.

92C Et<sup>54</sup> quod dicitur *Jeremie* xxij: “Scribe virum istum sterilem qui in diebus suis non prosperatur,” hoc intelligitur quantum ad electiones

<sup>a</sup> *Ed. prin.:* -e

<sup>53</sup> *End*

<sup>54</sup> *Start of adaptation of Nider, Praec. 1.11.36 (Rr) (itself an adaption of Ag., Summa Contra Gentiles 3.92.N. 2):* Questio xxxvi: vtrum vel quomodo differt aliquem esse bene natum vel male, bene fortunatum vel male, bene gubernatum vel bene custoditum. Respondet Thomas (ibidem q. cl): Ex dispositione relicta a corpore celesti in corpore nostro dicitur aliquis non solum bene fortunatus aut male, sed etiam bene natus. Secundum vero quod ab angelo illuminatur, dicitur bene custoditus, secundum quod a deo in bonum inclinatur, dicitur bene gubernatus. Et quando aliquis ex impressione celestium corporum inclinatur ad aliquas electiones sibi vtilis, quarum vtilitatem propria ratione non cognouit, et cum homo ex lumine intellectualium substantiarum illuminatur eius intellectus ad eadem agenda, et ex diuina operatione inclinatur eius voluntas ad eligendum aliquod sibi vtile, cuius rationem ignorat, dicitur bene fortunatus. E contrario male

voluntatis, in quibus homo vnus prosperatur, alius non, quod etiam contingere potest ex influentijs corporum celestium. Verbi gratia, aliquis inclinatur ex impressione corporum celestium ad aliquas electiones vtilis, vt de ingressu religionis vel huiusmodi,<sup>a</sup> et cum ex lumine angeli illuminatur eius intellectus ad eadem agenda, et ex diuina operatione inclinatur eius voluntas ad hoc prosequendum, talis dicitur bene prosperari, vel etiam quando quis inclinatur ad aliquam artem vel ad aliquid vtile practicandum. E contra dicitur male fortunatus, quando ex superioribus causis ad contraria eius electio inclinatur. De quibus sententijs et multis alijs loquitur sanctus Thomas in *Summa Contra Gentiles* (libro tertio) et in plerisque alijs locis quomodo differt dicere aliquem esse bene vel male natum, bene vel male fortunatum, bene vel male gubernatum et custoditum, quia ex dispositione relicta a corpore celesti dicitur aliquis bene vel male natus, et sic etiam fortunatus, secundum vero quod ab angelo illuminatur, dicitur bene custoditus et non male, vbi sequitur illuminationes, sed secundum quod a deo in bonum et illud prosequitur, dicitur bene gubernatus.<sup>55</sup> 92D

Que tamen electiones hic non habent locum, quia de ipsis non intendimus, sicut de preseruatione a maleficijs inferendis, de qua ad presens sufficiat aggrediendo earum cerimonialia, que ab eis practicantur. Et primo quibus modis innoxios ad earum perfidiam alliciunt.

DE DIUERSIS MEDIJS QUIBUS DEMONES ATTRAHUNT ET  
ALLICIUNT INNOXIOS<sup>b</sup> PER MALEFICAS AD AUGMENTUM  
ILLIUS PERFIDIE

Capitulum Primum

SUNT AUTEM TRES MODI pre ceteris quibus demones per maleficas innoxios subuertunt, et ex quibus continue illa perfidia augmentatur. Et primus est per tedium ex importuna temporalium damnificatione. 93A Nam sicut sanctus Gregorius dicit, diabolus frequenter tentat vt saltim tedio vincat. Intelligas tamen hoc infra vires tentati, et super diuinam permissionem declara quod deus permittit ne homines ignauia torpeant.

<sup>a</sup> Ed. prin.: huius

<sup>b</sup> Ed. prin.: inn-

(fn. 54 cont.) fortunatus, quando ex superioribus causis ad contraria eius electio inclinatur, sicut de quodam dicitur (Jere. xxij): "Scribe iustum sterilem virum, qui in diebus suis non prosperabitur."

<sup>55</sup> End

In cuius figura dicitur (*Judicum ij*): “Has gentes non deleuit deus vt erudiret Jsrael in eis,”<sup>56</sup> et loquitur de finitimis nationibus Cananeorum, Jebuseis et alijs, et iam Hussite et alij heretici permittuntur vt deleri non valeant. Ita et demones per maleficas tantis afficiunt damnis in temporalibus vicinos et innoxios, vt quasi coacti maleficarum suffragia primo habeant implorare et demum earum consilijs se submittere.

Experientia sepe nos edocuit. Nouimus in dyocesi Augustiensi hospitem cui infra annum xliiij equi successiue dum fuissent maleficiati, vxor tedio affecta maleficas consuluit et iuxta earum consilia vtique non  
 93B salubria alios quos exposit emerat, quia vector erat, a maleficijs preseruauit. Quante denique mulieres in officio inquisitionis nobis existentibus conqueste fuerunt quod dum propter damna vaccis ex priuatione lactis et alijs iumentis illata<sup>a</sup> suspectas maleficas consuluisent, etiam remedia oblata percepissent dummodo aliquid vni spiritui promittere voluissent et illis inquirentibus quidnam promittendum foret, respondebant parum hoc esse dummodo informationibus illius magistri assentirent super certas obseruantias tempore diuinorum in ecclesia aut in confessionibus sacerdotibus faciendum<sup>b</sup> aliqua subticendo assentirent. Vbi notandum quod, vt supra tactum est, mille ille artifex<sup>c</sup> a minimis et paucis inchoat vt quod tempore eleuationis corporis Christi in terram spumant<sup>d</sup> aut oculos claudant aut quod aliqua verba inutilia proferant, sicut et nouimus eam, que adhuc superest seculari brachio defensa,  
 93C quando infra missarum solennia | sacerdos populum salutat dicendo: “Dominus vobiscum,” ipsa semper subiungit vulgari sermone, “Ker mir die zung im arsß vmb,” aut quod in confessione post absolutionem factam etiam similia proferant aut quod nunquam ex integro confiteantur, precipue mortalia peccata. Sicque ad omnimodam fidei abnegationem et sacrilegam professionem paulatim perducuntur.

Et hic modus seu etiam quicumque consimilis obseruatur a maleficis erga honestas matronas vitijs carnalibus minus deditas, magis autem terrenis comodis inhiantibus.<sup>e</sup> Sed erga iuuenulas ambitioni et voluptatibus corporis magis deditas alium modum obseruant, scilicet per carnalia desideria et voluptates corporis.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -is

<sup>b</sup> *Sc.* -is

<sup>c</sup> Presumably, this odd expression (also used in 111A, C) is some adaption of the phrase mille nocendi habeant modos et artes (see 23A)

<sup>d</sup> *Sc.* -ent

<sup>e</sup> *Sc.* -es

<sup>56</sup> Cf. *Judges 2:21-22*: Et ego non delebo gentes quas dimisit Josue . . . vt in ipsis experiar Jsrael . . . and 3:1: He sunt gentes quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis Jsrahelem.

Vbi notandum quod sicut intentio et appetitus diaboli maior est ad tentandum bonos quam malos, licet ex parte tentatorum magis tentat malos quam bonos, id est, quod amplior abilitas reperitur in malis ad recipiendum tantationem demonis quam sit in bonis, I ita et diabolus 93D sanctiores quasque virgines et puellas magis seducere conatur, cui experientia superest et etiam ratio. Nam cum malos iam possideat, non autem bonos, ideo magis conatur seducere ad sui dominium iustos quos non habet quam possessos malos, sicut etiam aliquis princeps terrenus magis insurgit contra illum qui plus aufert de iure suo quam contra alios qui non sibi contrariantur.

Experientia. Nam in opido Rauenspurg e duabus incineratis, prout etiam inferius patebit, vbi de modo quem obseruant concitando tempestates tangeretur, vna illa balneatrix inter alia que fassa fuerat etiam hoc recitauit, se multas a diabolo fuisse perpessam<sup>a</sup> iniurias ea de causa quod virginem quandam deuotam et filiam cuiusdam prediuitis, quem nominare opus non est cum et ipsa iam defuncta sit, disponente diuina clementia ne malicia deprauaret cor eius, seducere deberet taliter vt ipsam festiuo | aliquo die inuitaret vt et ipse demon in specie iuuenis cum ea 94A sua colloquia habere posset. Addiderat etiam quod licet sepissime hoc facere attentasset, semper tamen, vbi iuuenulam fuisset allocuta, illa signo sancte crucis se muniuit. Et hoc vtrique ex instinctu sancti angeli ad effugandum opera diaboli processisse nemo dubitat.

Est et alia virgo in diocesi Argentinensi constituta, que et vni ex nostris confessa asseruit quod die quadam dominica dum solitaria in domo paterna incederet, vetula quedam illius opidi ipsam visitandi gratia accessit, et inter alia scurilia verba que protulerat hec vltimatim subintulit, vt eam, si placeret, ad locum, vbi iuuenes omnibus hominibus opidi incogniti morarentur, deduceret. "Et dum," ait virgo, "assensum prebuissem et ipsam subsecuta ad domum venissem, vetula subintulit, 'Ecce, per gradus ad cameram superiorem ascendemus, vbi iuuenes morantur, sed caueas ne signo crucis te munias.' Quod dum | me facturam asseruissem, 94B illa precedente ego per gradus sequendo occulte me signo crucis muniui. Vnde contigit quod in summitate graduum et ante cameram pariter constitute,<sup>b</sup> illa vetula horribili vultu et stomachato animo se vertendo et me aspiciendo dixit, 'En, maledicaris! Signo crucis cur te signasti? Abhinc in nomine diaboli recedas.' Sicque ad propria redij illesa." Qua ex re colligitur quantis versucijs antiquus ille hostis in seductionem animarum debachatur.

<sup>a</sup> *Ed. prin.:* -as

<sup>b</sup> *Dangling nom. participle*

Prefata denique balnearia incinerata per hunc modum asseruit ab alia quadam vetula se seductam, cum tamen eius consodalis differenti modo, quia videlicet demonem in via in specie humana inuenisset, cum et ipsa intentionis fuisset amasium suum fornicationis causa visitare, et vbi a demone incubo cognita fuisset et interrogata an eum agnosceret et ipsa se eum minime agnoscere assereret, ille respondit, "Demon  
94C sum, et si volueris, ad tuum bene placitum semper | ero paratus, nec in quibuscunque necessitatibus te deseram." Ad que illa dum annuisset, decemetoocto annis, vsque videlicet ad vltimum vite, spurcicijs illis diabolicis inseruiuit, cum fidei tamen omnimoda abnegatione.

Et est tertius modus alliacendi per viam mesticie et paupertatis. Nam corruptis iuuenulis et spreis ab amatoribus, quibus se nubendi gratia ad eorum promissa impudice copulauerant, vbi iam omni frustrantur confidentia et se vndique infamatas considerant, etiam ad quecunque diabolica presidia se conuertunt, aut ratione vindicte illum maleficiando amatorem seu illam cui se coniunxit aut alias omnibus spurcicijs se submitiendo machinantur. Et sicut talium iuuenularum non est numerus, vt – heu! – experientia docet, ita nec numerus maleficarum ex eis insurgentium.

94D Pauca ex multis referamus. Est locus in dyocesi Brixinensi, vbi iuuenis super vxorem sibi maleficiatam talem casum deposuit. "Me enim tempore iuuentutis quandam," ait, "adamando<sup>a</sup> dum ipsa iugiter instaret vt eam matrimonio copularem et ego eam spernendo aliam ex alio dominio duxissem in vxorem, volens tamen amicitie gratia ei complacere, ipsam ad nuptias inuitabam. Qua veniente dum alie mulieres honeste suas propinas seu oblationes presentarent, illa que inuitata fuerat manum eleuans ceteris mulieribus que circumstabant audientibus dixit, 'Paucos dies sanos post hanc diem habebis,' et sponsa territa, cum eam non agnosceret, eo <quod>, vt premissum est, ex alio dominio copulata fuerat, dum interrogaret circumstantes, quenam esset que ei huiusmodi minas intulisset, alie ipsam vagam et dissolutam mulierem existere affirmabant. Non minus tamen ea que predixit et eo ordine subsequuta fuerunt. Nam post paucos dies adeo maleficiata fuit et omnibus membris destituta quod etiam vsque in presens vltra annos decem in suo corpore maleficia cernuntur."

95A Si ea que in vno dumtaxat oppido illius dyocesis reperta sunt inserenda essent, liber integer foret conficiendus. Conscripta autem sunt

<sup>a</sup> Sc. adamante

et reposita sunt apud eundem episcopum Brixinensem, et vtiq̄ue st̄penda et inaudita, vt̄ testis idem existit.

Nec silentio<sup>a</sup> pretereundam<sup>b</sup> putamus rem stupendam et inauditam. Nam comes quidam preclarus genere Westraniensis territorij in confinibus Argentinensis diocesis iuuenulam simili genere preclaram duxit vxorem, quam tamen post celebratas nuptias vsque ad tertium annum carnaliter cognoscere non poterat, maleficali impedimento, vt̄ rei probauit euentus, prepeditus. Anxius et quid ageret<sup>c</sup> ignorans et sanctos dei iugiter interpellans, accidit vt̄ ad ciuitatem Metensem ob negotiorum quorundam expeditionem applicaret, in qua dum per vicos et plateas seruis et familia vallatus incederet, quandam mulierem que ante illos annos concubina sua fuerat obuiam haberet. Qua visa dum super maleficia sibi illata minime cogitaret, improuise eam blande ex antiqua<sup>95B</sup> amicitia contracta alloquitur et qualiter se haberet et valeret inuestigat. At illa, cernens comitis pietatem, vice versa comitem de validudine sui corporis et status<sup>d</sup> diligenter inuestigauit. Quo respondente quod bene et prospere cuncta sibi succederent, illa attonita paululum siluit, et comes, cernens eam attonitam, amplius verbis blandis eam aggreditur ad collationem inuitando. At illa de statu vxoris inuestigando simile responsum accepit, quod bene in omnibus se haberet. Tunc illa anne pueros generasset inquisiuit, et comes: "Tres mihi," ait, "sunt pueri masculi. Quolibet anno vnum genuit." Tunc<sup>e</sup> amplius illa stupefacta paululum siluit, et comes: "Rogo te, carissima, cur tam diligenter inquiris, indica. Nec enim dubito quin mee felicitati congratularis." Tunc illa: "Vere congratulor, sed maledicatur illa vetula que obtulit se corpus vestrum velle maleficare, vt̄ carnalem actum cum vxore vestra exercere minime haberetis! In cuius signum | puteus qui est in medio curie vestre continet in fundo ollam certas res maleficiales continentem, que ea de causa<sup>95C</sup> ibidem posita fuit, vt̄ quamdiu ibidem contineretur, tamdiu coeundi impotentia vobis adesset. Sed ecce omnia vana sunt de quibus gaudeo" etc. Nec comes diu distulit. Ad domum regressus puteum exhauriri fecit, ollam repperit, et cuncta concremando potentiam illam perditam subito recuperauit. Vnde comitissa denuo nobiles quasque ad nuptias nouas inuitauit, affirmans se iam dominam illius castri et dominij, que tanto tempore virgo permansisset. Castrum et dominium propter honorem

<sup>a</sup> Ed. prin.: -a

<sup>b</sup> Ed. prin.: -um

<sup>c</sup> Ed. prin.: -ere

<sup>d</sup> Sc. statu (cf. de statu below)

<sup>e</sup> Ed. prin.: ta-

comitis non expedit nominatim exprimere. Hoc enim ipsum recta ratio persuadet, et vt substantia facti in detestationem tanti criminis detegatur. Ex quibus patent varij modi a maleficis vsitati in augmentum sue perfidie. Prefata enim mulier, quia ab vxore comitis expulsa, hoc maleficium  
 95D comiti ex alterius malefice|informatione intulerat, qua de causa innumeri effectus maleficiales sequuntur.

SEQUITUR DE MODO SACRILEGE PROFESSIONIS

Capitulum Secundum

MODUS AUTEM SACRILEGE PROFESSIONIS super expressum pactum fidelitatis cum demonibus varius existit, vtpote cum et ipse malefice varijs exercicijs circa maleficia inferenda insistent. Pro cuius intellectu est primo aduertendum quod sicut in genere triplices apparent malefice, vt in prima parte tractatus tactum est, scilicet ledentes sed curare non valentes, curantes et ex aliquo singulari pacto cum demone inito non ledentes, ledentes et currantes, ita et inter ledentes vnum genus existit supremum in quo genere existentes omnia alia maleficia que alie  
 96A sparsim exercent perpetrare valent. Vnde | <illarum modus> profitendi vbi describitur, satis declaratur de alijs speciebus inferioribus. Sunt<sup>57</sup> autem he que contra humane nature inclinationem, imo omnium ferarum, lupina tantummodo excepta, proprie speciei infantes vorant et comedere solent.<sup>58</sup> Et hec est suprema species in maleficijs exercendis. Sunt enim que ad innumera nocumenta alia tendunt. He enim grandines et auras lesiuas cum fulminibus exagitant; sterilitatem in hominibus et iumentis procurant; infantes quos non deuorant demonibus, vt supra patuit, offerunt aut alias occidunt – sed hoc circa infantes non renatos fonte baptismatis, quos autem deuorant renati sunt, vt patebit, sed non nisi deo permittente<sup>a</sup> – sciunt et infantes prope aquas ambulantes in ipsas nullo vidente in aspectu parentum projicere; equos sub insessoribus freneticos facere; de loco ad locum per aera vel corporaliter vel  
 96B imaginarie transmeare; iudicum et presidentium animos, ne eis nocere valeant, immutare; taciturnitatem sibi et alijs in tormentis procurare; in se capientium manus et animos tremorem magnum incutere; occulta alijs manifestare et quedam futura ex demonum informatione, que videlicet

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -mitcente

<sup>57</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.3 (202B-C)*: Sunt . . . quidam malefici vtriusque sexus, qui contra humane nature inclinationem, ymo aduersus condiciones specierum omnium bestiarum, lupina specie excepta tantummodo, proprie speciei infantes vorant et comedere solent.

<sup>58</sup> *End*

aliquam causam possunt habere naturalem, predicere (vide questionem an demones valeant futura precognoscere in *Secundo Sententiarum*, di. xij); absentia velud presentia conspicerere; ad amorem vel odium inordinatum mentes hominum immutare; ictu fulminis non nunquam quem volunt vel etiam aliquos homines et iumenta interimere; vim generatiuam aut etiam potentiam coeundi auferre; aborsum procurare; infantes in vtero matris solo exteriori tactu interimere; solo etiam visu absque tactu interdum homines et iumenta maleficiare et mortem inferre; proprios infantes demonibus dedicare; et breuiter omnia, vt premissum est, pestifera, que alie malefice sparsim procurare sciunt, quando dei iustitia talia fieri permittit, he in illo genere supremo existentes perpetrare sciunt, non autem econuerso (hoc tamen est commune omnium, spurcicias <sup>96C</sup> carnales cum demonibus exercere): ideo et ex illorum<sup>a</sup> modo profitendi qui in supremo genere existunt, aliarum maleficarum modum facilliter quis capere potest.

Fuerunt autem tales dudum ante triginta annos in confinibus Suardie versus dominium Bernensium, vt recitat Nider in suo *Formicario*, nunc autem in confinibus Lombardie versus dominium ducis Austrie, vbi et inquisitor Cumanus, vt in precedenti parte tactum est, vno anno xl et vnam maleficas incinerari fecit (et fuit annus domini etc. lxxxv), qui etiam adhuc continue inquirendo laborat.

Modus autem profitendi duplex est: vnus solennis per simile ad votum solenne; alius priuatus, qui seorsum demoni quacunq; hora fieri potest. Solennis inter eos fit, vbi malefice in certam concionem statuto die veniunt et demonem in assumpta effigie vident hominis, qui dum super seruanda sibi fidelitate cum temporalium prosperitate et longitudine vite hortatur, ille que assunt nouiciam suscipiendam sibi commendant, et demon, si de abneganda fide et cultu christianissimo et de extensa <sup>96D</sup> muliere – sic enim et beatissimam virginem Mariam nuncupant – et de sacramentis nunquam venerandis inuenerit nouiciam seu discipulum voluntarium, tunc demon manum extendit et vice versa discipulus seu nouicia stipulata manu illa seruare promittit. Et demon habitis illis premissis statim subiungit hec non sufficere, et vbi discipulus quenam vterius sint facienda inquirat, demon omagium petit, quod continet vt in anima et corpore sibi eternaliter pertineat et pro posse alios quoscunq; vtriusque sexus sibi associare velit. Adiungit denique vt certa vnguenta ex ossibus et membris puerorum, et precipue renatorum fonte baptismatis, sibi conficiat,<sup>b</sup> per que cunctas suas voluntates explere cum sua assistentia poterit.

<sup>a</sup> Sc. illarum

<sup>b</sup> Ed. prin.: -ât

Hunc modum nos inquisitores experientia teste percepimus in oppido  
 Brisiaco Basiliensis diocesis, plenam informationem capiendo ab vna  
 iuuenula malefica sed conuersa, cuius et matertera in diocesi Argenti-  
 97A nensi incinerata fuerat. Que etiam | addiderat quod per modum quo eius  
 matertera ipsam primitus seducere tentasset talis erat. Quadam enim die  
 secum per gradus ascendere habebat et eius iussu cameram intrare, vbi  
 cum vidisset quindecim iuuenes in vestimentis viridi coloris ad modum  
 quo rutheri incedere solet, matertera sibi dixit: “Euge! Ex his iuuenibus  
 et eum quem volueris tibi tradam, et ipse te sibi in sponsam assumer.”  
 Et cum illa nullum se velle habere asseruisset, grauiter vulnerata tandem  
 acquieuit, modum exprimens premissum. Asseruit etiam quod sepius  
 per longa terrarum spacia de nocte secum translata fuerat, etiam ab  
 Argentina vsque Coloniam. Hec est illa cuius occasione in prima ques-  
 tione promissum est nos velle declarare an malefice vere et corporaliter a  
 demonibus transferantur de loco ad locum, et hoc propter verba cano-  
 nis (xxvi q. v “Episcopi”), vbi textus sentit quod solummodo imaginarie,  
 cum tamen interdum etiam vere et corporaliter transferantur. Interro-  
 97B gata enim an solum imaginarie et fantastice sic incederent per demones  
 illuse, respondit quod vtroque modo, prout etiam veritas se habet, vt  
 inferius de modo transferendi localiter declarabitur. Asseruit etiam quod  
 maiora damna ab obstetricibus inferuntur, quia vt plurimum infantes  
 aut habent interimere aut demonibus offerre. Ab ipsa etiam matertera  
 asseruit se grauiter fuisse semel verberatam, eo quod ollam quandam  
 occultatam discooperiendo plurimorum infantium capita repperisset.  
 Et plura alia retulit prius prestito pro dicenda veritate iuramento, vt  
 decuit.

Eius denique verbis super modum profitendi fides indubia accomo-  
 datur etiam per ea que in suo *Formicario* prefatus Johannes Nider, doctor  
 precipuus qui etiam nostris temporibus miris claruit scripturis, recitat,  
 et hoc ex relatu inquisitoris Eduensis<sup>a</sup> diocesis, qui etiam in ipsa diocesi  
 multos de maleficijs reos inquisierat et incinerari fecerat. Dicit enim:  
 “Prefato<sup>59</sup> inquisitore mihi referente percepi quod in Lausanense ducatu  
 97C quidam malefici proprios natos | infantes coxerant et comederant. Modus  
 autem discendi talem artem fuit, vt dixit, quod malefici in certam con-  
 tionem venerunt et opere eorum verisimiliter<sup>60</sup> demonem in assumpta  
 imagine viderent hominis, cui discipulus habebat necessario dare fidem

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -i

<sup>59</sup> *Start of Nider, Form. 5.3 (202D–204D), which begins: Deinde antefato . . .*

<sup>60</sup> *Nider: visibiliter*

de abnegando christianismo, de eukaristia nunquam adoranda, et de calcando super crucem vbi latenter valeret.<sup>61</sup>

Sequitur aliud exemplum ab eodem. Fuit<sup>62</sup> insuper fama communis Petro iudice in Boltingen referente quod in terra Bernensium xiiij infantes deuorati<sup>63</sup> essent a maleficis, quamobrem etiam publica iusticia satis dure exarserat<sup>64</sup> in tales paricidas. Cum autem Petrus quisuisset a quadam capta malefica per quem<sup>a</sup> modum infantes comederent,<sup>65</sup> illa respondit, "Modus iste est. Nam infantibus, nondum baptizatis precipue, insidiamur, vel etiam baptizatis, presertim quando<sup>66</sup> signo crucis non muniuntur et orationibus."<sup>67</sup> Lector, aduerte quod ideo non baptizatis precipue insidiantur instinctu diaboli, vt non baptizentur.<sup>b</sup> | Sequitur: "Hos<sup>68</sup> in 97D cunabulis vel ad latera iacentes parentum cerimonijs nostris occidimus, quos, postquam putantur oppressi esse vel aliunde mortui, de tumulo<sup>69</sup> clam furto recipimus et in caldari decoquimus, quousque euulsis ossibus tota caro efficitur pene potabilis.<sup>70</sup> De solidiore materia vnguentum facimus nostris voluntatibus et artibus ac transuectionibus accomodum.<sup>c</sup> De liquidiore vero humore flasconem, vt<sup>71</sup> virem, replemus, de quo is qui potatus fuerit additis paucis cerimonijs statim conscius efficitur et magister nostre secte."<sup>72</sup>

Sequitur ad idem modus alius magis distinctus et clarus.<sup>73</sup> Nam<sup>74</sup> iuuenis quidam cum vxore malefica captus in Bernensium iudicio seorsum ab eadem et in distinctam turrim repositus dixit: "Si meorum facinorum veniam consequi possem, omnia que de maleficijs scio libens patefacerem. Mori enim video me oportebit." Cunque<sup>d</sup> per litteratos

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -e

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -etur

<sup>c</sup> *So Nider; ed. prin.*: -is

<sup>d</sup> *Sc. cum-*

<sup>61</sup> *Pause*

<sup>62</sup> *Resume (Nider begins: Fuit insuper fama communis dicto Petro iudice mihi referente...)*

<sup>63</sup> *Nider: inter pauca tempora deuorati*

<sup>64</sup> *Nider: exarsit*

<sup>65</sup> *Nider: comederunt*

<sup>66</sup> *Nider: si*

<sup>67</sup> *Pause*

<sup>68</sup> *Resume*

<sup>69</sup> *Nider: -is*

<sup>70</sup> *Nider: tota pene caro efficitur sorbilis et potabilis*

<sup>71</sup> *Nider: aut*

<sup>72</sup> *Pause*

<sup>73</sup> *Here Nider has the bridging passage: Modum autem eundem alius iuuenis maleficus captus et incineratus, tandem licet, vt credo, vere penitens, distinctius reseravit.*

<sup>74</sup> *Resume (Nider begins: In Bernensium namque iudicio captus dictus iuuenis cum vxore et ab eadem in distinctam...)*

circumstantes audisset<sup>75</sup> omnimodam posse consequi veniam, si vere  
 98A peniteret, tunc lete se morti obtulit, et modos priusmeue infectionis dis-  
 seruit. “Ordo,” inquit, “talis est quo etiam seductus sum. Oportet primo  
 ut<sup>a</sup> dominico die, antequam aqua benedicta consecratur, discipulum  
 futurum cum magistris ecclesiam introire et ibidem abnegare coram eis  
 Christum, eius fidem, baptisma, et vniuersalem ecclesiam, deinde oma-  
 gium prestare magisterulo,” id est, paruo magistro. Ita enim demonem  
 et non aliter vocant.<sup>76</sup>

Vbi notandum quod iste modus cum alijs recitatis concordat. Nec  
 obest quod demon interdum presens est, vbi omagium sibi prestatur,  
 interdum vero non. Dolose enim tunc operatur, cernens dispositionem<sup>b</sup>  
 futuri discipuli, qui fortassis ab eius presentia tamquam nouitius retra-  
 heretur timoris causa, cum tamen alias per sibi notos et familiares facilius  
 estimat eum assentire. Ideoque eum et tunc magisterulum vocant, cum  
 absens est, ut minori terrore ex parua estimatione magistri concutiatur.

Sequitur postremo. “De<sup>77</sup> vtre bibit supra dicto, quo facto statim se  
 in interioribus sentit imagines nostre artis concipere et retinere super  
 principales ritus huius secte. In hunc modum,” ait, “seductus sum, et  
 98B vxor mea, quam | tante pertinacie credo ut potius incendium sustineat  
 quam minimam fateri velit veritatem. Sed – heu! – ambo rei sumus.”

Sicut dixit iuuenis, ita veritas per omnia reperta est. Nam preconfessus  
 iuuenis in magna contritione mori visus est. Vxor vero testibus conuicta  
 nihil veritatis nec in ipsa tortura fateri voluit nec in morte, sed incendio  
 preparato per lictorem eidem verbis pessimis maledixit, et sic incinerata  
 fuit. Ex quibus liquet<sup>78</sup> modus profitendi earum solennis.

Alius vero modus priuatus fit diuersis medijs. Interdum enim viris  
 aut mulieribus [aut] aliqua alia corporali seu temporali afflictione inuo-  
 lutis demon astat, interdum visibiliter, interdum per medias alloquitur  
 personas. Et si secundum eius consilia agere velint, omnia profutura  
 pollicetur ad nutum, a paruis tamen, ut in primo capitulo tactum est,  
 inchoando, ut ad maiora paulatim perducatur. Varia possent ad hoc deduci  
 acta et gesta per nos in inquisitione reperta, sed quia difficultatem hec  
 materia non patitur, breuitati studendum est cum vltiori declaratione.

<sup>a</sup> So *Nider*, but grammatically unnecessary

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -potionem

<sup>75</sup> In *Nider* this appears after *veniam*

<sup>76</sup> *Pause*

<sup>77</sup> *Resume*

<sup>78</sup> *End* (*Nider ends with*: ex quibus dictis liquet quam noxium sit frigus perfidie quod infantes et partus solet occidere)

*Pro declaratione omagij prestandi aliqua sunt aduertenda*

98C

VERUM SUPER HOC QUOD diabolus omagium recipit aliqua sunt aduertenda, qua videlicet de causa et quam differenter hoc faciat.

Et primo. Nam licet hoc faciat principaliter ob maiorem offensionem diuine maiestatis, creaturam ei dicatam sibi vsurpando, et ob maiorem certitudinem future illius damnationis, quam summe affectat, tamen sepe receptum est a nobis tale omagium ad certos accepisse annos simul cum professione, interdum professionem tantum et omagium ad certos annos distulisse. Et dicamus professionem consistere in fidei totali aut partiali abnegatione: totali, vt supra tactum est, cum fides ex integro abnegatur, partiali, cum ex pacto inito habet cerimonialia quedam contra statuta ecclesie obseruare, vt dominicis diebus ieiunare aut sextis ferijs carnibus vesci aut certa crimina in confessione celare vel aliquid simile perpetrare. Omagium vero dicamus consistere in corporis et anime traditione.

Qua de causa autem talia practicantur: possumus assignare quattuor <sup>98D</sup> causas ex parte demonis. Cum enim, vt supra in prima parte tractatus declaratur circa secundum principale (an demones ad odium vel amorem mentes hominum possint immutare), patuit quod intima cordis non possit penetrare, cum hoc soli deo conueniat,<sup>79</sup> ex coniecturis tamen in illorum cognitionem deuenit,<sup>a</sup> vt etiam iam inferius patebit, ideo versutus ille hostis si considerabit nouiciam in aggressu difficilem ad consensum, tunc blande eam aggreditur, pauca exigens, vt paulatim ad maiora perducatur.

Secunda causa. Nam cum inter abnegantes fidem diuersitas credenda est, cum quedam ore sed non corde, quedam ore et corde, diabolus experiri volens an corde, sicut ore, sibi profiteatur, certos annos deputat, vt eo in tempore ex operibus et conuersatione mentem eius inuestiget.

Tercia causa. Nam si per tantum temporis spacium congnoſcet ipsam ad quecunque exequenda minus voluntariam et quod iam ore et non corde sibi adhereat, presumitque diuinam misericordiam ei propter angeli boni custodiam, quam demon in multis experiri potest, profuturam, tunc ipsam | abijcere et temporalibus afflictionibus exponere <sup>99A</sup> conatur, vt vel sic ex desperatione eius lucrum habere valeat. Huius veritas patet. Nam si causa queritur, vnde sit quod certe malefice sub

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: deueit

<sup>79</sup> quod . . . conueniat is based on *Aq., Sent. 2.8.1.5. Aqs and Ras*

quibuscunque tormentis, etiam maximis, nec minimam veritatem fateri volunt, vbi tamen alie facilliter ad quecunque interrogata sua crimina fatentur, item vnde hoc quod sibiipsis postquam fasse sunt vitam auferre suspendio conantur – reuera enim dici potest quod vbi diuina coactio per sanctum angelum ad hoc non concurrit vt malefica cogatur fateri veritatem et maleficium taciturnitatis abscedere, quod tunc opere demonum fit quodcunque euenit, siue taciturnitas siue criminum confessio – primum fit super illas quas ore et corde nouit fidem abnegasse et simili modo omagium prestitisse, de quarum etiam perseuerantia certus est, vbi per oppositum alias relinquit non tuendo, eo quod nouit illas sibi minime proficuas. Experientia nos sepe docuit, cum omnes quas incinerari fecimus ex earum confessionibus patuit ipsas fuisse inuoluntarias circa

99B maleficia inferenda. Nec hoc sub spe euadendi dicebant, cum ex plagis et verberibus eis a demonibus illatis vbi ad eorum nutum non seruibant veritas constabat, sepiissime vise cum faciebus tumidis et liuidis, et similiter quod post confessionem criminum sub tortura semper seipsas vita priuare laqueo satagunt. Veritas ex nostra practica habetur, cum semper post criminum confessionem custodes deputantur singulis horis super talia attendentes,<sup>a</sup> vbi etiam ex negligentia interdum custodum ad corrigias vel peplas reperiebantur suspense, inimico vtique, vt dictum est, hoc procurante, ne per contritionem aut sacramentalem confessionem veniam consequerentur.

Et quas corde allicere nunquam poterat, que etiam facillime gratiam apud deum inuenissent, iam vltimo per temporalem confusionem et horribilem mortem in desperationem deducere conatur, quamuis et per dei gratiam maior,<sup>b</sup> vt pie est credendum, venia<sup>c</sup> per veram contritionem et puram confessionem consecuta sit, vbi non voluntarie illis spurcicijs inheserunt.

99C Patet<sup>d</sup> ex his que per dioceses Argentinensem, | Constantiensem et oppidum Hagenouie et Rauenspurg acta sunt vix annis tribus euolutis. In primo namque oppido vna vili peplo et fragili se suspendit.<sup>e</sup> Altera nomine Walpurgis de maleficio taciturnitatis miro modo fuit notata, alias mulierculas informando qualiter talem taciturnitatem per puerum masculum et primogenitum in fornace decoctum procurare deberet.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -etes

<sup>b</sup> *Behringer et al. (2000)*: -em

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -am (There seems to be a confusion in this clause between maior . . . gratia . . . consecuta sit and maiorem . . . gratiam . . . consecute sint. Perhaps it was imperfectly revised from one to the other; in any case, the singular verb suggests that the former version is intended.)

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: -ent

<sup>e</sup> *Ed. prin.*: sup-

Acta et gesta adhuc pre manibus habentur, et similiter de alijs in secundo oppido incineratis sparsim hincinde deducuntur.

Est et quarta causa cur demones omagium recipere super certas differunt, super alias vero minime, eo videlicet quod cum periodum hominis cognoscere subtilius quam astronomi possunt, facilius eis terminum vite vel prefigere vel terminum naturalem per casualem,<sup>a</sup> modo quo dictum est, preuenire potest.

Hec breuiter peracta et gesta maleficarum declarantur, primo demonis astutiam in talibus deducendo. Nam<sup>80</sup> quia secundum Augustinum in libro *De Natura Demonum* assignantur septem cause vnde etiam probabiliter coniecturantur futura contingentia, non quod illa scire certitudinaliter valeant. | Prima est quia vigent subtilitate naturali quo ad operationem intellectus ipsorum, vnde et sine discursu, qui necessarius est in nobis, rationes<sup>b</sup> intelligunt; secunda, quia propter experientiam temporum et reuelationem<sup>c</sup> supernorum spirituum plura sciunt quam nos, vnde ex Jsidoro allegatur sepius a doctoribus, triplice acumine scire vigent demones, subtilitate nature, experientia temporum et reuelatione supernorum spirituum; quarta est propter celeritatem motus, vnde que in oriente fieri habent predicere potest mira celeritate<sup>d</sup> in occidente; quinta, quia, sicut sua potentia cum deus permittit possunt inducere morbos, auram<sup>e</sup> inficere et famem inducere, ita possunt et illa predicere; sexta, quia per signa possunt subtilius predicere mortem quam medicus videndo vrinam et pulsum: nam sicut ille per signa videt aliqua in infirmo que simplex non considerat, ita et demon ea que nullus homo videt naturaliter; septima, quia ex signis que procedunt ab

<sup>a</sup> So ed. prin. (*The sense seems to demand causalem, but cf. 144B*)

<sup>b</sup> Ed. prin.: -is

<sup>c</sup> Ed. prin.: -e

<sup>d</sup> Ed. prin.: sce-

<sup>e</sup> Ed. prin.: auarm

<sup>80</sup> *Start of adaptation of Nider, Praec. 1.9 (G):* Dubitatur iterum, quibus ex causis demones sciant futura interdum, et vnde tam miros effectus possunt, cum deus permittit, efficere? Respondetur secundum Augustinum (li. De Natura Demonum), assignando sententialiter septem causas, non quod futura contingentia sciant, sed coniecturant probabiliter. Prima, quia vigent subtilitate naturali plus quam homines. Secunda: plura sciunt quam nos propter experientiam temporum. Tertia: propter celeritatem motus demon multa futura predicere potest que hominem latent. Quarta: potentia, cum deus permittit, possunt morbos immittere et hos predicere. Quinta: per signa futura possunt predicere subtilius quam medicus videndo pulsum et vrinam. Nam sicut medicus videt per signa aliquid in infirmo quod homo simplex non videt, ita demon quod nullus homo naturaliter videt. Sexta: ex signis que procedunt ab animo hominis coniecturant ea que sunt vel erunt in anima astitius quam prudenti viro. Sciunt enim qui instinctus eorum sunt verisimiliter secuturi. Septima: acta prophetarum et scripta noscunt, ex quibus futura predicere possunt. Et hec tanguntur xxvi q. iiii c. "Sciendum."

100A animo | hominis coniecturant ea que sunt vel erunt in anima astutius prudenti viro: sciunt enim qui instinctus sunt verisimiliter secuturi et consequenter cuiusmodi opera; octaua, quia acta prophetarum et scripta noscunt melius quam homines, et ex illis multa futura dependent, ideo ex illis multa futura predicere possunt. (Hec etiam tanguntur xxvi q. iiii “Sciendum.”)<sup>81</sup> Vnde non mirum si periodum hominis scire potest naturalem, licet secus sit de termino casuali, qui feret per incinerationem quam demon finaliter procurat, quando, vt dictum est, ipsas inuoluntarias reperit, timens de earum reditu et conuersione, cum tamen alias quas nouit voluntarias etiam ad naturalem, vt sic, vsque mortem defendit.

Demus ex vtraque parte exempla que a nobis reperta sunt et acta. Nam in Basiliensi diocesi villa supra Renum situata nomine Oberwyler plebanum conuersione honestum habuit, illius tamen  
 100B opinionis, seu potius erroris, quod maleficium nihil esset in mundo | sed tantum in opinione<sup>a</sup> hominum, qui huiusmodi effectus mulierculis attribuebant. Quem taliter a suo errore deus purgare voluit, quod etiam et alia demonum super prefigendum terminos<sup>b</sup> vite maleficis commercia patefierent. Nam dum festine pontem ob cuiusdam negocij expeditionem<sup>c</sup> pertransire vellet, obuiam simili importunitate quandam vetulam habuit, cui dum in pontis accessu locum, vt preiret, dare noluisset sed importune incederet, casu vetulam luto intrusit, vnde indignata in verba contumeliosa prorupit eique dixit, “Pfaff, impune non transibis.” Sed ille licet verba parum aduerteret, de nocte se infra cingulum, vbi surgere e lecto volebat, se maleficiatum sensit, ita vt brachijs aliorum sustentari semper habuit, vbi ecclesiam visitare volebat. Sicque per triennium mansit, sub cura tamen domestica matris carnalis. Quibus expletis dum vetula illa egrotaret, quam etiam propter verba  
 100C contumeliosa quibus minata fuerat semper suspectam de maleficio sibi illato habuerat, accidit tamen vt pro confessionis audientia infirmata ad eum mitteret. Et sacerdos, licet importune diceret: confiteatur diabolo suo magistro, ad instantiam tamen matris per duos villanos sustentatus inter brachia domum accessit, et ad caput lecti in quo<sup>d</sup> malefica iacebat sedendo,<sup>e</sup> duo illi villani ab extra auscultare volebant prope

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: opinione

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -is

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -e

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: -a

<sup>e</sup> *Dangling gerund*

<sup>81</sup> *End*

fenestram – sic enim stuba in plano erat situata – an maleficium illatum plebano confiteretur. Vnde contigit vt licet infra confessionem mentionem nullam de maleficio illato fecisset, ipsa tamen confessione peracta dixit: “Scisne tu, pfaff, quis te maleficiavit?” et dum blande ille responderet se nescire, illa subintulit: “Tu habes me suspectam, et bene. Scias me tibi intulisse,” tali de causa vt supra tactum est. Et dum ille pro sui liberatione instaret, dixit: “Ecce tempus statutum aduenit et mori habeo, sed ita disponam vt paucis diebus euolutis post mortem meam sanaberis.” Et ita euenit. | Nam illa iuxta statutum a demone terminum obiit, et infra triginta dies quadam nocte sacerdos ex integro se sanum reperit. Nomen sacerdotis dicitur Pfaff Heflin, iam in diocesi Argentinensi. 100D

Simile in diocesi Basiliensi, villa Buhel, prope opidum Gewiler contigit. Mulier quedam capta et tandem incinerata sex annis incubum demonem habuerat, etiam in latere viri dormientis in lecto, et hoc ter in septimana, sabbatis, quintis, tertijs ferijs, aut alijs noctibus sacracioribus. Tale autem omagium prestiterat diabolo vt post septimum annum in corpore et anima perpetue sibi dicata esset. Pie tamen dispensauit deus. Nam in sexto capta et igni adiudicata vere et integre confessa veniam creditur a deo percepisse. Plurimum enim voluntaria ad mortem extitit, asserens quod etsi liberari posset, mortem tamen amplius preeligeret dummodo potestatem demonis euaderet.

DE MODO QUO LOCALITER TRANSFERUNTUR DE LOCO AD LOCUM 101A

Capitulum Tertium

NAM AUTEM AGGREDIENDUM EST de earum cerimonijs et quibus in suis operibus procedunt modis.

Et primo de his que erga se et proprias personas operantur, et quia transferri de loco ad locum corporaliter est de precipuis earum actionibus, carnalibus etiam spurcitijs cum incubis demonibus insistere: de singulis aliqua deducemus, et primo de earum corporali transuactione. Vbi notandum est quod hec transuactio patitur difficultatem, vt sepius tactum est, ex vno dumtaxat processu scripture, puta xxvi q. v “Episcopi,” vbi dicitur ex consilio Acquirensi: “Jllud non est obmittendum quod quedam scelerate mulieres post Satham retro conuerse demonum illusionibus et fantasmatis seducte credunt<sup>a</sup> se et profitentur cum

<sup>a</sup> *So canon (and 60C); ed. prin.: -ent*

101B Diana horis nocturnis, dea paganorum, vel cum Herodiade et innumera  
 multitudine mulierum equitare super quasdam bestias et multa terrarum  
 spacia intempeste noctis silentio pertransire, eique tanquam domine in  
 omnibus obedire” etc. “quapropter sacerdotes dei predicare debent po-  
 pulo, vt nouerint omnino hec falsa et non a diuino sed maligno spi-  
 ritu talia fantasmata mentibus fidelium irrogari, siquidem ipse Sathanas  
 transformat se in diuersarum personarum species atque similitudines, et  
 mentem quam captiuam tenet in somnis deludendo per deuia queque  
 deducit” etc. Et ad hoc predicantur interdum a quibusdam exempla pub-  
 lica de sancto Germano et de quodam alio qui filiam suam super hoc  
 obseruauit quasi omnino hec sint impossibilia fieri, et indiscrete appli-  
 cantur ad maleficas et eorum<sup>a</sup> opera tanquam vt et singula eorum<sup>b</sup> facta  
 in lesionibus hominum, iumentorum, terre frugum non sint eis appli-  
 canda, eo quod sicut fantastice in transuentionibus, ita et circa creatu-  
 101C rarum lesiones illuduntur. Que quidem opinio cum in prima questione  
 tanquam heretica sit reprobata, vtpote contra diuinam permissionem  
 super diaboli potentiam, que ad maiora, vt sic, se extendere potest, mi-  
 litans, similiter et contra sacre scripture intentionem et ad ecclesie sancte  
 intolerabile damnum, vbi iam multis annis impune ex hac pestifera opin-  
 ione permanserunt, seculari brachio puniendi facultatem amputando,  
 vnde et in immensum sic creuerunt, vt iam non sit possibile eas eradi-  
 care, ideo diligens lector ea que ibi posita sunt in destructionem illius  
 opinionis considerabit, et ad presens qualiter transferantur et quibus  
 modis hoc sit possibile aduertet cum responsionibus super exempla que  
 ab eis in medium deducuntur.

Quod igitur corporaliter possint transferri varijs modis ostenditur, et  
 primo ex alijs magorum operationibus. Nam si non possent transferri,  
 hoc esset vel quia deus non permetteret aut quia diabolus hoc facere  
 non posset, eo quod creature repugnaret. Non primum, quia vbi maiora  
 101D vtique et minora dei permissione fieri possunt, sed maiora tam in pueris  
 quam in hominibus sepiissime facta sunt, vtpote iustis et in gratia consti-  
 tutis. Patet: nam vbi querunt an campiones puerorum opere demonum  
 fieri possunt et an demon localiter possit transferre aliquem hominem de  
 loco ad locum, etiam inuitum, ad primum respondent quod sic. Nam et  
 Guilielmus Parisiensis in vltima parte *De Vniuerso* dicit: “Campiones  
 puerorum fieri possunt, ita quod deo permittente demon vicem infantis  
 gerere potest, vel etiam translationem facere. Tales etiam pueri semper

<sup>a</sup> Sc. earum

<sup>b</sup> Sc. earum

sunt miseri eiulantes, et licet quattuor aut quinque matres vix sufficienter ad lactandum, nunquam tamen impinguntur sed ultra modum ponderosi existunt.” Mulieribus tamen propter nimium terrorem quem concipere possent nec affirmanda sunt nec neganda: instruende sunt vt litteratorum iudicia querant. Permittit enim deus propter | peccata parentum, cum interdum viri impregnatis vxoribus maledicunt: “Vellem,” 102A inquit, “vt diabolus portares” vel similia, et similiter impatientes mulieres sepe similia proferunt.

De alijs etiam hominibus, interdum iustis, exempla plurima reperiuntur. Nam Vincentius in *Speculo Historie* (li. xxvi ca. xliij) ex recitatione Petri Damiani refert de<sup>82</sup> puero quinquennij cuiusdam nobilissimi viri, qui puer monachus protunc factus a monasterio nocte illatus est pistrino clauso, vbi mane repertus et interrogatus dixit se per quosdam ad magnum conuiuium delatum et vt comederet iussum, et post per superiora pistrino immissum.<sup>83</sup>

Quid denique de his magis qui vsitato vocabulo a nobis nigromantici vocantur nuncupantur<sup>a</sup> et per aera sepe a demonibus ad longinqua terrarum spacia vehuntur, qui etiam alijs interdum hoc idem suadentes eos secum super caballum, qui vtique non verus equus sed demon in tali forma existit, vehunt, et vt loquantur nec vt signo crucis se muniant 102B hortantur?

Et licet duo simus hunc tractatum scribentes, vnus tamen ex nostris sepiissime tales vidit et reperit. Nam scholaris quidam protunc, nunc vero sacerdos Frisingensis diocesis, adhuc superesse creditur, qui et referre solitus est semel se corporaliter a demone fuisse per aera subuectum et ad remotas partes illatum. Superest sacerdos alius in Oberdorff oppido prope Lantzhutam, qui protunc consodalis illius existens oculis proprijs illam subuectionem vidit, et qualiter extensis brachijs in altum clamando et non eiulando translatus fuit.

Causa autem, vt idem retulit, hec erat. Nam conuiuentibus quadam die multis scholaribus in potagijs ceruisie omnes in hoc consenserant, vt ille qui ceruisiam afferret nil exponere haberet, et sic vnus ex socijs dum pro ceruisia apportanda exire volebat, hostium aperiendo nebulam densam ante hostium intuitus fuit, vnde territus redijt et quod potum afferre nollet causam aperiendo | eis insinuauit. Tunc idem qui illatus 102C

<sup>a</sup> vocantur nuncupantur: *presumably one of these was meant to replace the other but both wound up in the text.*

<sup>82</sup> *Start of Nider, Praec. 1.11.13 (R), which begins: Quod autem aliquando corporaliter fiat et localiter pater de puero . . .*

<sup>83</sup> *End (Nider adds: vt refert Petrus Damiani, et habetur in Speculo Hystoriali (li xxvi, c. lxiii))*

fuerat indignatus dixit: “Etsi diabolus adesset, potum apportabo” et sic exiens alijs omnibus videntibus per aera subuectus fuit.

Verum quidem quod non solum vigilantibus sed et dormientibus talia accidere possint fateri necesse est, vt videlicet dormiendo per aera localiter et corporaliter transferantur. Patet et de quibusdam qui super regulas domorum et edificia altissima somniando incedunt, nec quicumque eis obstare potest ad eorum transitum tam in altum quam in profundum, et si proprijs nominibus ab alijs circumstantibus vocantur, statim ad terram quasi collisi ruunt. Hec vtique opere demonum fieri plures arbitrantur, et non absque ratione. Nam cum demones sint in multiplici differentia, aliqui de inferiori choro angelorum, qui etiam exiguis penis vltra penam damni quam eternaliter patientur tanquam pro paruis delictis crutiantur, qui etiam neminem possunt ledere, saltem  
 102D grauius, sed solum principaliter ioculationes exercere, vbi etiam alij incubi sunt vel succubi, punientes nocturno tempore homines vel peccato luxurie coinquinantes eos, non mirum si etiam his trufis insistent. Potest deduci veritas ex dictis<sup>84</sup> Cassiani (*Collatione* i), vbi dicit tot esse immundos spiritus quot in hominibus studia. Non dubie comprobatur. Nam nonnullos eorum quos etiam paganos vulgus appellat,<sup>85</sup> nos vero trollen (et habundant in regno Norweye) aut schretel, ita<sup>86</sup> seductores et ioculatores esse manifestum est, vt certa queque loca, vias iugiter obsidentes, nequaquam tormentis pretereuntes ledere possunt,<sup>87</sup> derisu tantummodo et illusionem contenti fatigare eos potius studeant quam nocere; quosdam vero solummodo in nociuis incubationibus hominum pernoctare; alios ita esse furori ac truculentie deditos vt non sint contenti illorum tantummodo corpora quos suppleuerint atroci dilaceratione<sup>a</sup> vexare sed etiam irruere super eminus transeuntes atque affligere illos  
 103A seuissima | cede festinent. Vult dicere quod non tantum obsident, imo horribiliter crutiant quales illi in euangelio (*Mattei* viij) describuntur.<sup>88</sup>

Ex quibus concludere possumus primum quod non est dicendum maleficas non transferri localiter, eo quod deus non permittat. Si enim super iustos et innocentes aut etiam super magos aut alios vagos permittit, quomodo non super illas ex toto se diabolo deuouentes? Et vt cum timore

<sup>a</sup> So Nider; ed. prin.: dilacione, which may derive from the author's text of Nider but is meaningless.

<sup>84</sup> Start of Nider. Form. 5.2 (200C–D), which begins: De quibus ita dicit Cassianus (Coll. Sereni i) tot esse . . .

<sup>85</sup> Pause

<sup>86</sup> Resume

<sup>87</sup> Nider: nequaquam tormentis eorum quos pretereuntes poterunt decipere delectentur sed

<sup>88</sup> End

loquamur, nonne diabolus saluatorem nostrum sustulit et duxit et statuit hinc inde, vt euangelium testatur?

Nec etiam secundum suffragatur aduersarijs, quasi diabolus hoc facere non possit, cui, vt in supra dictis patuit, tanta inest virtus naturalis omnia corporalia excedens, quod nulla ei virtus terrena comparari potest iuxta illud: "Non est potestas super terram" etc., imo ipsi Lucifero tanta naturalis inest potestas seu virtus qua maior etiam inter angelos bonos in celo non existit. Sicut enim omnes angelos in naturalibus excessit et naturalia per casum non sunt imminuta sed tantummodo gratuita, ideo adhuc in eo remanent, licet obfuscata et ligata, vnde glosa ibidem super illud: "Non est potestas super terram" etc.: "Etsi omnia superat, meritis tamen sanctorum subiacet." 103B

Nec valet si quis duo obijceret, primo quod anima hominis posset resistere, et quod textus videtur sentire de vno in singulari, scilicet Lucifero, cum in singulari loquatur, et quia hic fuit qui Christum in deserto tentauit et primum hominem seduxit, iam autem relegatus sit et alij angeli non sint tante virtutis, cum ipse omnes excedat, ideo alij mali homines transferre localiter per aera non possunt.

Non valent instantie. Primo dicamus de angelis. Nam minimus angelus omnem humanam virtutem incomparabiliter excedit. Rationes sumuntur ex pluribus. Primo quia virtus spiritualis fortior virtute corporali, sicut virtus angeli aut etiam anime superior quam virtus corporalis.

Secundo quo ad animam, quia cum omnis<sup>89</sup> forma corporalis est forma indiuiduata per materiam et determinata per hic<sup>a</sup> et nunc, prout iam anima nostra existit, forme autem immateriales sunt absolute et intelligibiles,<sup>90</sup> vnde etiam potestatem habent absolutam et vniuersaliorem, ideo anima coniuncta non potest ita subito transferre corpus suum localiter nec in altum eleuare, bene autem faceret, cum esset separata, deo permittente. Que omnia a fortiori potest spiritus omnino immaterialis, prout est angelus tam bonus quam malus, sicut<sup>91</sup> etiam angelus bonus transtulit Abacuc in momento a Judea in Caldeam,<sup>92</sup> et ex hac ratione etiam concluditur quod illi qui de nocte in somnis per alta edificia vehuntur non feruntur a proprijs animabus nec ex influentijs corporum celestium sed ab aliqua excellentiori virtute, vt supra patuit. 103C

<sup>a</sup> So Aq.; ed. prin.: hec

<sup>89</sup> *Start of Aq.*. Summa 1.110.1.Co.: . . . virtus cuiuslibet corporis est magis particularis quam virtus spiritualis substantie. Nam omnis forma corporalis est forma indiuiduata per materiam et determinata ad hic et nunc, forme autem immateriales sunt absolute et intelligibiles.

<sup>90</sup> End

<sup>91</sup> *Start of Nider*, Praec. 1.11.13 (R)

<sup>92</sup> End

Tertio, quia sicut natura corporalis nata est moueri immediate a natura spirituali secundum locum, tum quia motus<sup>93</sup> localis est primus motuum  
 103D (viiij *Phisicorum*),<sup>94</sup> tum etiam quia perfectior<sup>95</sup> est inter omnes | motus  
 corporeos, vt ibidem probat philosophus,<sup>96</sup> ea ratione quia mobile secundum  
 locum non est in potentia ad aliquid intrinsecum, in quantum  
 huiusmodi,<sup>a</sup> sed solum ad aliquid extrinsecum, vnde etiam non tam  
 a doctoribus sanctis quam et philosophis concluditur quod suprema  
 corpora – suple celestia – mouentur a substantijs spiritualibus et separatis  
 bonis et secundum naturam et voluntatem, tum etiam quia videmus  
 quod anima primo et principaliter mouet corpus motu locali: ideo dicere  
 oportet quod ratio corporis humani nec quantum ad ipsum corpus nec  
 quantum ad ipsam animam obstare potest quin vtrunque moueri possit  
 subito deo permittente de loco ad locum a spirituali substantia bona  
 secundum voluntatem et naturam, quando boni et in gratia constituti  
 transferuntur, aut bona secundum naturam, non autem secundum  
 voluntatem, quando mali transferuntur. Si cui placet, videat<sup>b</sup> sanctum  
 Thomam in *Prima Parte* (q. cx per tres ibidem articulos) aut etiam *Ques-*  
 104A *tionibus de Malo* seu etiam in *Secundo Sententiarum* | (dist. vij de potestate  
 demonum super effectus corporales).

Modus autem transferendi talis est. Nam vt ex precedentibus patuit, vnguentum ex membris puerorum, precipue interemptorum ab eis ante baptismum, conficere habent et ad demonis instructionem sedile aliquod aut lignum inungere, quo facto statim in aera feruntur, et hoc siue de die siue de nocte, visibiliter seu etiam, si id volunt, inuisibiliter secundum quod demon et obstaculum alicuius corporis alterum corpus occultare potest, vt in prima parte tractatus de prestigiosa apparitione operum demonum patuit. Verum licet demon per tale vnguentum vt plurimum huiusmodi practicat in finem vt baptismi gratia infantes priuat et saluatione, tamen et absque his pluries efficere visus est, vbi per animalia que vti que non animalia vera sed demones sub formis illis existentes<sup>c</sup> ipsas transuexerunt, aut etiam sine aliquo exteriori adminiculo solummodo demonis virtute inuisibiliter operante interdum transferuntur.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: huius

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -cre

<sup>c</sup> *Sc.* extiterunt

<sup>93</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Sent. 2.7.3.1. *Ag1*: . . . omnis alteratio reducitur in motum localem, vt in viij *Phisicorum* dicitur, quorum primus est motus celi . . .

<sup>94</sup> *End*

<sup>95</sup> *Start of adaptation of Aq.*, De Malo 16.10.1: Motus enim localis perfectior est inter omnes alios, vt philosophus dicit in viij *Phisicorum* . . .

<sup>96</sup> *End*

Res gesta de visibili et diurna transuactione in oppido Waltzhut super flumen Reni Constantiensis diocesis. Malefica quedam oppidanis cum esset plurimum odiosa et ad quasdam celebrandas nuptias non fuisset inuitata, cum tamen pene omnes oppidani illis interessent, ipsa indignata vindicare se estimans demonem aduocat et sue tristitie causam aperuit, et vt grandinem excitare vellet et cunctos de chorea dispergere petijt. Quo annuente ipsam subleuauit et per aera ad montem prope oppidum videntibus certis pastoribus transuexit, et, vt postmodum fassa fuerat, cum aqua sibi deesset ad fundendam in fouem, quem modum, vt patebit, vbi grandines excitant obseruant, ipsa in foueam quam paruam fecerat vrinam loco aque immisit et cum digito more suo astante demone mouit. Et demon subito illum humorem sursum eleuans grandinem vehementem in lapidibus super coreizantes<sup>a</sup> tantummodo et oppidanos immisit. Vnde ipsis dispersis et de causa illius mutuo conferentibus malefica oppidum ingreditur, vnde suspicio magis aggrauatur. At vero cum pastores ea que viderant recitassent, suspicio vehemens in violentam creuit. Vnde capta et fassa quod ea de causa quia inuitata non fuerat talia perpetrasset, ob multis etiam alijs maleficijs ab ea perpetratis<sup>b</sup> incinerata fuit.

Et quia publica fama de huiusmodi transuactionibus etiam apud vulgares continue volat, non expedit plura ad hoc probandum de his hic inserere. Tantummodo hec sufficiant aduersus illos qui huiusmodi corporales transuactiones aut omnino negant aut quod solummodo imaginarie et fantastice fiant affirmare conantur, qui vtrique in suo errore si relinquerentur, parum esset, imo nec aduertendum, dummodo in fidei contumeliam ipsorum error non vergeret.

Attento autem quod illo errore non contenti, etiam alios inserere et publicare in maleficarum augmentationem et fidei detrimentum non verentur, dum asserunt quod omnia maleficia que eis iuste tanquam instrumentis demonum vere et realiter imputantur, eis tantummodo imaginarie et illusorie tanquam innoxijs esse imputanda, sicuti et ipsa transuactio fantastica, vnde et pluries impune in magnam creatoris contumeliam et grauissimum iam ipsorum augmentum remanserunt, nec argumenta etiam a principio eis adducta suffragari possunt. Nam primum cum allegant capitulum “Episcopi” (xxvi q. v), vbi asseritur quod tantum fantastice et imaginarie transferantur, quis tam insipiens qui velit concludere quod non possint etiam corporaliter transferri? Sicut enim ex fine illius capituli, vbi ponitur quod qui credit posse hominem in melius

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: corie-

<sup>b</sup> *Sc.* ob multa . . . alia maleficia ab ea perpetrata

vel in deterius transmutari aut in aliam speciem transformari infideli et pagano deterior sit censendus, quis posset concludere quod non possent homines in bestias prestigiosa illusionem transformari aut etiam de sanitate in infirmitates tanquam a meliori in deterius | transmutari? Jam talis qui sic in cortice verborum canonis laboraret vtiq̄ue contra mentem omnium doctorum sanctorum imo et contra scripture sacre processum sentiret.

Ex quibus multipliciter oppositum apparet, vt ex supra dictis in plerisque locis circa primam partem tractatus deductum est. Oportet ergo ad nucleum verborum attendere iuxta quod in prima questione prime partis tractatus tactum est, et hoc circa solutionem secundi erroris inter tres qui ibi reprobantur, quod quattuor iniunguntur predicatoribus populo ad predicandum. Transferuntur enim et corporaliter et fantasticè iuxta quod ex earum proprijs confessionibus patet, non tam illarum que incinerate fuerunt quam etiam aliarum que ad fidem et penitentiam redierunt. Inter quas et illa in oppido Brisiaco interrogata a nobis ane fantasticè et illusorie aut corporaliter possent transferri, respondit quod vtroque modo. Si enim casu aliquo nollent corporaliter transferri, scire tamen vellent omnia que in conitione illa ab earum consodalibus agerentur, tunc talis ab eis seruaretur modus, vt illa in nomine omnium diabolorum ad latus sinistrum se reponeret ad cubitum, extunc quasi vapor quidam glaucus ex eius ore procederet, vnde singula que ibi agerentur perlucide consideraret. Si vero corporaliter transferri vellet, modum supra dictum seruare necesse esset.

Preterea, in casu quo canon ille nude absque omni declaratione intelligendus esset, quis tam stollidus vt propterea omnia eorum<sup>a</sup> maleficia et nocumenta esse fantastica et imaginaria affirmaret, cum ad sensum omnibus appareat contrarium, eo precipue quod plures sint superstitionum species, vtpote quattuordecim, inter quas maleficarum species supremum in maleficijs et nocumentis continet gradum, et species phitonum ad quam reduci possunt qui fantasticè vehuntur minimum gradum?

Demum nec exempla ex legenda sancti Germani aut aliorum quorumcunque eis suffragantur, vtiq̄ue quia possibile erat demonibus vt seipos ad latera viri dormientis tempore intermedio, quando scrutinium de vxoribus fiebat,<sup>b</sup> applicarent quasi viris condormirent, quod tamen factum fuisse propter honorem sancti non asseritur, casus tamen ponitur, vt non credatur esse impossibile oppositum illius quod in legenda ponitur. A simili responderi potest ad quascunque alias obiectiones quia sicut

<sup>a</sup> Sc. earum

<sup>b</sup> Ed. prim.: -bant

inueniuntur<sup>a</sup> quod<sup>b</sup> quedam tantummodo imaginarie, ita etiam reperiuntur in scriptis doctorum plures fuisse corporaliter translatas.<sup>c</sup> Si cui placet Thomam Brabantinum in libro suo *De Apibus* inspicere, mira inueniet tam de imaginaria quam etiam corporali hominum transuectione.

SEQUITUR DE MODO QUO SE INCUBIS DEMONIBUS  
SUBIICIUNT

Capitulum Quartum

SED QUANTUM | AD MODUM quo malefice demonibus incubis se subi- 105D  
ciunt sex videnda sunt: aliqua ex parte demonis et corporis ab eo assumpti: ex quo elemento sit illud formatum; secundo ex parte actus: an semper cum infusione seminis ab altero recepti;<sup>d</sup> tertio ex parte temporis et loci: an potius vno quam altero tempore se exercent; quarto: an visibiliter se agitat ex parte mulieris, et an tantummodo ille que ex huiusmodi spurcitijs procreantur a demonibus frequentantur; quinto: an ille que ab obstetricibus tempore partus demonibus inferuntur; sexto: an remissior vel interior sit in talibus ipsa venerea delectatio.

Et primo super assumpti corporis materia et qualitate, dicendum quod aereum corpus assumpti et quod aliquo<sup>97</sup> modo est terrestre, in quantum habet terre proprietatem per condensationem,<sup>98</sup> quod sic declaratur.

Nam quia aer<sup>99</sup> | in se non est figurabilis, nisi secundum figuratorem 106A  
corporis alterius in quo includitur, vnde etiam minime suis terminis terminatur sed tantummodo alienis, et vna pars aeris alteri continuatur, ideo simpliciter, vt sic, non potest corpus aereum assumere.<sup>100</sup> Attento autem quod aer<sup>101</sup> est maxime transmutabilis et vertibilis in quodcumque, cuius

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -inntur

<sup>b</sup> *Grammatically unnecessary*

<sup>c</sup> *Sc. -e*

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: -o

<sup>97</sup> *Start of Aq., Sent. 2.8.1.3. Ras*

<sup>98</sup> *End*

<sup>99</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.8.1.3. Ag4*: Sed aer non est figurabilis nisi secundum figuratorem alterius corporis eo quod cum [*sic*] sit maxime humidum, minime suis terminis terminatur sed alienis, vnde et vna pars aeris alteri continuatur. Ergo videtur quod non assumant corpus aereum.

<sup>100</sup> *End*

<sup>101</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.8.1.3. Co.*: . . . aer maxime transmutabilis est et conuertibilis in quecumque, et huius signum est quod quidam videntes corpus a demone assumptum, scindere gladio vel perferdere volentes, id efficere non valuerunt, quia partes aeris diuisi statim continuantur. Sed propter hoc quod aliquam figuram recipere possunt competentem angelo apparenti, oportet quod quantum ad terminum assumptionis aer iste sit in aliquo inspissatus, et ad proprietatem terre accedens, seruata tamen aeris veritate, quod efficere possunt tum per motum localem congregando partes, tum etiam per semina in elementis respersa . . .

signum est quod quidam nitentes corpus a demone assumptum scindere gladio vel perfodere, id efficere non valuerunt quia partes aeris diuisi statim continuantur de nouo: ideo patet quod in se aer est bene competens materia, sed quia non potest figurari nisi aliquod aliud terrestre sibi adiungatur, ideo oportet quod aer ille sit aliquo modo inspissatus, et ad proprietatem terre accedens, seruata tamen aeris veritate. Et hanc condensationem facere possunt demones et anime separate per vapores grossos ex terra eleuatos et per eorum motum localem eos congregando et figurando,<sup>102</sup> in quibus manent tanquam motores tantum et non vt  
 106B informatores vitam illi corpori formaliter influentes, quia sic fluit ab anima in corpus coniunctum.<sup>103</sup> Sunt autem in suis sic assumptis et figuratis corporibus, sicut nauta in nauī quam<sup>a</sup> mouit.<sup>b.104</sup>

Vnde quando<sup>105</sup> queritur quale sit corpus quantum ad materiam a demone assumptum, dicendum quod de eo aliud est loqui quantum ad principium assumptionis et aliud quantum ad terminum, quia quo ad principium sic est aer, quantum ad terminum est aer inspissatus ad proprietatem terre accedens.<sup>106</sup>

Hec autem omnia possunt demones deo permittente ex natura, cum<sup>107</sup> natura spiritualis sit superior nature<sup>108</sup> corporali, vnde et necesse habet sibi obedire, intelligendo quo ad motum localem, non autem quo ad formarum naturalium tam accidentalium quam et substantialium susceptionem nisi in aliquibus paruis creaturis, et hoc amminiculo alicuius alterius agentis, vt supra tactum est. Per motum autem localem nulla

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: quem

<sup>b</sup> *Sc.* -et

<sup>102</sup> *End*

<sup>103</sup> *Cf. Aq., Sent. 2.8.1.2.Raq.*: ... quod influit vitam per modum efficientis tantum et non sicut forma coniuncta ...

<sup>104</sup> *Cf. Aq., Sent. 2.8.1.2.Ra:* ... talis assumptio terminatur ad aliquam vnionem que est motoris ad motum, vt nauta ad nauem, non vt forma ad materiam.

<sup>105</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.8.1.2.Co.*: Si autem queratur ... quale sit quantum ad materiam, dicendum est quod materia corporis assumpti ab angelo potest considerari dupliciter: vel quantum ad principium assumptionis vel quantum ad terminum. Si quantum ad principium, dico ... quod assumit de aere ... quantum ad terminum assumptionis aer iste sit in aliquo inspissatus et ad proprietatem terre accedens ...

<sup>106</sup> *End*

<sup>107</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.8.1.2.Co.*: Cum enim natura spiritualis superior sit natura corporali, oportet quod natura corporalis sibi obedit, non autem quantum ad formarum susceptionem, quia prima inchoatio formarum in materia, secundum quod in ea dicuntur esse habilitates quedam ad formam, est ab opere creatoris, sedeductio earum in actum est per virtutem agentium naturalium determinantum, sed quantum ad motum localem, per quem nulla forma ponitur in re mota.

<sup>108</sup> *Aq.*: -a

forma ponitur | in re mota.<sup>a, 109</sup> Vnde sic ad nutum mouere possunt cum alijs circumstantijs. 106C

Ex quibus tamen si quis incidentaliter quereret quid sentiendum vbi angelus bonus vel malus aliqua opera vite exerceret per corpora vera naturalia et non aerea, sicut<sup>110</sup> in asina Balaam per quam angelus loquebatur et vbi demones in obsessis corporibus agitantur,<sup>111</sup> dicendum quod illa corpora non dicuntur esse assumpta sed tantum occupata. Inspiciantur dicta doctoris in *Secundo* (distin. viij, an angeli corpora assumant).

Sed maneamus in proposito. Demones in assumptis corporibus cum maleficis loquuntur, vident, audiunt, comedunt et generant. Quomodo hec sunt intelligenda (et est secunda pars huius prime difficultatis) dicendum ad primum quod ad veram locutionem tria requiruntur, scilicet pulmo cum retractione aeris, que non solum propter vocem sed propter refrigerium est cordis, vnde et muti habent attractionem necessariam; secundo, requiritur quod formetur ex percussione corporis in aere, sicut cum quis ligno percutit in aere vel campana, sonum facit magnum vel paruum: quia materia in se sonorabilis et percutitur cum sonabili instrumento, redditur sonus secundum quantitatem corporis, et recipitur in aere et multiplicatur vsque ad aures audientis, qui si est remote,<sup>b</sup> post spacium, vt videtur, preuenire<sup>c</sup> habet; tertio, requiritur vox, et dici potest quod sonus in corporibus inanimatis dicitur vox in animatis corporibus, et ibi est lingua, que aerem respiratum et iterum emissum percutit in instrumento et vase fuso a deo et viuo naturaliter, quod non est in campana: ideo quod ibi sonus, hic vox dicitur, et hoc tertium potest exemplari per secundum, vt patet, et hec ideo posui vt predicatorum habeant modum tradendi populo; quarto, requiritur vt ille qui vocem format conceptum mentis vult alteri per vocem exprimere et vt ipse intelligat: ideo illam vocem organizat, id est, distinguit successiue in ore per linguam dentes percultiendo et per labia claudendo et aperiendo, percussum aerem in ore ad aerem extrinsecum emittendo, et<sup>d</sup> sic multiplicando successiue vsque ad aures audientis, qui tunc intelligit conceptum mentis. 106D 107A

<sup>a</sup> So *Aq.*; *ed. prin.*: remota

<sup>b</sup> *Sr.* -us?

<sup>c</sup> So *ed. prin.* (in pleno); *Behringer et al.* (2000) suggest per-

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: vt

<sup>109</sup> *End*

<sup>110</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Sent. 2.8.1.3.Co.:... vnde etsi aliquando angelus bonus vel malus moueat corpus alicuius veri animalis, non dicitur proprie illud assumere, sicut non dicitur angelus assumpsisse linguam asine per quam locutus est ad Balaam, nec demon corpus hominis quem vexat...

<sup>111</sup> *End*

Ad propositum. Demones<sup>112</sup> carent pulmone et lingua, quam tamen artificiatam ostendere possunt iuxta corporis conditionem, sicut et dentes et labia, vnde non vere et proprie loqui possunt. Sed quia intelligunt et<sup>3</sup> intellectum mentis vbi exprimere volunt, tunc non per voces sed per sonos, qui habent quandam similitudinem vocum, aerem non respiratum et attractum vt in hominibus sed inclusum in corpore assumpto percutiunt et ad aerem extrinsecum articulatim emittunt vsque ad aures audientis. Et quod absque aere attracto et non respirato possit fieri vocis similitudo patet per certa animalia non respirantia, que dicuntur vocare, et certa alia instrumenta, vt dicit philosophus<sup>113</sup> in secundo *De Anima*.

107B Allec enim dum capitur extra aquam, subito vocem | emittit et moritur. (Possunt hec applicari et ea que sequuntur vsque ad vim generatiuam, exclusiue tamen ad bonos angelos.) Si quis velit vlterius speculari de locutione demonum in obsessis corporibus – ibi enim vtuntur corporalibus instrumentis veri corporis obsessi quia illis illabuntur, sic intelligendo infra terminos corporalis quantitatis et non infra terminos essentie neque corporis neque anime<sup>114</sup> – da differentiam inter substantiam et quantitatem seu accidens. Sed de his nihil ad propositum. Si cui autem placet, inspiciat sanctum Thomam in *Secundo Sententiarum* (distin. viij. articulo quinto).

Consequenter autem qualiter vident et audiunt, dicendum quod quia duplex est visio, spiritualis et corporalis, et prima in infinitum excedit alterum, tum quia penetrat tum quia per distantiam non impeditur iuxta luminis facultatem, quod sibi deseruit, ideo dicendum quod nullo modo videt angelus, siue bonus siue malus, per oculos corporis assumpti nec

107C aliquid corporale | sibi deseruit, sicut tamen in locutione deseruit sibi aer et percussio aeris ad sonum procurandum et vlterius ad multiplicandum vsque ad aures audientis. Vnde oculi eorum sunt oculi depicti.

<sup>3</sup> From *Aq.*, but superfluous through the addition of the following vbi

<sup>112</sup> Start of adaptation of *Aq.*, Sent. 2.8.1.4e.Co. (from an intermediate commentary on Sent.): ... loqui est proprie per formationem vocum ex percussione aeris respirati determinatis organis ad exprimendum aliquem intellectum, et ideo locutio corporalis angelis conuenire non potest in assumptis corporibus secundum completam significationem, cum non habeant vera organa corporalia. Sed est aliqua similitudo locutionis in quantum intelligunt et intellectum exprimunt quibusdam sonis qui proprie non sunt voces sed similitudines vocum, sicut etiam quedam animalia non respirantia dicuntur vocare, et etiam quedam instrumenta, vt dicit philosophus.

<sup>113</sup> End

<sup>114</sup> Cf. *Aq.*, Sent. 2.8.1.5.Ra3: corpus autem habet terminos duplicis rationis, scilicet quantitatis et essentie, et ideo angelus operans intra terminos corporalis quantitatis, corpori illabatur, non autem ita quod sit intra terminos essentie sue . . .

Libenter autem sub his similitudinibus hominibus se offerunt, vt eis eorum proprietates quas naturaliter habent, scilicet videre, audire et loqui, spiritualiter per huiusmodi opera manifestent. Ideo enim et patribus sancti angeli sepe apparuerunt ex dei ordinatione et eius permissione. Malis hominibus se [se] manifestant, vt homines eorum proprietates cognoscentes illis se associant, hic in culpis et alibi in penis. Vnde Dionisius (*Celesti Jerarchia* in fine) dicit: "Ex omnibus partibus humani corporis docet angelus suas proprietates considerare."<sup>115</sup>

Concludendo quod corporalis visio cum sit operatio corporis viuientis per organum corporale, quibus demones in se carent, ideo in assumptis corporibus, sicut similitudines membrorum habent, ita et similitudines operationum. Et similiter dicere possumus de eius auditu, qui multum nobilior coporali, eo quod conceptum mentis et anime locutionem subtilius cognoscere potest quam homo audiendo<sup>a</sup> conceptum mentis per verba corporalia expressum (vide sanctum Thomam in *Secundo Sententiarum*, di. viij). Si enim in vultu hominis legitur secreta eius voluntas et ex motu cordis et qualitate pulsus a medicis passiones anime cognoscuntur, a fortiori per demones.

Sed quo ad commestionem, dicamus quod<sup>116</sup> completa ratio commestionis quattuor dicit: diuisionem cibi in ore et traiectionem in corpus, virtus<sup>b</sup> corporis potentis digerere, et quartum conuertere necessarium nutrimentum et superfluum eijcere. Angeli quicumque prima duo in assumptis corporibus comedendo faciunt, tertium et quartum non possunt, sed loco virtutis digestiue et eiectionis adest ei virtus alia qua cibus dissoluitur subito in preiacentem materiam. In Christo etiam fuit vera commestio in omnibus, quia habuit virtutem nutritiuam et conuersiuam,<sup>117</sup> non autem conuertendo in suum corpus, quia ille virtutes fuerunt glorificate, sicut et corpus, vnde etiam resoluebatur<sup>c</sup> | cibus in corpore subito, sicut qui aquam in ignem proiceret.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: iau-

<sup>b</sup> *Sc.* -tutem

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -uabatur

<sup>115</sup> Quoted (without attribution) in *Aq.*, *Sent.* 2.8.1.4c. *Co.*

<sup>116</sup> *Start of adaptation of Aq.*, *Sent.* 2.8.1.4a. *Co.*: . . . quod comedere secundum completam rationem sui non dicit solum diuisionem cibi et traiectionem in os, sed et istum actum procedere a virtute potente digerere et conuertere in nutrimentum, et ideo angeli non vere comederunt, sed fuit ibi vera diuisio cibi et traiectio in corpus assumptum, qui postmodum non est conuersus in corpus illud sed virtute angeli aliqua dissolutus est in preiacentem materiam. Christus autem vere comedit, quamuis cibus conuersus non fuerit, quia illa decisio cibi fuit habitus virtutem nutritiuam et conuersiuam.

<sup>117</sup> *End*

*Quomodo modernis temporibus malefice actus carnales cum incubis demonibus exercent, et qualiter ex his multiplicantur*

SED QUO AD ACTUS carnales, de quibus principaliter intenditur, quos etiam cum maleficis tanquam incubi in assumptis corporibus exercent, nulla subest difficultas ex premissis, nisi fortassis quis dubitaret an presentes malefice huiusmodi spurcitijs intenderent et an originem maleficorum ex his spurcitijs sumpserunt.

Ad has duas dubitationes respondendo, dicamus ad primam: quicquid de precedentibus maleficis ante annos incarnationis dominice mille et quadringentos vel circiter actum sit, an videlicet his spurcitijs inseruiebant, sicut ab illo tempore moderne malefice, hoc ignoratur, eo quod nusquam hoc | quod experientia iam edocuit historia disseruit. Maleficos enim semper fuisse et ex eorum prauis operibus plurima nocumenta hominibus, iumentis et terre frugibus euenisse, sicut et incubos et succubos demones, nemo qui historias peragrat dubitare potest, cum traditiones canonum et sacrorum doctorum plurima a multis centenis annorum de ipsis in posterum reliquerunt et tradiderunt, licet in hoc sit differentia quod incubi demones in retroactis temporibus infesti fuerunt mulierculis contra ipsarum voluntatem, prout in suo *Formicario* Nider et in libro *De Vniuersali Bono* siue *De Apibus* Thomas Brabantinus plurima recitant. Huic autem positioni qua asseritur presentes maleficas huiusmodi spurcitijs diabolicis esse infectas, non nostra sententia intantum adheret quantum ipsarum maleficarum experta testimonia, que cuncta illa reddiderunt credibilia, non iam vt hactenus inuitis animis sed sponte pro voluptate, re fetidissima, miserabili seruituti se subijcipientes. Quotquot enim a nobis seculari brachio ad puniendum relicte fuerunt in varijs diocesibus, precipue in Constantiensi et oppido Rauenspurgh, multis annis his inhiserunt spurcitijs, certis<sup>a</sup> sub xx, aliis<sup>b</sup> sub xij aut sub xxx annis, et semper cum fidei abnegatione in toto vel in parte. Testes sunt ibidem omnes incole. Demptis enim secrete penitentibus et ad fidem reuersis non minus quam xl et octo in quinque annis igni tradite fuerunt. Nec tantum illis accomodata fides quantum sponte reuersis ad penitentiam credulitas adhibita fuit, omnibus in hoc concordantibus quod huiusmodi spurcitijs in augmentum huius perfidie habent insistere. De quibus etiam sigillatim<sup>c</sup> in secunda parte operis, vbi eorum particularia opera describentur, tractabitur. Obmittendo ea que et socius noster inquisitor Cumanus in comitatu Burbie peregit, qui

<sup>a</sup> Sc. -c

<sup>b</sup> Sc. -e

<sup>c</sup> Sc. singillarim

et in spacio vnus anni, qui fuit millesimusquadragesimusoctogesimusquintus, xl et vnus maleficas comburi fecit, et omnibus publice asserentibus illis spurcitijis diabolicis inhesisse. Constant ergo omnia aut visus aut auditus propria experientia aut fidedignorum relatus. 108D

Quo ad secundum, vbi difficultatur an ipsi malefici ex his spurcitijis originem sumpserunt, dicamus secundum Augustinum hoc vtique verum esse omnes superstitiosas artes ex pestifera societate hominum et demonum originem sumpsisse. Sic enim dicit libro primo, *De Doctrina Christiana*, et habetur xxvi q. ij, illud quod est: “Omnes artes huiusmodi vel nugatorie vel noxie superstitionis ex quadam pestifera societate hominum et demonum quasi pacta infedelis et dolose amicitie constituta penitus sunt repudiande.” Illo attento manifestum est quod sicut diuerse sunt species superstitionis seu magice artis, ita et diuerse sunt eorum societates, et sicut species maleficorum inter quattuordecim illius artis species pessima existit, quia non per pactum tacitum sed expressum, et vltra hoc quod cultum latræ per fidei abnegationem ipsis demonibus habent exhibere, ideo et pessimam cum ipsis conuersando retinent societatem iuxta mulierum, que semper vanis delectantur, conditiones. Attento insuper quod iuxta doctrinam sancti Thome in *Secundo Sententiarum* (distin. iiii, arti. iiii in solutione vnus argumenti), vbi querit an geniti ex huiusmodi demonibus modis pretactis sint maioris virtutis quam alij homines, respondit hoc verum esse non solum ex textu scripture (*Genesis* vi: “Isti sunt potentes a seculo”<sup>118</sup> etc.) sed etiam ea ratione quod<sup>119</sup> demones possunt scire virtutem seminis decisi, primo ex dispositione eius a quo decimum est, secundo mulierem proportionatam ad seminis illius susceptionem, tertio constellationem iuuantem ad effectum corporalem, et quartum addere possumus etiam ex suis verbis, scilicet ipsius geniti complexionem optimam ad effectus<sup>a</sup> illi proportionatos. Ex quibus omnibus sic concurrentibus concluditur quod tales sic geniti sunt fortes et magni corpore.<sup>120</sup> 109A

Ideo ad propositum. Cum queritur an malefici ex his spurcitijis originem sumpserunt, dicamus: originem sumpserunt vtique ex pestifera mutua societate, vt ex primo notabili patuit, multiplicationem vero non<sup>b</sup> 109B

<sup>a</sup> Ed. prin.: -os

<sup>b</sup> Logically unnecessary (Redundant negatives in indirect discourse introduced by verbs signifying denial are a not infrequent linguistic phenomenon, and the present usage perhaps reflects interference from Early Modern German, there being no such usage in correct Latin.)

<sup>118</sup> Quotation from *Aq., Sent. 2.8.1.4c.SC3*

<sup>119</sup> Start of *Aq., Sent. 2.8.1.4c.Ra3*: ... demones possunt scire virtutem seminis decisi ex dispositione eius a quo decimum est, et similiter mulierem proportionatam ad seminis illius susceptionem, et etiam constellationem iuuantem ad effectum corporalem, scilicet optime complexionis in genito. Quibus omnibus concurrentibus possibile est genitos corpore magnos esse vel fortes.

<sup>120</sup> End

sumpsisse ex illis spurcitijs nemo negare potest ex secundo notabili, cum non delectationis sed corruptionis causa illis demones intendunt. Erit ergo talis ordo quod succubus demon ab homine scelerato semen decidat, qui si est proprius<sup>a</sup> illi homini deputatus et noluerit se incubum facere ad maleficam, tradet illud semen demoni mulieri seu malefice deputatus,<sup>b</sup> et ille sub certa constellatione sibi deseruiente vt talis genitus vel genita fortis viribus ad peragenda maleficia persistit se incubum malefice faciet. Nec obstat quod illi de quibus textus loquitur non fuerint malefici sed tantummodo gigantes famosi et potentes, quia, vt superius dictum est, maleficia non fuerunt perpetrata tempore legis nature, et hoc propter recentem memoriam creationis mundi, vnde idolatria locum habere non potuit. Jam autem malitia hominum excrescente diabolus maiorem ad  
 109C seminandum hoc genus perfidie reperit oportunitatem. Sed neque illi termini in bonum virtutis intelligi possunt, vbi illi asseruntur fuisse viri famosi dicebantur.<sup>c</sup>

*An semper cum decisione seminis incubus demon maleficam aggreditur*

AD ILLUD ETIAM, VBI queritur an semper cum infusione seminis etc., respondetur: cum mille<sup>121</sup> nocendi habeat modos et artes, vtpote qui a principio ruine sue conatur ecclesie vnitatem rescindere et humanum genus omnibus modis euertere<sup>d, 122</sup> (xvi q. ij), ideo de istis regula infallibilis non potest dari, sed probabilis distinctio, videlicet quod aut malefica annosa est et sterilis aut non. Si sic, tunc vtique absque seminis decisione, cum ad nihilum valeret et demon in suis operibus etiam quantum potest superfluitatem subterfugit, sicut et natura, maleficam aggreditur.  
 109D Vel etiam si sterilis | non sit, tamen delectationis causa ex parte malefice causande ipsam aggreditur. Si vero ad impregnationem disposita, tunc si comode semen a viro decisum habere potest, cum illo ipsam aggredere<sup>e</sup> ob infectionem prolis non differt.

Verum si quis quereret an semen emissum per nocturnam pollutionem ita colligere posset, sicut decisum per actum carnalem, ad hoc probabilis potest dari ratio quod non, licet alijs videri potest oppositum. Nam attento quod demones, vt premissum est, virtutem seminis

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -pius (*cf.* 25B)

<sup>b</sup> *Sc.*: -o

<sup>c</sup> asseruntur... dicebantur: *one is redundant*

<sup>d</sup> *So* Decretum, *Malleus 23B; ed. prin.*: a-

<sup>e</sup> *Sc.* -gredi

<sup>121</sup> *Start of adaptation of Decretum 2.16.2.1: Habet enim mille nocendi modos... Conatur namque a principio ruine sue vnitatem ecclesie rescindere... et omnibus modis humanum genus euertere...*

<sup>122</sup> *End*

generatiuam attendunt, et talis vis in semine per actum carnalem amplius effunditur et conseruatur, scinditur semen per pollutionem nocturnam emissum<sup>a</sup> tantummodo ex superfluo humore et non cum tanta vi generatiua descinditur, ideo cum eo se minus exercere ad generationem prolis creditur, nisi fortassis vim illam adesse semini intelligeret. Sed et hoc omnino negare non possumus quod malefica maritata et per maritum | impregnata etiam per commixtionem alterius seminis incubus 110A demon conceptum inficere potest.

*An potius vno tempore quam altero, et similiter de loco*

AD ILLUD, AN OBSERUAT tempora et loca, dicendum quod vltra obseruantiam temporum quo ad constellationes quas obseruat quando ad prolis infectionem operatur, obseruat etiam certa tempora quando non infectionis sed veneree voluptatis causa ex parte malefice exercende agitur, et sunt sacratiora totius anni tempora, vt natalis Christi, pascalis et penthecosten solennitatibus et alijs festiuis diebus, et hoc faciunt triplici ex causa: primo vt sic malefici non solum perfidie per apostasiam a fide verum etiam sacrilegij vitium incurrunt, in quibus ipsi demones delectantur, vt ipse creator amplius offendatur et grauius in proprijs animabus malefici condemnentur. Secunda causa, quod cum deus sic grauius offenditur, eis maiorem potestatem seuendi in homines et puniendi illos, siue in rebus siue in | corporibus, etiam innoxios, 110B relinquat.<sup>b</sup> Quod enim dicitur: “Filius non portabit iniquitatem patris” etc., intelligitur quo ad eternam punitionem, temporali autem sepius innoxij propter aliorum facinora afflictione puniuntur, vnde et alibi deus clamat: “Ego deus fortis et zelotes, visitans peccata parentum in terciam et quartam generationem.” Talis et puniatio patuit in filijs Sodomitarum submersis propter parentum scelera. Tercia causa, vt maiori oportunitate plures ruere faciant, presertim iuenculas, que festiuis diebus ocio et curiositatibus dum amplius insistunt, eo facilius a maleficis vetulis seducantur, prout in terra natiuitatis vnus ex his inquisitoribus, cum duo simus hoc opus colligentes, contigit. Nam iuencula quedam et virgo deuota sollicitata festiuo die ab vna vetula vt secum per gradus ad cameram ascenderet, eo quod certi iuuenes pulcherrimi ibidem essent inclusi, et dum illa annueret, ascendentibus<sup>c</sup> similiter vetula precedente iniunxit iuencule ne se signo crucis muniret, et licet illa annuisset, occulte tamen signo illo muniuit, qua ex re contigit vt dum ascendisset 110C et virgo neminem conspexisset, eo quod demones ibidem existentes suam

<sup>a</sup> *Ed. prin.:* -am

<sup>b</sup> *Ed. prin.:* -ant (cf. 112D)

<sup>c</sup> *Dangling participle*

presentiam in assumptis corporibus illi virigini nequibant ostendere, vetula maledicendo virgini dixit: “Vadas in nomine omnium diabolorum! Cur te signasti?” Hec ex confessione pura illius virginis collegi.

Potest et addi quarta causa, vt sic facilius homines seducant, qui dum considerant quod talia eis a deo sacratoribus temporibus fieri permittuntur, non estiment illa tam graua esse, sicut si illis temporibus nequirent facere.

De loco vero, an plus in locis certis se exercitant, dicendum quod ex verbis factisque maleficarum constat quod spurcitas illas omnino in locis sacris exercere non possunt, qua in re perpenditur efficacia angelice custodie ob reuerentiam illius loci, et, quod amplius est, asserunt se nunquam habere pacem nisi tempore diuinorum, cum presentes fuerint in ecclesia, et ideo citius et tardius ingrediuntur et egrediuntur, licet alia  
110D pessima certa cerimonialia habent ad instructionem demonum obseruare, vt videlicet tempore eleuationis in terram spuere, seu cogitationes nephandissimas per verba aut sine verbis proponere, vt “Vtinam esses in tali vel tali loco,” prout iam in secunda parte tangetur.

*An visibiliter, sicut ex parte malefice, ita etiam quo ad circumstantes se mutuo agitant*

AD ILLUD, AN VISIBILITER vel inuisibiliter huiusmodi spurcitas agant mutuo, dicendum, quantum experientia nos edocuit, quod licet semper visibiliter ex parte malefice demon incubus operetur – non est necessarium inuisibiliter propter federatum pactum et expressum ei appropinquare – tamen quo ad circumstantes sepius ipse malefice supine iacentes in agris seu siluis vise sunt et denudate supra vmbilicum, et iuxta dispositionem illius spurcie coaptatis membris tibijs et cruribus se  
111A agitantes | demonibus incubis inuisibiliter ibidem quo ad circumstantes cooperantibus, licet in fine actus vapor nigerrimus in longitudine hominis sursum a malefica in aerem eleuabatur, sed hoc rarissime.

Et qua de causa nouit ille mille artifex<sup>a</sup> vt iuencularum circumstantiam vel aliorum hominum mentes valeat aut allicere aut immutare, de quibus gestis et qualiter in plerisque locis tam in oppido Rauenspurg quam etiam in dominio nobilium De Roppelstein et certis alijs terris talia sunt peracta, in secunda parte patebit.

Sed et hoc contigisse certum est quod maritis visibiliter interdum cernentibus incubos demones, quos tamen non demones sed viros putabant, cum eorum vxoribus talia peragere, dum arma arriperent et

<sup>a</sup> See 93B (with note)

transfodere volebant, subito demon disparuit, se inuisibilem faciendo, vnde et mulieribus manus et brachia obijcientibus, licet interdum lese fuissent, ipsos tamen viros obiurgantes anne oculos haberent aut si a demonibus obsessi forent deridebant.

*Quod non solum demones incubi mulieres ex eorum spurcitijs procreatas  
aut eis ab obstetricibus oblatas infestant sed quascunque indifferenter,  
cum maiori vel minori venerea delectatione* 111B

FINALITER<sup>3</sup> VERO CONCLUDENDO. DICI potest ipsos demones incubos non tantum mulieribus ex eorum spurcitijs progenitis aut eis ab obstetricibus oblati fore infestos, sed toto conatu in quascunque sanctiores virgines illius terre aut oppidi per ipsas maleficas seductrices aut copulatrices anhelare. Hoc enim experientia, rerum magistra, edocuit, vbi in oppido Rauenspurg certe combuste ante finalem sententiam huic simile asseruerunt quod eis ab earum magistris iniunctum fuisset omni conatu debere in subuersionem sanctarum virginum et viduarum laborare.

Et de venerea delectatione, an maior sit vel minor cum incubis demonibus in corpore assumpto quam ceteris paribus cum viris in corpore vero, dicendum videtur quod licet naturalis ordo hoc minus excusat 111C quando maior sit vbi simile suo simili<sup>b</sup> alludit, tamen mille ille artifex,<sup>c</sup> vbi debita actiua debitis passiuis, licet non in natura, tamen sub qualitatibus in calore vel temperamento aliquo coniungit, vtique non minorem<sup>d</sup> excitare videtur concupiscentiam, sed de his in sequentibus latius quo ad conditionem sexus feminei declarabitur.

DE MODO GENERALI QUO PER SACRAMENTA ECCLESIE SUA  
MALEFICIA MALEFICE EXERCENT, ET DE MODO QUO VIM  
GENERATIUM IMPEDIRE SOLENT SEU ETIAM ALIOS  
DEFECTUS SUPER QUASCUNQUE CREATURAS DEMPTIS  
CORPORIBUS CELESTIBUS

### Capitulum Quintum

NAM AUTEM QUALITER ALIAS creaturas in vtroque sexu et terre fruges inficiunt, plura sunt super modos agendi aduertenda, et primo

<sup>3</sup> The Jerouschek facsimile has "V" as the initial drawn-in capital.

<sup>b</sup> Ed. prin.: -e

<sup>c</sup> See 93B (with note)

<sup>d</sup> Ed. prin.: -e

qualiter homines, demum qualiter bestias, tercio qualiter terre fruges; ex parte hominis: primo, qualiter vim generatiuam seu etiam actum  
 111D venereum, | ne mulier concipere aut vir actum exercere valeat, maleficijs impediunt; secundo, qualiter actus ille impeditur respectu vnus mulieris interdum et non respectu alterius; tercio, qualiter membra virilia auferuntur quasi omnino sint a corporibus euulsa; quarto, quomodo si aliquid premissorum contingeret potentia demonis inferente per se et non per maleficam posset discerni; quinto, quomodo malefice homines vtriusque sexus in bestias prestigiosa arte transmutant; sexto, quomodo obstetrices malefice conceptibus<sup>a</sup> in vtero matris diuersis modis interimunt, et vbi hoc non faciunt demonibus infantes offerunt.

Et ne hec quasi incredibilia putarentur, ideo in prima parte operis per questiones et argumentorum solutiones sunt decisa, ad quas, si opus sit, dubius lector pro inuestiganda veritate recurrere potest. Ad presens  
 112A tantummodo acta et gesta per nos reperta, | siue etiam ab alijs conscripta, in detestationem tanti criminis sunt deducenda, vt, priores questiones si fortassis alicui difficiles ad intelligendum forent, ex his que in hac secunda parte traduntur fidem capiat et ab errore resileat,<sup>b</sup> quo nullam maleficam esse aut nullum maleficium posse fieri in mundo estimauit.

Vnde primo notandum quod cum sex modis homines ledere possunt absque modis quibus alias creaturas ledunt – et vnus sit quo amorem<sup>c</sup> malum ingerunt viro alicui ad mulierem vel mulieri ad virum; alius quo odium vel inuidiam in aliquo seminare procurant; tertius in his qui maleficiati dicuntur ne vi generatiua vti valeant ad feminam vel viceversa femelle ad virum vel etiam alijs modis aborsum procurando, vt supra tactum est; quartus, cum in membro aliquo hominem egrotare faciunt; quintus, cum vita priuant; sextus, cum vsum rationis auferunt – et fateri cum hoc oportet quod in omni genere rerum demptis corporibus |  
 112B celestibus veros defectus et veras infirmitates, licet non veras sanitates, ex virtute naturali inferre possunt, et hoc ex potenti virtute naturali et spirituali qua corporali quacunque eminent virtute. Nulla etiam infirmitas cum altera concordat seu etiam defectus naturalis, vbi infirmitas desit: ideo diuersis medijs vtique ad diuersas infirmitates et defectus procedunt. De quibus aliqua, quantum necessitas postulat, in medium producamus.

Prius tamen ne animus lectoris maneat suspensus cur supra corpora celestia aliquam immutationem facere non possunt, dicamus triplicem

<sup>a</sup> Sc. -us

<sup>b</sup> Sc. -iat

<sup>c</sup> Ed. prin.: -e

esse causam: prima quia super eos<sup>a</sup> etiam quo ad locum penalem existunt, qui locus est aer caliginosus, et hoc propter ipsorum officium eis deputatus (vide supra in prima parte tractatus in questione secunda de incubis et succubis demonibus); secunda causa, quia corpora celestia mouentur a bonis angelis (vide in plerisque locis de motoribus orbium, precipue secundum Thomam | in *Prima Parte*, q. cx),<sup>b</sup> in quo concordant philosophi cum theologis; tertia causa propter vniuersale regimen et commune bonum vniuersi, cui detraheretur in generali si malis permitteretur spiritibus in illa<sup>c</sup> corpora celestia aliquas immutationes causare. Vnde et ille immutationes miraculose facte in veteri aut nouo testamento a deo per eorum motores seu angelos bonos facte sunt, vt in statione solis sub Josue, retrogradatione sub Ezechia, obscuracione innaturali in passione Christi. In omnibus autem exposit elementis et elementatis sua maleficia deo permittente et per se absque maleficis et cum maleficis exercere possunt, et de facto exercere non cessant, vt patebit.

112C

Secundo notandum quod in omnibus modis maleficiandi vt plurimum semper maleficas<sup>123</sup> informant vt instrumenta sue malicie per sacramenta seu sacramentalia ecclesie vel per quecunque diuina seu deo consecrata efficiant, vt quando imaginem ceream sub palla altaris ad tempus ponunt vel per crisma sacrum filum trahunt vel ex quibuscunque rebus consecratis, et hoc quidem triplici ratione, sicut etiam quod sanctioribus anni temporibus et precipue circa aduentum domini et festa natalia sua maleficia exercere solent: primo, vt non solum homines per talia perfidi fiant sed etiam sacrilegi, diuina quantum in eis est contaminando,<sup>d</sup> et vt sic plus deum creatorem suum offendant, intimius animas proprias condemnent et plures in peccata ruere faciant; secundo, vt deus sic grauiter per homines offensus demoni maiorem potestatem in homines seu iudi

112D

<sup>a</sup> Ed. prin.: cas

<sup>b</sup> Ed. prin.: c.x

<sup>c</sup> So Jerouschek's facsimile; Schnyder's has *illa* (worn piece of type)

<sup>d</sup> So Nider; ed. prin.: -a

<sup>123</sup> *Start of adaptation of Nider, Praec. 1.11.19 (Z):* Questio xix: cur malefici instrumenta sue malicie per sacramenta ecclesie vel per alia diuina tangi procurant, vt filum trahendo per crisma sacrum, vel imaginem ceream sub palla altaris ad tempus ponendo, et similia faciendo. Responderunt: demonis instinctu ista fiunt, triplici de cause. Primo, vt non solum homines per talia perfidi fiant sed etiam sacrilegi, diuina, quantum in eis est, contaminando, plus creatorem suum offendant, intimius animas proprias condemnent, et plures in peccata ruere faciant. Secundo, vt deus sic grauiter per homines offensus, secundum beati Augustini sententiam, demoni maiorem potestatem in homines malos tribuat, quibus deus concedit iratus quod denegaret propitius. Tertio, vt sic sub specie boni apparentis plures simplices facillius decipiat, quia tacta diuinis rebus et orationibus a deo putant etiam aliquid numinis obtulisse, vbi solum maiora peccata sunt commissa.

relinquat, sicut etiam Gregorius dicit, quod malis interdum iuxta eorum desideria et petitiones concedit iratus que alijs denegat propicijs; tertio vt sic sub specie boni<sup>a</sup> apparentis plures simplices<sup>b</sup> facilius decipiat quando per tacta diuinis rebus putant aliquid numinis a deo obtinuisse, vbi solum maiora peccata sunt commissa.<sup>124</sup>

- 113A Potest et addi quarta ratio<sup>125</sup> super sacraciora tempora et principium anni. Nam quia festa plus franguntur peccatis mortalibus quam mechanicis operibus iuxta Augustinum in *Libro de X Cordis* (“Superstitio autem et maleficia de maximis seruilibus operibus demonis est contra diuinam reuerentiam”), ideo, vt dictum est, homines profundius cadere facit et creator amplius offenditur. Et super principium anni dicere possumus iuxta Jsidorum (li. viij *Ethimologiarum* c. ij) quod sicut Janus, a quo ianuarius mensis dictus est, qui et in die circumcissionis incipit, ydolum fuit diuersis faciebus confictum, vna tanquam esset finis anni precedentis et alia tanquam esset principium futuri, et vt imminetis anni esset protector et fortunatus auctor, in eius reuerentiam, sed potius demonis, in ydolo faciebant pagani<sup>c</sup> varias commotiones luxuriosas et strenas et iocalia sibi mutuo tradiderunt, coreas varias duxerunt, mensas preparauerunt, de quibus mentio fit per beatum Augustinum in multis locis et fere per totum recitatur xxvi questionibus varijs.<sup>d</sup> Et sicut
- 113B iam mali christiani has corruptelas imitantur, licet quo ad lasciuam sint translata ab eis ad tempora carnispriuij quando cum laruis et ludis et alijs superstitionibus<sup>126</sup> discurrunt, ita et nunc malefice his persuasionibus a demonibus in ipsorum complacentiam circa principium anni quo ad

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -is

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -is

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -ati

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: q.varijs (*seemingly a misunderstanding of the citation of the Decretum in Nider*)

<sup>124</sup> *End*

<sup>125</sup> *Start of adaptation of Nider, Praec. 1.11.20 (Aa)*: Questio xx est: cur plura maleficia et superstitiones exerceri solent sacracioribus anni temporibus, et presertim circa festum natiuitatis Christi. Respondetur quod triplici de causa, sicut in precedenti dubio per omnia, quia festa plus franguntur peccatis mortalibus quam mechanicis operibus, vt Augustinus dicit (li. De Decem Cordis): “Superstitio de maximis seruilibus operibus demonis est contra diuinam reuerentiam.” Ratio secundi est specialis de kalendis Ianuarii, quia, vt Jsidorus dicit (li. viij *Ethimo.* c. ij), Janus, a quo ianuarius mensis dictus est, qui in circumcissionis Christi die incipit, idolum fuit diuersis faciebus confictum: vna tanquam esset finis anni precedentis, et alia tanquam esset principium futuri et imminetis anni protector et fortunatus auctor. In cuius reuerentiam, potius demonis (in idolo venerati sunt demones), varias commotiones luxuriosas fecerunt: strenas et iocalia sibi mutuo homines tradiderunt, choreas varias duxerunt, mensas preparauerunt, de quibus mentio fit per beatum Augustinum in multis locis et libris, et xxvi q. v “Habes” fere per totum. Sed has corruptelas falsi christiani imitantur hodiecirca eadem festa, licet predicatione sanctorum extirpate sint in multis locis. Et tamen demonum operatione alicubi translata ad tempora carnispriuij, quando cum laruis et ludis et alijs superstitionibus similia fiant.

<sup>126</sup> *End*

diuinum officium et cultum, vt festum Andree et festa natalia Christi existunt, sua maleficia exercent.

Et quidem iam in speciali qualiter per sacramenta primo, demum qualiter per sacramentalia talia exercent, aliqua nouiter facta et a nobis per inquisitionem reperta referamus. Est<sup>a</sup> opidum quod nominare non expedit quia ordo caritatis et rationis imperat et suadet: vbi malefica corpus dominicum sumpsit et declinans subito, vt detestabilis modus est mulierum, peplum ori adhibuit et in panniculum dominicum corpus extrahendo inuoluit, et in ollam in qua bufo erat – sic a diabolo informata – proiecit et sub terra in stabulum prope horreum domus sue occultauit cum alijs plurimis rebus adiunctis ex quibus sua maleficia exercere habuisset. Sed assistente diuina pietate tantum facinus 113C detectum ad lucem peruenit. Nam sequenti die mercenario quodam causa sui laboris prope stabulum iter faciente vocem quasi cuiusdam infantis eiulantis audiuit, et quanto propius accessit vsque dum ad pavementum sub quo olla abscondita erat peruenisset, tanto clarius audiuit, et estimans infantem aliquem a muliere subtumulatum, sculetum seu presidentem accessit et rem gestam sua estimatione a paricida perpetratam narrauit. Quod cito missis seruatoribus, ita esse, vt ille narrauerat, repertum est. Exhumare autem puerum nolebant, sed potius vt custodes a remotis positi,<sup>b</sup> si qua mulier accederet, sano vsi consilio attendere haberent. Nec enim dominicum corpus ibi absconditum esse nouerant. Vnde et contigit vt eadem malefica locum accederet et sub pallio alijs occulte cernentibus ollam abscondit. Vnde capta et questionibus exposita facinus detexit, asserens dominicum corpus cum bufone in olla fuisse absconditum <vt> ex his pulueribus sua ad libitum nocumenta 113D hominibus seu alijs creaturis inferre posset.

Insuper aduertendum quod hanc obseruant malefice communicantes consuetudinem vt si absque nota efficere valeant dominicum corpus sub lingua et non supra recipiant, rationibus his, vt estimari potest, vt abnegationis fidei remedium nunquam percipere velint, nec per confessionem neque per sacramenti eukaristie perceptionem; secundo vt eo facilius ex ore dominicum corpus accipiatur pro earum, vt dictum est, vsibus applicandum in maiorem creatoris offensam. Quare et omnium ecclesie<sup>c</sup> rectoribus et populum communicantibus semper iniungitur summam adhibere diligentiam vt plurimum aperto ore et lingua bene extensa cum amotione pepli mulieres communicent. Et quanto maior adhibetur diligentia, tanto plures malefice per hunc modum notantur.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: et (cf. 123C)

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -is

<sup>c</sup> *Sc.* -atum

De alijs rebus sacramentalibus innumeras exercent superstitiones,  
 114A interdum imagines cereas, quandoque res aromaticas sub palla altaris, |  
 vt supra tactum est, ponentes, et sub limine domus occultantibus,<sup>a</sup> vt  
 per transitum ille pro quo positum est maleficiatur. Innumera possent  
 deduci, sed hec minima per maiora maleficia approbantur.

DE MODO QUO VIM GENERATIUM IMPEDIRE SOLENT

Capitulum Sextum

DE MODO AUTEM QUO vim generatiuum impedire solent tam in  
 hominibus quam iumentis etiam in vtroque sexu potest<sup>b</sup> lector ex  
 his que supra tacta sunt in questione an demones per ipsas maleficas  
 mentes hominum ad amorem vel odium immutare valeant, vbi post  
 solutiones argumentorum specialis fit declaratio de modo quo vim  
 generatiuum impedire valeant deo permittente. Vbi tamen notandum quod  
 tale impedimentum ab intrinseco et ab extrinseco practicatur. Intrinseco  
 autem fit ab eis dupliciter: primo vbi rigorem<sup>127</sup> membri pro fructifica-  
 114B motum alias naturalem in aliquo membro | impedire possunt; secundo  
 vbi missionem spirituum ad membra in quibus est virtus motiua pro-  
 hibent, quasi intercludendo vias seminis, ne ad vasa generationis descen-  
 dat vel ne excidatur vel emittatur. Extrinseco procurant interdum per  
 imagines vel ex herbarum commestionibus, interdum per alias res exteri-  
 ores, puta ex gallorum testiculis vel ex herbarum commestionibus. Non  
 tamen credendum est quod virtute illarum rerum vir impotens red-  
 datur, sed occulta virtute demonum illudente<sup>d</sup> huiusmodi maleficas per  
 huiusmodi vim generatiuum, ne videlicet vir coire aut mulier concipere

<sup>a</sup> Sc. -es

<sup>b</sup> *The necessary complementary infinitive has been neglected.*

<sup>c</sup> Sc. -i (*clumsy adaptation*)

<sup>d</sup> *So Nider; ed. prin.: -e3*

<sup>127</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.5 (211C–D):* . . . quarto, reprimendo directe vigorem membri fructificationi accomodi, sicut et motum localem cuiuscumque organi; quinto, prohibendo imissionem spirituum ad membra in quibus est virtus motiua quasi intercludendo vias seminis ne ad vasa generacionis descendat vel ne ab eis recedat vel ne excitetur vel emittatur vel multis alijs modis. Cum autem faciunt mulieres sortilegia cum fabis et gallorum testiculis, non est credendum quod virtute illarum rerum vir impotens reddatur, sed occulta virtute demonum illudente sortilarias per ista corporalia. Plus autem permittit deus super hunc actum, per quem primum peccatum diffunditur, quam super alios actus humanos, sicut et super serpentes, qui magis incantacionibus deseruunt, quam alia animalia.

valeat, maleficari possunt. Et huius ratio est quod plus permittit deus super hunc actum, per quem primum peccatum diffunditur, quam super alios actus humanos, sicut et super serpentes, qui magis incantationibus deseruiunt quam alia animalia,<sup>128</sup> vnde et pluries a nobis et ab alijs inquisitoribus repertum est quod per serpentes aut per cutem serpentis huiusmodi impedimenta intulerunt. Nam quidam captus maleficus 114C fassus fuerat quod multis annis sterilitatem tam in hominibus quam iumentis quandam domum inhabitantibus per maleficium intulisset. Nider insuper (vbi supra) refert quendam<sup>129</sup> maleficum nomine Stadlem in dyocesi Lausanensi captum, qui et fassus fuerat quod in certa domo, vbi vir et vxor simul permanebant, per sua maleficia successiue in vtero vxoris viri septem infantes occidisse, ita vt semper aborsum faceret femina annis multis. Simile fecerat in eadem domo omnibus pecoribus et iumentis fetosis, quorum nullum viuum partum edidit in eisdem annis. Et cum maleficus questionaretur qualiter talia procurasset aut quomodo reus esse posset, facinus aperuit, dicens: “Subter limen hostij domus serpentem posui, qui si amouebitur, fecunditas inhabitantibus restituetur,” et sicut predixit, ita euenit. Nam licet serpens non fuisset inuentus, quia in pulueres redactus, terram tamen omnino asportabant, et eodem anno 114D vxori et | omnibus iumentis fecunditas restituta fuit.<sup>130</sup>

Aliud denique factum in Richßhofen paucis et vix quattuor annis elapsis contigit. Famosissima quedam malefica erat, vt pote que solo tactu et omni hora maleficari et aborsum procurare sciebat. In quo dum vxor cuiusdam potentis impregnata esset et ob sui custodiam quandam obstetricem ad se recepisset, auisataque ab eadem obstetrice fuisset ne castrum exiret et quod precipue a colloquio et conuersatione illius malefice supra dicte se caueret, post aliquas septimanas immemor illius auisamenti castrum exiens quasdam mulieres congregatas in quodam conuiuio visitandi gratia accessit, vbi cum paululum resedisset, malefica superuenit et ipsam dominam quasi salutationis gratia super ventrem ambabus

<sup>128</sup> End

<sup>129</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.3 (202C–D):* Nam in opido Boltigen Lausanensis diocesis quidam dictus Stedelein grandis maleficus captus per prefatum Petrum iudicem loci, qui fatebatur se in certa domo vbi vir et vxor simul manebant per sua maleficia successiue in vtero vxoris prefate septem circiter infantes occidisse, ita vt semper aborsum faceret in femina multis annis. Simile fecit in eadem domo omnibus pecoribus fetosis, quorum nullum viuum partum edidit in eisdem annis, prout rei euentus probauit. Cumque antedictus nequam questionaretur an in his et qualiter reus esset, facinus aperuit, dicens: subter limen hostij domus se lacertam possuisse dixit, et si amouentur fecunditatem in habitantibus resituendam predixit. Cum autem serpens ille quereretur sub limine nec inueniretur, quia in puluerem forrassis redactus erat, pulueres seu terram subterpositam asportabant: in eodem anno vxori et omnibus iumentis domus fecunditas restituta est.

<sup>130</sup> End

manibus tetigit, et subito puerum se dolorose mouentem persensit. Vnde  
 115A territa vbi ad propria redijt et rem gestam obstetrici narrasset, “Heu,”  
 inquit, “iam puerum perdidistis!” exclamauit, et vt predixit in partu  
 contigit. Nam nec aborsum integrum sed paulatim frustra, iam capitis,  
 ianque pedum et manuum peperit. Magna vtique ex diuina permissione  
 castigatio in penam eius, videlicet mariti qui tales maleficas punire et  
 iniurias creatoris vlscisci deberet.

Fuit et in opido Merspurg Constantiensis dyocesis quidam iuuenis  
 intantum maleficiatus quod nullum actum carnalem cum aliqua dempta  
 vna exercere poterat. Multis etiam audientibus retulit quod sepiissime  
 dum eam declinare et alias terras inhabitare et fugam capere volebat,  
 adhuc interdum nocturno tempore assurgere et festine cursu velocissimo,  
 iam per terram, iam per aerem quasi volando, redire volebat.

#### DE MODO QUO MEMBRA VIRILIA AUFERRE SOLENT

##### Capitulum Septimum

115B SED ET HOC QUOD membra virilia auferre solent, non quidem in  
 rerum veritate corpora humana illis spoliando sed prestigiosa arte occul-  
 tando, vt supra in questione desuper tacta declaratum est, aliqua gesta  
 in medium producamus.

Jn opido nanque Rauenspurg iuuenis quidam iuencule adhesit,  
 quam relinquere volens membrum virile perdidit prestigiosa vtique arte,  
 vt nihil videre aut tangere preter planum corpus posset. Anxius inde  
 cellare quoddam adijt vt vinum emeret et paululum residens mulieri  
 alicui<sup>a</sup> alteri superuenienti<sup>b</sup> causam trisiticie sue aperiendo singula enar-  
 rauit et ita esse corpore demonstrauit. Astuta illa anne aliquam sus-  
 pectam haberet inquisiuit, et ille vtique talem ipsam denominando et  
 rem gestam narrando manifestauit, et illa: “Expedit vt per violentiam  
 aliquam, vbi benevolentia tibi non suffragatur, pro acquirenda sanitate  
 ipsam inducas.” At iuuenis in crepusculo noctis viam quam pertransire  
 115C malefica solebat obseruauit, et ipsam reperiens, dum pro sanitate cor-  
 poris sibi reddenda supplicaret, et illa se | innoxiam nec quicquam scire  
 assereret, ipsam inuadendo manutergium quoddam ad collum fortiter  
 comprimendo strinxit, dicens: “Nisi mihi sanitatem restitues, e manibus  
 meis peribis.” Vnde illa, quia clamare non poterat et iam facies tume-  
 facta nigrescebat, “Sine,” inquit, “me liberam et te sanabo.” Et iuuenis

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: cui (*cf. alicuius alterius in 121B*)

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -e

dum nodum seu stricturam laxasset, malefica manu ipsum inter femora seu coxas tetigit, dicens: "Jam habes quod desideras." Et iuuenis, vt postmodum referebat, notabiliter persenserat, antequam visu aut tactu seipsum certificasset, membrum sibi ex tactu tumtaxat malefice fuisse restitutum.

Simile venerandus quidam pater honestate vite et scientia preclarus in ordine e conuentu Spirensi referre solet. "Quadam," inquit, "die dum confessionum audientie instarem, iuuenis quidam accessit et inter verba confessionis membrum virile lamentabiliter se perdidisse asseruit. Ammirans ego (pater) et verbis suis faciliter credere nolens eo | quod leuis 115D corde qui facile credit a sapiente iudicatur, experientia didici per visum nihil cernendo dum iuuenis locum vestes detegendo demonstrasset, vnde in me sanoque<sup>a</sup> consilio vsus, anne aliquam haberet suspectam que ei tale maleficium intulisset inquisiui, et iuuenis vnam se habere suspectam sed absentem et in Wormacia residentem asseruit. Tunc ego: 'Hec tibi iniungo: quantotius ipsam accedas et promissionibus ac blandis verbis pro posse ipsam emollire studeas,' quod et fecit. Nam post paucos dies reuersus est gratias mihi referens se sanum et cuncta recuperasse asseruit, et sic verbis credidi, experientia tamen visus certificatus denuo."

Sunt tamen et hic aliqua notanda ad intelligendum clarius que supra de eadem materia tacta sunt: primo, quod nullo modo credendum est talia membra euelli aut segregari a corporibus, sed arte prestigiosa per demonem, vt nec videri aut tangi valeant, occultari, et hoc auctoritate et ratione, | licet supra tactum sit, vbi Alexander<sup>131</sup> de Halis (*Parte Secunda*) 116A dicit: "Prestigium proprie sumptum est illa illusio demonis, que non habet causam ex parte mutationis rei sed solummodo ex parte cognoscen- tis, qui deluditur, siue quantum ad interiores sensus siue quantum ad exteriores."<sup>132</sup> Super hec tamen verba notandum quod hic illuduntur sensus duo exteriores, scilicet visus et tactus, et non interiores, vt sunt sensus communis, fantasia, ymaginatiua, extimatiua<sup>b</sup> et memoria, licet sanctus Thomas tantummodo ponat quattuor, vt supra dictum est, eo quod fantasiam et ymaginatiuam ponit vnam et bene. Pauca enim differentia est inter imaginari et fantasiari (Thomas in *Prima Parte*, q. lxxix). Et hi sensus immutantur et non exteriores solum, quando nihil occultatur vel manifestatur vel vigilando vel dormiendo, vigilando vt dum res aliter videtur quam in se sit, vt cum quis videt aliquem equum cum

<sup>a</sup> que is unnecessary

<sup>b</sup> Sc. es- (cf. 48A)

<sup>131</sup> Start of Nider, Praec. 1.11.11 (C)

<sup>132</sup> End

116B assessore deuorantem, aut | in bestiam esse hominem transformatum aut seipsum bestiam esse et cum bestijs debere incedere estimantem.<sup>a</sup> Tunc enim sensus exteriores deluduntur et occupantur per interiores, quia virtute demonum species sensibiles dudum reseruate in thesauro specierum sensibilibum, vt est memoria, non illa intellectiua in qua species intelligibiles conseruantur, sed memoria, que est conseruatric specierum sensibilibum, que etiam est in posteriori parte capitis, educuntur virtute demonum deo interdum permittente ad sensum communem, imaginatiuam, et tam fortiter imprimuntur quod sicut necesse habet imaginare equum vel bestiam per impetuosum actum quo demon deducit de memoria speciem equi vel bestie, ita necesse habet estimare se videre per oculos exteriores tantum talem bestiam, qua in re ab extra non est bestia sed per impetuosam demonis operationem mediantibus illis speciebus

116C sic videtur. Nec mirum videatur quod demones possunt, cum | et natura hoc facere potest etiam defectuosa, vt patet in freneticis, melancolicis, maniacis et ebrijs aliquibus, qui non possunt discernere. Et frenetici putant se mira vidisse et videre bestias et alia horrenda, cum tamen nihil sit in rerum veritate. (Vide supra in questione an malefice mentes hominum ad amorem vel odium possunt immutare, vbi plura notantur.)

Est demum et ratio in se clara. Nam cum demon habeat quandam potestatem super quasdam res inferiores, excipiendo tantummodo animam, ideo potest<sup>b</sup> et circa istas res aliquas immutationes facere quando deus sinit, vt res appareant aliter quam sint, et hoc, vt dixi, aut turbando aut illudendo organum visus, vt res clara videatur nubilosa, sicut etiam post fletum propter humores collectos lumen aliter apparet quam ante, vel operando in imaginatiuam potentiam per transmutationem specierum sensibilibum, vt dictum est, vel humores varios mouendo, vt

116D apparent ignea vel aquea, | que sunt terrestria vel sicca, vt quidam faciunt quod omnes in habitatione aliqua habent se vestimentis exuere et denudare, putantes se in aquis natate.

Vlterius autem super modum prefatum si queritur an huiusmodi illusiones indifferenter bonis et malis accidere possunt, sicut vt inferius patebit, corporales alie infirmitates etiam in gratia existentibus inferri a maleficis possunt, super quo inherendo verbis Cassiani (*Collatione ij Abbatibus Sereni*)<sup>c</sup> dicendum est quod non. Vnde omnes isti qui sic illuduntur presumuntur in peccatis mortalibus esse. Dicit enim: “Ex

<sup>a</sup> Ed. prin.: -timimantem

<sup>b</sup> Ed. prin.: ponit

<sup>c</sup> Ed. prin.: si-

verbis Anthonij patet demonem<sup>133</sup> nullatenus posse mentem cuiusquam vel corpus inuadere, nec habere facultatem in cuiuslibet animam penitus irruendi nisi eam primo destituerit omnibus cogitationibus sanctis ac spirituali contemplatione vacuam nudamque rediderit.<sup>134</sup> Concordat cum eo quod philosophia<sup>135</sup> (primo *De Consolatione*) ad Boecium tangit: “Talia tibi contuleramus arma, que | nisi prior abiecisses, inuicta te firmitate tuerentur.” Vnde Cassianus ibidem refert de duobus maleficis<sup>136</sup> 117A paganis, qui differentes in malicia successiue per sua maleficia demones miserunt ad cellam beati Anthonij, vt eum tentationibus exinde fugarent, odio viri sancti infecti eo quod multitudo populi ad eum quotidie confluebat.<sup>137</sup> Qui demones licet<sup>138</sup> amarissimis cogitationum stimulis Anthonium pulsarunt, illos<sup>139</sup> tamen semper repulit signo crucis fronti et pectori impresso et orationum incubationibus insistendo.<sup>140</sup> Ita dicere possumus quod omnes qui sic a demonibus ludificantur absque alijs infirmitatibus corporalibus vtique diuina gratia inhabitante carent. Vnde et illud (*Thobie* vi): “Qui libidini deseruiunt, in eo<sup>a</sup> diabolus accipit potestatem.”<sup>141</sup> Concordat et illud quod supra circa primam partem tractatus in questione an malefice operantur circa homines in bestiales formas 117B illos transmutando tactum est, vbi iuuenula conuersa fuit in | equam sua estimatione et omnium eam aspicientium dempto sancto Machario, cuius sensus diabolus illudere non poterat, ad quem ducta pro sanitate cum iam veram mulierem et non equam aspiceret et econuerso omnes alij acclamarent quod equa eis videretur, ipse sanctus suis orationibus eam et alios a tali illusionem liberauit, asserens hoc ei accidisse, quia diuinis non vacasset nec sacramenta, vt decebat, scilicet confessionis et eucharistie, vt decebat, frequentasset. Vnde iuuenis qui eam de turpitudine sollicitauerat, licet renuisset ex honestate, tamen iudeus maleficus

<sup>a</sup> *Nider*: illos, which suggests that eos may be meant, but the version of the quote in 117D shows that in eo is intentional.

<sup>133</sup> Start of adaptation of *Nider*, Form. 5.5 (212B–C), which begins: Responsum huius accipe ex Cassiani verbis, quibus (Collatione ij Abbatis Sereni) in hec verba concludit: “Diffinit,” inquit, “beatus Antonius nullatenus demonem . . .”

<sup>134</sup> *Pause*

<sup>135</sup> *Resume* (*Nider* begins: “Talia,” inquit philosophia (primo *De Consolatione*) ad Boecium, “tibi . . .”)

<sup>136</sup> *Nider*: maleficis et philosophis

<sup>137</sup> *Nider*: veniret

<sup>138</sup> *Not in Nider*

<sup>139</sup> *Nider*: quos

<sup>140</sup> *End*

<sup>141</sup> *Quoted in Nider*, Form. 5.5 (212A) in the form: In illos qui libidini vacant accipit demonium potestatem.

quem iuuenis ea de causa vt iuuenulam maleficiaret accesserat virtute demonis eam in equam conuerterat.

Summarie concludamus quod in<sup>142</sup> bonis fortune, sicut sunt res exteriores, vt bona temporalia, fama et sanitas corporis, licet boni per demones et sua membra ledi possint in eorum meritum et probationem, sicut de  
117C beato Job patuit, qui in talibus per demonem | lesus fuit, tamen eis inuitis, sicut in nullum peccatum per maleficia trahi possunt aut violentari, licet ab intra et in carne ab extra valeant tentari,<sup>143</sup> ita etiam nec huiusmodi illusiones fantasticas actiue et passiuæ inferre possunt, actiue vt eorum sensus haberent demones illudere, sicut aliorum in caritate non existentium, passiuæ vt eis eorum membra presitigiosa illusionem haberent auferre. Hec enim duo beato Job nunquam diabolus inferre potuisset, presertim passiuum nocumentum super actum venereum, qui tante continentie erat vt dicere posset: “Pepigi fedus cum oculis meis ne quidem cogitarem de virgine” (a fortiori de muliere aliena), cum tamen super peccatores demon magnam noscitur ex verbis euangelij (*Luce xi*: “Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia que possidet”)<sup>144</sup> habere potentiam.

Verum ex his si quis quereret circa illusiones membri virilis quod licet  
117D illam illusionem non posset demon existenti | in gratia inferre passiuæ, anne posset actiue, vt scilicet existens in gratia illuderetur in suo visu quia videret membrum annexum, cum tamen ille qui sibi estimaret ablatum non videret annexum nec etiam alij circumstantes, quod si conceditur, videtur esse contra predicta, potest dici quod quia non tanta vis existit in damno actiuo, sicut passiuo – capiendo actiuum non qui actiue intulit sed qui damnum ab extra videt, vt de se patet – ideo existens in gratia licet posset<sup>a</sup> videre damnum alterius et in illo demon sensus eius illuderet, non tamen posset sibiipsi tale damnum inferre passiuæ, vt scilicet suo membro priuaretur, cum libidini non deseruit, sicut per oppositum, vt angelus dixit Thobie, “Qui libidini vacant, demonium accipit potestatem.”

<sup>a</sup> *Schwyder (1993) 181 suggests adding non*

<sup>142</sup> *Start of adaptation of Nider, Praec. 1.11.18 (Y):* Questio xviii: anne hi qui in charitate sunt ledi possint per maleficas, sicut hi qui in peccato mortali. Respondetur secundum Cassianum in Collatione Patrum quod nequaquam. Boni enim in rebus per demonem et suos ledi possunt in meritum eorum et probationem, vt in bonis fortune que sunt exteriores res, fama et sanitate, sicut de beato Job patuit, qui in talibus lesus fuit per demonem. Sed in nullum peccatum bonis hominibus inuitis per maleficia trahi possunt, licet tentari valeant ab intra et in carne extra, sed nullatenus violentari.

<sup>143</sup> *End*

<sup>144</sup> *Quotation from Nider, Praec. 1.11.18 (Y)*

Quid denique sentiendum super eas maleficas qui<sup>a</sup> huiusmodi membra in copioso interdum numero, vt viginti vel triginta membra insimul, ad nidum auium vel ad aliquod scrineum includunt, vbi et quasi viuientia membra se mouent vel auenam vel pabulum consumendo, prout a multis visa sunt et communis fama refert, dicendum quod diabolica operatione et illusionem cuncta exercentur. Sic enim sensus videntium illuduntur modis supra tactis. Retulit enim quidam quod dum membrum perdidisset et quandam maleficam causa recuperande sanitatis accessisset, illa, vt quendam arborem ascenderet, infirmo iniunxit et vt de nido in quo plurima erant membra si quod vellet accipere posset indulsit. Et cum ille magnum quoddam accipere attentasset, “Non,” ait malefica, “illud accipias,” et quia vni ex plebanis attineret subiunxit. Hec omnia vtique prestigiosa illusionem fieri<sup>b</sup> a demonibus modis supra tactis, organum visus per transmutationem specierum sensibilium in imaginatiuam potentiam turbando. Nec enim oportet asserere quod demones sint in assumptis sic membris <se> ostendentes quemadmodum solent in assumptis corporibus ex aere | maleficis et interdum hominibus apparere et cum eis conuersari. Ratio est quia faciliiori modo, videlicet per motum interiorum localem specierum sensibilium ex conseruatoria seu memoratiua potentia ad imaginatiuam, ista facere possunt.

Et si quis dicere vellet quod etiam simili modo facere possent, vbi in assumptis corporibus asseruntur maleficis aut alijs hominibus conuersari, vt videlicet tales apparitiones facerent per transmutationem specierum sensibilium in imaginatiuam potentiam, vt homines dum putarent demones in assumptis corporibus esse presentes, tunc non essent nisi tales specierum sensibilium in interioribus potentijs immutationes, dicendum quod si nil altius demon ostendere vellet nisi tantummodo humane effigie presentationem, tunc vtique opus non esset ei in assumpto corpore apparere, cum sufficienter per prefatam transmutationem hoc efficere posset, nunc autem quia altiora habet exercere, puta loqui, conuesci et alijs spurcicijs intendere, ideo et ipsum presentem esse oportet ab extra visui realiter in assumpto corpore se obijciendo, quia virtus angeli ibi est, vbi operatur secundum doctores.

In questione vero qua queritur quid si demon per se absque malefica membrum virile alicui auferret, an aliqua sit differentia inter vnam ablationem et alteram, dici potest, vltra illa que tanguntur in prima parte tractatus in questione an malefice membra virilia possint auferre, quod

<sup>a</sup> Sc. -e

<sup>b</sup> The infinitive is presumably dependent upon an implied *sentiendum est* understood from the beginning of the paragraph.

vbi demon per se membrum auferret, tunc vere et realiter auferret et vere et realiter restitueret quandocunque restituere haberet; item secundo, sicut non absque lesione, ita non absque dolore auferret; tertio, quod nunquam nisi coactus per bonum angelum hoc faceret, eo quod materiam sui lucri amputare haberet. Nouit enim plura maleficia super illum actum exercere quam super alios humanos actus, sicut etiam deus plus  
 118D permittit illum actum maleficiare quam alios humanos actus, vt supra tactum est. Que singula locum non habent, vbi per maleficas deo permittente operatur.

Et si dubitatur an demon plus affectat homines et creaturas per seipsum ledere quam per maleficas,<sup>a</sup> dici potest quod nulla est comparatio. In infinitum enim plus affectat per maleficas ledere, tum quia maiorem infert deo contumeliam creaturam sibi dicatam vsurpando; secundo quia cum deus amplius offenditur, amplius sibi nocendi hominibus potestas permittitur; tercio propter sui lucrum, quod in perditionem<sup>b</sup> statuit animarum.

DE MODO QUO HOMINES IN BESTIALES FORMAS  
TRANSFORMANT

Capitulum Octauum

SED ET HOC QUOD malefice homines in bestiales formas virtute demonum qui talia principaliter operantur<sup>c</sup> transformant, licet in prima  
 119A parte operis, questione an talia malefice valeant efficere, satis sit declaratum, quia tamen aliquibus illa questio sub suis argumentis et solutionibus nimis posset esse obscura, presertim cum acta et gesta super hec non sunt deducta, modus etiam quo seipsas sic transformant non est expressus, ideo presens addenda est declaratio per solutiones plurimorum dubiorum.

Et primo quod canon ille (xxvi q. v “Episcopi”) non est sic nude intelligendus circa hanc materiam, prout plures etiam docti (sed vtinam bene docti!) decipiuntur et qui publice in eorum sermonibus asserere non verentur huiusmodi transmutationes prestigiosas nullo modo etiam virtute demonum posse fieri, et hoc vtique in magnum fidei detrimentum, vt sepe tactum est, et maleficarum confortationem, que et multum de talibus congraudent sermonibus.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -tas

<sup>b</sup> *Sc.* -e

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -atur

Contingit autem hoc huiusmodi predicatoribus eo quod in cortice et non in medulla verborum canonis laborant, vt supra tactum est. Cum enim dicit: "Quisquis credit posse fieri aliquam creaturam aut in melius <sup>119B</sup> aut in deterius transmutari aut transformari in aliam speciem vel in aliam similitudinem nisi ab ipso creatore qui omnia fecit proculdubio infidelis est," hic pius lector attendat ad duo principalia, primo super verbum "fieri," secundo super verba "in aliam similitudinem conuerti."<sup>a</sup> Super primum sit resolutus quod "fieri" capitur dupliciter, videlicet pro "creari" et pro "naturali productione alicuius rei." Primo modo soli deo conuenit, vt notum est, qui sua infinita potentia aliquid ex nihilo creare potest. Secundo modo distinguendum est de creaturis, quia aut sunt creature perfecte, vt homo, asinus etc., aut sunt imperfecte, vt serpentes, rane, mures etc., que ideo dicuntur imperfecte quia ex putrefactione generari etiam possunt. Licet enim semper de primis loquitur canon, non de secundis, quod potest patere eo quod Albertus<sup>145</sup> in libro *De Animalibus*, vbi querit an demones possint facere vera animalia et<sup>b</sup> respondit quod <sup>119C</sup> sic, sed hoc quo ad imperfecta animalia, etiam cum ea differentia quod non in instanti, sicut deus operatur, sed motu quodam, licet subito, sicut patet de maleficis (*Exodi vij*):<sup>146</sup> si placet, vide aliqua que in notata questione tanguntur circa primam partem operis et in solutione primi argumenti.

Super secundum, vbi tangitur quod non possunt aliquam creaturam transmutare, dicas quod est duplex transmutatio, substantialis et accidentalis, et hec accidentalis iterum duplex, quia vel per formam naturalem et inherentem rei que videtur vel per formam non inherentem rei que videtur sed inherentem organo et potentijs ipsius videntis: de primis loquitur canon, et precipue de formali seu quiditatiua transmutatione, prout vna substantia in aliam transmutatur, cuiusmodi solus deus qui talium quiditatum creator existit facere potest.

Loquitur etiam et de secunda, licet illam demon efficere possit in quantum per infirmitates diuina permissione immissas aliqua forma accidentalis corpori inducitur, vt vbi leprosa facies appareret vel huius simile, <sup>119D</sup> sed quia proprie de his non loquimur sed de prestigiosa apparitione,

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -uerri

<sup>b</sup> *Grammatically unnecessary (clumsy adaptation)*

<sup>145</sup> *Start of adaptation of Nider, Praec. 1.11.7 (L)*: Responderetur secundum Albertum (ubi supra) quod sic, deo permittente: aliquando imperfecta quedam animalia procurare possunt fieri, non in instanti, sicut deus facere potest, sed motu quodam, licet subito, sicut patet de maleficis secundum Augustinum et Exo. vi.

<sup>146</sup> *End*

secundum quam videntur res transmutari in alias similitudines, dicimus quod has transmutationes (allegato capitulo) excludere non potest, quod autoritate, ratione et experientia insimul ex his que super certa experientia que Augustinus (libro decimo octauo, capitulo decimo septimo, *De Ciuitate Dei*) refert deducuntur, et per varias questiones illa etiam declarando.

Nam inter alias prestigiosas transformationes refert quod famosissima<sup>147</sup> maga Circes mutauerit socios Vlixis in bestias, et quod quedam stabularie mulieres conuertissent hospites suos in iumenta onera portantia. Refert etiam socios Diomedis in aues conuersos, et quod postea longo tempore circa templum Diomedis volassent, et quod Prestantius  
120A narrasset de patre suo veraciter, quod ipse pater | dixisset se caballum fuisse et annonam cum alijs animalibus baiulasse.

De primo nanque, quod socij Vlixis fuissent in bestias mutati, ibi vtiq; sola apparentia fuit et oculorum deceptio,<sup>148</sup> ita quod forma illa bestialis educta fuit de conseruatorio seu memoria specierum ad ipsam vim imaginatiuam, vnde et visio imaginaria causabatur et consequenter ex forti impressione in potentias<sup>a</sup> alias et organa videns estimabat se bestiam videre, modo quo supra in precedenti capitulo tactum est. Sed quomodo ista fieri possunt virtute demonis sine lesione infra patebit.

De secundo vero, vbi hospites in iumenta onera portantia a stabularijs conuertebantur, et similiter hoc quod Prestancij pater se equum fuisse et pladum portasse narratur, notandum quod ibi tres fuerunt deceptiones: prima, quod illi homines prestigiosa arte videbantur conuersi in iumenta, que conuersio facta fuit modo supra tacto; secunda, quod illa onera  
120B vbi excedebant vires portantium, demones inuisibiliter illa attulerunt; tertia, quod illi qui alijs videbantur transmutati in species sibiipsis etiam videbantur se in bestias conuersos, sicut Nabuchodonosor contigit, vbi septem<sup>b</sup> tempora super eum fuerunt immutata, vt fenum quasi bos comederet.

De illo autem quod socij Dyomedis fuissent in aues conuersi et circa templum volasse,<sup>c</sup> dicendum quod ille Dyomedis, quia in exercitu

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: impotētias

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: semp-

<sup>c</sup> *Sc.* -assent

<sup>147</sup> *Start of adaptation of Nider. Praec. 1.11.8 (M)*: Vnde Augustinus ibi dicit: famosissima maga Circes mutauerit socios Vlixis in bestias, et quedam stabularie mulieres conuertebant hospites suos in iumenta onera portantia. Refert etiam socios Diomedis in aues conuersos, et postea longo tempore circa templum Diomedis volabant, et quod Prestantius nomine narrauit de patre suo, qui dicebat se caballum fuisse et annonam cum alijs animalibus baiulasse. Nam, vt Augustinus ibidem soluit, in primo sola apparentia fuit et oculorum deceptio.

<sup>148</sup> *End*

Grecorum circa obsidionem ciuitatis Troie fuerat, vbi ad propria redire volebat, in mari cum socijs submersus fuit, ideo cum ex suggestione cuiusdam idoli templum sibi quasi inter deos annumeratus esset constructum fuerat, demones in confirmationem erroris longo tempore tanquam aues loco eorum volabant, quare et aliud genus superstitionis a predictis prestigijs ibi fuit, quia videlicet non per reductionem specierum sensibilibum ad vim imaginatiuam sed in assumptis corporibus tanquam aues | volantes se oculis aspicientium ingerebant.

120C

Quod si queritur an etiam predicto modo per reductionem specierum sensibilibum aspicientes illudere potuissent, vt demones non in assumptis corporibus ex aere tanquam volantes aues se ingessissent, dicendum quod sic. Nam et opinio<sup>149</sup> quorundam fuit, vt recitat sanctus Thomas in *Secundo Sententiarum* (di. viij, art. ij), quod angeli quicumque, siue boni siue mali, nunquam assumerent corpora, sed quod omnia que de eorum apparitionibus leguntur in scripturis facta fuerint in prestigijs vel secundum visionem imaginariam.<sup>150</sup> In quibus verbis notatur a doctore sancto differentia inter prestigium et imaginariam visionem, quia prestigium potest habere rem ab extra corporali visui se obijcientem, licet aliter videatur quam sit, imaginaria autem visio non hoc necessario requirit, vt videlicet res ab extra obijciatur, sed potest fieri absque illa exteriori obiectione tantummodo per illas interiores species sensibiles, vbi ad vim imaginatiuam reducuntur. Vnde illorum opinionem sequendo, socij Dyomedis non fuerunt representati per demones in assumptis corporibus et similitudinibus auium, sed tantummodo fantastica et imaginaria visione, per illarum videlicet specierum sensibilibum reductionem etc., vt supra. Sed quia doctor sanctus opinionem illam vt errorem et non vt opinionem simplicem reprobat, licet non vt heresim, forte vt pie creditur, cum etiam tales apparitiones imaginarie interdum et a bonis et a malis angelis fuerint absque corporibus assumptis visitate, ideo, vt ibidem dicit, cum<sup>151</sup> sancti communiter dicunt angelos etiam corporali visione apparuisse, et talis apparitio fit in assumptis corporibus, textus etiam scripture sacre super tales corporales apparitiones plus concordat quam super imaginarias aut prestigiosas:<sup>152</sup> ideo ex his ad presens dicere possumus etiam super quascunque visiones consimiles illis de socijs

120D

121A

<sup>149</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.8.1.2.Co.*: . . . hic est quorundam error dicentium angelos nunquam corpus assumere, et omnia quecunque de apparitionibus angelorum scriptura loquitur in prestigijs facta esse dicunt vel secundum visionem imaginariam.

<sup>150</sup> *Pause*

<sup>151</sup> *Resume*: Sed quia sancti communiter dicunt angelos etiam corporali visione hominibus apparuisse, quibus scripture textus concordare videtur . . .

<sup>152</sup> *End (Aq. continues)*: ideo absque dubio dicendum est angelos quandoque corpora assumere in quibus ab hominibus videntur.)

Dyomedis, quod licet illi socij imaginaria visione videntium potuissent opere demonum videri modo quo dictum est, tamen potius presumitur quod per demones in assumptis corporibus ex elemento aeris tanquam aues volantes fuerint visi, aut quod alie aues naturales a demonibus agitate illos representauerint.

QUALITER DEMONES INTRA CORPORA ET CAPITA  
EXISTUNT SINE LESIONE QUANDO PRESTIGIOSAS  
OPERANTUR TRANSMUTATIONES

Capitulum Nonum

121B QUOD SI VLTERIUS SUPER modum prestigiose transmutationis queritur an intra corpora et capita tunc existant, et an tales sint tanquam obsessi a demonibus estimandi, et qualiter fieri possit vt absque lesione potentiarum et virium interiorum possint |species ab vna potentia interiori ad aliam deducere, et vtrum tale opus debeat censi miraculosum factum aut non, ad primum oportet distinguere de prestigiosa illusionem, eo quod, vt dictum est, illa illusio fit interdum super sensus exteriores, interdum super interiores vsque ad sensum exteriorem: prima ergo licet possit fieri absque hoc quod demones intrent potentias exteriores, <non> illas occupando sed tantum exterius deludendo, vt vbi corpus aliquod occultare vellet per interpositionem alicuius alterius corporis vel alio quocunq; modo, aut vbi per se corpus assumeret et se visui obijceret, secunda tamen non potest fieri nisi ipsum caput et potentias principaliter occupet.

Et hoc ostenditur autoritate et ratione, nec ob stare potest quod duo<sup>153</sup> spiritus creati non possint esse in vno et eodem loco et anima sit in qualibet parte corporis.<sup>154</sup> Est autem autoritas super hoc Damasceni: 121C "Angelus ibi est vbi operatur";<sup>155</sup> ratio sancti Thome (*Secundo Sententiarum*, di. viij, ar. v): "Omnes angeli boni et mali ex virtute naturali, que prestantior vtique est quacunque corporali, habent potestatem transmutandi corpora nostra."<sup>156</sup> Patet hoc nedum propter prestantiam et nobilitatem nature, sed et ideo quod tota machina mundi et creatura corporalis amministratur per angelos (Gregorius, iiii *Dyalogorum*: "In hunc mundum visibilem nihil nisi per creaturam inuisibilem disponi

<sup>153</sup> *Start of Aq., Sent. 2.8.1.5.Ag2*

<sup>154</sup> *End*

<sup>155</sup> *Quotation from Aq., Sent. 2.8.1.5.Ag3*

<sup>156</sup> *Actually, Aq., Sent. 2.8.1.5.Co. says: . . . angeli boni et mali ex virtute nature sue habent potestatem transmutandi corpora nostra, sicut etiam alia corpora naturalia.*

potest"),<sup>157</sup> vnde omnia<sup>158</sup> corporalia reguntur per angelos, sicut et motores orbium asseruntur non solum a doctoribus sanctis sed etiam a philosophis omnibus.<sup>159</sup> Patet et ex eo quod omnia corpora humana mouentur ab animabus, sicut omnia alia per corpora celestia et per ipsorum motores. Si cui placeat, videat sanctum Thomam in *Prima Parte* (q. cx, ar. i.), ex quo concluditur quod quia<sup>160</sup> demones vbi operantur, ibi sunt, ideo quando fantasias et interiores potentias perturbant, tunc etiam ibi existunt.

Item, licet illabi anime illi sit tantum possibile qui eam creauit, tamen 121D demones etiam illabi possunt deo permittente corporibus nostris, et quia protunc possunt impressiones facere in potentias interiores affixas organibus corporalibus, ideo et per illas impressiones, sicut immutantur organa, ita immutantur operationes potentiarum,<sup>161</sup> modo quo dictum est, quod educere possunt species reseruatas in vna potentia affixa organo, sicut ex memoria, que est in vltima parte capitis, educit speciem equi localiter mouendo illud fantasma vsque ad mediam partem capitis, vbi est cellula virtutis imaginatiue, et demum consequenter vsque ad sensum communem, cuius residentia est in anteriori parte capitis. Et omnia tamen subito sic immutare et perturbare possunt, vt forme tales necessario estimentur ac si exteriori visui obijcerentur. Exemplum patuit<sup>a</sup> ex naturali defectu in freneticis et alijs maniacis.

Quod si queritur quomodo hoc absque dolore capitis efficere possit, 122A facilis est responsio: primo quia enim organa<sup>162</sup> non diuidit nec immutat quo ad ipsorum subiectum, sed tantummodo species mouet;<sup>163</sup> item secundo quia non alterat immittendo aliquam qualitatem actiuam, vnde necessario passio sequatur, cum et ipse in se demon<sup>164</sup> omni qualitate

<sup>a</sup> Ed. prin.: -nit

<sup>157</sup> Quotation (*with* in hoc mundo) from *Aq.*, Summa 1.110.1.SC

<sup>158</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 1. 110.1.Co.: ... omnia corpora reguntur per angelos, et hoc non solum a sanctis doctoribus ponitur sed etiam ab omnibus philosophis...

<sup>159</sup> *End*

<sup>160</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Sent. 2.8.1.5.Co.: ... quia demones vbi operantur ibi sunt, ideo nostris corporibus illabuntur et per consequens etiam impressionem habent in potentias affixas organibus, quarum operationes immutantur ad immutationem organorum, sicut est sensus, imaginationis et huiusmodi...

<sup>161</sup> *End*

<sup>162</sup> *Start of adaptation of Aq.*, De Malo 16.11.Rag: ... demon non immutat potentiam sensitiuam et imaginatiuam se ei obijciendo ... sed eam transmutando: non quidem alterando nisi quantum ad motum localem, quia non potest de se imprimere nouas species ... Immutat autem transmutando siue localiter mouendo, non quidem substantiam organi diuidendo, vt sic consequatur sensus doloris...

<sup>163</sup> *End*

<sup>164</sup> *Start of adaptation of Aq.*, De Malo 16.11.Agg: ... Similiter etiam nec hoc potest facere immutando, quia aut immutaret alterando, quod videtur esse inconueniens, quia omnis alteratio fit per qualitates actiuas, quibus demones carent...

corporali careat, ideo sine dolore talia operari potest;<sup>165</sup> item tertio, quia, vt dictum est, tantummodo facit transmutationes per motum localem ab vno organo ad aliud et non per alios motus ex quibus alterationes lesiue interdum causantur: illud ergo quod difficultatem facit, quod quia duo<sup>166</sup> spiritus<sup>167</sup> non possunt esse in eodem loco,<sup>168</sup> puta diffinitiuē, et anima etiam existit in capite, quomodo tunc demones ibidem existere possunt? dicendum quod residentia anime assignatur centrum cordis in quo vitam influendo omnibus membris communicat. Et exemplum  
 122B datur de aranea in medio tele, que sentit tactum ex omni parte. Tamen quia dictum Augustini in libro *De Spiritu et Anima*, quod est tota in toto et tota in qualibet parte corporis, ideo dato quod sit in capite, adhuc demon ibi operari potest, quia alia est eius operatio ab operatione anime, cum operatio<sup>169</sup> anime in corpore est, vt informat et vitam influat, vnde est ibi sicut forma in materia, non sicut in loco, demon autem sicut in tali parte corporis et tali loco immutando et operando circa species sensibiles. Vnde quia nulla confusio operationum est inter eos, ideo vtrunque simul in eadem parte corporis esse possunt.<sup>170</sup>

Ad illud an tales sint tanquam obsessi et arrepticij, id est, a demonibus arrepti, estimandi, quia specialem hoc vult habere declarationem, an videlicet hoc possibile sit vt opere maleficorum aliquis sit<sup>a</sup> obsessus a demone, id est, quod demon eum possideat vere et corporaliter, ideo de tali materia specialis tractabitur modus in capitulo sequenti. Habet  
 122C enim et hoc specialem difficultatem, an operibus maleficorum id fieri valeat.<sup>b</sup>

Ad illud tantummodo, an talia opera maleficorum et demonum sint ad modum miraculorum<sup>c</sup> operum censenda, ita quod debeant opera miraculosa estimari, dicendum quod sic, inquantum fiunt<sup>171</sup> preter

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: vt (misreading of fit)

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -eant

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: miraculo|rurum

<sup>165</sup> *End*

<sup>166</sup> *Start of Aq.*, Sent. 2.8.1.5.Ag2

<sup>167</sup> *Aq.*: spiritus creati

<sup>168</sup> *End*

<sup>169</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Sent. 2.8.1.5.Raz: . . . anima non est in corpore sicut in loco, sed sicut forma in materia, et ideo non est vnus rationis operatio quam anima in corpus efficit et demon; vnde sine confusione operationum vtrumque simul in eadem corporis parte esse potest.

<sup>170</sup> *End*

<sup>171</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 1.110.4.Raz: . . . aliqua fiunt preter ordinem totius nature create. Sed quia non omnis virtus nature create est nota nobis, ideo cum aliquid fit preter ordinem nature create nobis note, per virtutem creatam nobis ignotam, est miraculum quo ad nos, et hoc modo magi per demones miracula faciunt.

ordinem nature create nobis note per virtutem creature nobis ignote, licet non sint proprie miracula, sicut illa que fiunt preter ordinem totius nature create,<sup>172</sup> qualia sunt miracula dei et sanctorum. Vide que in prima parte operis sub quinta questione et reprobatione tertij erroris tacta sunt.

Vltra que addenda sunt hec propter eos qui huiusmodi opera impugnare possent quasi non debeant censi opera miraculosa sed simpliciter opera diabolica, eo quod cum<sup>173</sup> miracula sint data in confirmationem fidei, non debent concedi fidei aduersario,<sup>174</sup> tum etiam quia<sup>175</sup> signa antechristi dicuntur ab apostolo signa mendacia.<sup>176</sup> Sed dicendum ad primum quod miracula facere est donum gratie gratis date, vnde sicut per malos possunt | fieri homines, ita et per malos spiritus, <sup>122D</sup> in his videlicet ad que eorum virtus extendere se potest. Vnde etiam discernuntur<sup>177</sup> miracula per bonos facta ab illis que per malos fiunt adminus tripliciter: primo ex efficacia virtutis operantis, quia signa facta per bonos diuina virtute fiunt in illis etiam ad que virtus actiue nature se nullo modo extendit, sicut suscitare mortuos et huiusmodi, que demones secundum veritatem facere non possunt, sed in prestigijs tantum,<sup>178</sup> vt Symon magus de mortuo cuius caput agitabat, que<sup>179</sup> diu durare non possunt; secundo ex vtilitate signorum, quia signa per bonos facta sunt de rebus vtilibus, vt in curationibus<sup>180</sup> infirmitatum et huiusmodi,<sup>a</sup> signa autem per maleficas<sup>181</sup> facta sunt de rebus nociuis vel vanis, sicut quod volant in aere vel reddant membra hominum stupida et huiusmodi.<sup>b</sup> Et hanc differentiam assignat beatus Petrus in *Jtinerario Clementis*. Tercia <sup>123A</sup> differentia est quantum ad finem, | quia signa bonorum ordinantur ad edificationem fidei et bonorum morum, sed signa malorum sunt in manifestum nocumentum fidei et honestatis. Etiam<sup>182</sup> quantum ad modum

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: huius

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: huius

<sup>172</sup> *End*

<sup>173</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Sent. 2.7.3.Ag2: . . . id quod in manifestationem et confirmationem fidei non debet concedi aduersarijs.

<sup>174</sup> *End*

<sup>175</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Sent. 2.7.3.1.Ag1: . . . quia dicitur ij Thess. ij quod antichristus veniet in signis mendacibus [cf. 2 Thess. 2:9]

<sup>176</sup> *End*

<sup>177</sup> *Start of Aq.*, Sent. 2.7.3.1.Ra2

<sup>178</sup> *Pause*

<sup>179</sup> *Resume*

<sup>180</sup> *Aq.*: -e

<sup>181</sup> *Aq.*: malos

<sup>182</sup> *Aq.*: et

operandi<sup>183</sup> differunt, quia boni operantur mirabilia per inuocationem diuini nominis pie et reuerenter, sed malefici et<sup>184</sup> mali quibusdam deliramentis<sup>185</sup> et demonum inuocationibus.

Aliud etiam non obstat, quod videlicet apostolus opera diaboli et antechristi nominat signa mendacia, quia tunc<sup>186</sup> illa mirabilia que fiunt ab eo diuina permissione sunt vera et etiam falsa diuersis respectibus: vera in illis que fiunt virtute demonis ad que eius virtus se extendere potest;<sup>187</sup> falsa, quando faciet ea ad que sua virtus se non potest extendere, vt suscitare mortuos, illuminare cecos, quia in primo vbi facere attentabit aut intrabit corpus defuncti aut illud amouebit et loco illius ipse in assumpto corpore ex aere se presentabit, et sic in secundo prestigiosa arte visum aufert aut infirmitates alias <infert> et subito sanabit a lesione cessando, non qualitates interiores rectificando, sicut in legenda Bartholomei ponitur. Possunt<sup>188</sup> etiam omnia mirabilia opera antechristi et maleficarum dici signa mendacia in quantum solummodo<sup>a</sup> ad decipiendum fiunt<sup>189</sup> iam, et tunc operabitur antechristus. Hec Thomas (di. vij de virtute demonum in operando).

Posset etiam hic adduci differentia miraculorum que ponitur in *Compendio Theologicæ Veritatis* et inter mirum et miraculum, quia cum miraculum proprie quattuor requirat, scilicet quod sit a Deo, et quod sit preter existentiam nature, contra cuius ordinem sit, et tertio quod sit euidens, et quarto quod ad fidei corroborationem: quia ergo in operibus maleficarum primum et vltimum adminus deficiunt, ideo mira opera, non autem miracula dici possunt.

Ea etiam ratione, quia etsi aliquo modo miracula dici possunt, quia tamen quedam sunt supra naturam, quedam contra naturam, quedam preter naturam, et supra naturam sunt illa in quibus non est simile in natura nec in eius potentia, vt virginem parere, contra naturam, vt que fiunt vsu contrario nature, terminantur autem ad conforme nature, vt ceci illuminatio, et preter naturam, vt que fiunt ordini simile nature, non tamen per principium nature, vt in mutatione virgarum in serpentes,

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: solūmodo

<sup>183</sup> *Not in Aq.*

<sup>184</sup> malefici et *not in Aq.*

<sup>185</sup> *End (Aq. adds:* sicut quod incidunt se cultris et huiusmodi turpia faciunt)

<sup>186</sup> *Start of adaptation of Aq., Sent. 2.7.3.1.Rat.*: . . . tempore antichristi aliqua vera miracula fiunt virtute demonum permissione diuina, in illis tamen ad que virtus demonis se extendit. Tamen dicuntur omnia mendacia ex parte finis, quia ad decipiendum sunt.

<sup>187</sup> *Pause*

<sup>188</sup> *Resume*

<sup>189</sup> *End*

quod natura facere potuisset per longam putrefactionem propter rationes seminales: sic etiam opera magorum dicentur mirabilia.

Rem gestam narrare expedit et paululum eius declarationi insistere. Est opidum in dyocesi Argentensi, cuius nomen occultare ordo caritatis et honestatis postulat, in quo laborator quadam die dum ligna ad comburendum dumtaxat in domo secaret, cartus quidam non parue quantitatis ipsum molestare ei importune se obijciendo nisus est. Quem abiciendo,<sup>a</sup> ecce alius maioris quantitatis simul cum priori acrius ipsum aggrediuntur. Quos iterum vbi repellere volebant, ecce tres pariter et iam versus vultum salliendo ianque<sup>b</sup> inter tibias morsibus lacerando ipsum aggrediuntur. Perterritus inde et, vt retulit, maiori anxietate nunquam perplexus signo crucis se muniendo et opus pretermittendo per incisa ligna catts infestos et modo ad faciem, modo ad guttur denuo saltantes, iam vnam ad caput, iam alteram ad pedes aut super dorsum percutiendo vix abegit. Et ecce post horis<sup>c</sup> spacium dum iterum suo operi insisteret, duo famuli opidi consulum tanquam malefactorem ipsum capientes ad presentiam baliui seu iudicis ducere volebant, qui iudex alonge ipsum aspiciens nec audientiam sibi prestare volens, imperat vt ad profundum cuiusdam turris seu carceris, vbi plectendi includebantur ad mortem, projiceretur. Eiulans ille et cur talia pateretur cum in nullo crimine | se conscium 123D agnosceret per triduum custodibus carceris querulose lamentabatur, et hi quidem quanto pro audientia sibi prestanda amplius instarent, tanto acrius iudex ira seueibat verbis contumeliosis, asserens quomodo tantus malefactor adhuc reatum suum non agnosceret aut quomodo se innocentem proclamaret, cum euidentia<sup>d</sup> facti eius flagicia horrenda demonstrarent, et cum hij nihil proficerent, tamen suasu aliorum consulum iudex inductus audientiam sibi prestare habuit. Eductus itaque de carcere cum ante iudicem staret et iudex ipsum intueri renueret, pauper genibus aliorum circumsedentium prouolutus petijt vt causa sue calamitatis sibi aperiretur, sicque iudex in hec verba prorupit: “Tu sceleratissimus hominum quomodo tua flagicia non recognoscis? Ecce tali die et tali hora tres matronas precipuas huius ciuitatis vulnerasti, vt in lectis decumbentes nec surgere aut mouere se valent.” Refocillatus pauper et de die et hora ac | de euentu rei apud se ruminans, dixit: “En diebus vite 124A mee mulierem nunquam percussi aut verberaui, et quod tali die et hora sectioni lignorum insteti, testium legitima productione probabo. Sed 124B

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: abiendo

<sup>b</sup> *Sc.* iam-

<sup>c</sup> *Sc.* -e (confusion of hora, -e with os, oris?)

<sup>d</sup> *Construed as neut. pl. (cf. 197C, 207B, C)*

et vestri familiares sequenti hora huic operi me insistentem compere-  
runt.”<sup>a</sup> Tunc iterum furibundus iudex: “Ecce,” ait, “quomodo scelera  
sua palliare nititur! Mulieres verbera deplangunt, demonstrant et quod  
eas percusserit publice testantur.” Tunc pauper amplius super euentum  
rei ruminans: “Jlla,” inquit, “hora creaturas me percussisse recolor, non  
autem mulieres.” Attoniti circumsedentes et vt cuiusmodi creaturas per-  
cusserit reserari cupiunt. Tunc ille rem gestam et, prout supra tactum  
est, omnibus stupentibus recitauit. Et intelligentes opus demonis fuisse,  
pauperem solutum et illesum abire et quod negocium nulli reuelaret pre-  
cipiunt. Sed nec a fidei zelatoribus, qui et interfuerunt, euentus occultari  
potuit.

124C Super quem modum aliqua disserendo, ane demones in assumpris  
sic effigijs absque presentia maleficarum apparuerunt, aut earum cor-  
poralis presentia prestigioso artificio in bestiales illas formas transmu-  
tata fuerit: respondendo concludere oportet quod licet vtrumque virtute  
demonum fieri possit, ipsum tamen secundum factum fuisse amplius  
presumitur. Nam quod<sup>b</sup> motum localem, vbi demones in effigijs cat-  
torum laboratorem inuaserunt, etiam laboratoris ictus et verbera cat-  
tis illata mulieribus in domo residentibus subito et per aerem inferre  
potuisse, et hoc propter pactum mutuo dudum ininitum, nemo dubi-  
tat. Sic enim et lesionem vel puncturam quam inferre volunt sciunt  
alicui imagini depicte<sup>c</sup> vel fuse,<sup>d</sup> vbi aliquem maleficiare volunt, quod  
non illam<sup>e</sup> imaginem<sup>f</sup> sed illum quem presentare habet iuxta puncturas  
super imaginem<sup>g</sup> factas ledunt. Varia super hunc modum gesta deduci  
possent.

124D Nec valet instantia si quis obijceret illas mulieres sic lesas fortassis  
fuisse innocentes, eo quod et per exempla tacta lesiones etiam inno-  
centibus posse contingere patet, dum aliquis ignoranter per imaginem  
artificialem a malefica leditur: instantia non valet, quia aliud est a demone  
per maleficam ledi et aliud per ipsum demonem absque malefica, quia  
demon per se in effigie animalis tunc verbera suscipit, quando alteri sibi  
per pactum coniuncto infert et quando cum eius consensu ad talem  
apparitionem sub tali forma et modo se ingressit. Vnde sic tantummodo

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -arerunt

<sup>b</sup> *Grammatically unnecessary*

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -o

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: -o

<sup>e</sup> *Ed. prin.*: -i

<sup>f</sup> *Ed. prin.*: -i

<sup>g</sup> *Ed. prin.*: -es

noxios et sibi per pactum coniunctos nocere potest et nullo modo innocentes. Per maleficas autem ubi demones ledere querunt, tunc etiam innocentes permissione diuina in ultionem tanti criminis sepe affligunt. Verum quod etiam demones per se interdum deo permitte et innocentes ledunt, et dudum Job sanctissimum leserunt, sed ibi non fuerunt nec vsus fuit diabolus huiusmodi prestigiosis apparitionibus, prout in tali facto et per tale fantasma | catti, quod animal perfidiorum est appropriatum signum, sicut canis predicatorum in scripturis, vnde semper 125A  
mutuo sibi insidiantur, et ordo predicatorum sub figura catuli latrantis in primo fundatore aduersus hereses premonstratus fuit. Presumitur autem quod per secundum modum malefice ille tres laboratorem inuaserunt, tum quod primus modus non tantum eis placuisset, tum quia secundus earum curiositati magis congruit.

In quo etiam talis ordo circa tria seruatus fuit: primo quod ad demonum instantiam sollicitate super hoc fuerunt et non demones ad instantiam maleficarum. Sic enim sepius ex earum fassionibus repertum est a nobis, quod ad instantiam demonum eas continue ad mala perpetranda infestantes<sup>a</sup> plura habent facere, et verisimile quod de se non cogitassent pauperem molestare. Causa autem quare demones ad hoc sollicitabant sine dubio extitit quod quia bene noscunt, ubi crimina manifesta impunita remanent, amplius | deus offenditur, fides catholica dehonestatur et ipsarum numerus amplius augmen- 125B  
tatur. Secundo, habito earum consensu demones earum corpora localiter transtulerunt ea facilitate qua et spiritualis virtus prestantior corporali existit; tertio quod prestigiosa apparitione modo quo supra tactum est in formas illas bestiales conuerse ipsum laboratorem inuadere habuerunt, nec defense a verberibus, sicut vtique ea facilitate qua translate fuerant eas defendere potuissent, sed verberari et verberatorem manifestare permiserunt, scientes illa flagicia per effeminatos viros nullum zelum fidei habentes remanere ob causas pretactas impunita. Alludit quod legitur de quodam sancto viro qui dum semel predicantem diabolum in forma sacerdotis deuoti in ecclesia repperisset et per spiritum ipsum demonem agnouisset esse, verba sua obseruauit et an bene vel male populum informaret attendebat, et dum ipsum irreprehensibilem et potius criminum obliurgatorem perpendisset, finito sermone eo accersito dum causam 125C  
super his quereret, respondit: "Ecce, veritatem dico, sciens quod dum auditores sint verbi et non factores, amplius deus offenditur et lucrum meum augmentatur."

<sup>a</sup> Sc. -ium

DE MODO QUO DEMONES PER MALEFICARUM  
OPERATIONES HOMINES INTERDUM SUBSTANTIALITER  
INHABITANT

Capitulum Decimum

QUIA IN PRECEDENTI CAPITULO tactum est qualiter demones etiam capita hominum aut alias partes corporis occupare et intrare et species interiores de loco ad locum mouere possunt, dubitare quis posset an ex toto homines ad instantiam maleficarum obsidere possent, et de diuersis modis obsidendi absque maleficarum instantia, vnde pro harum declaratione tria sunt declaranda: primo de diuersis modis possidendi; secundo quod ad instantiam maleficarum diuina permissione demones interdum omnibus illis modis possident; tertio acta | et gesta super hec sunt deducenda.

Quo ad primum. Secluso illo generali modo quo diabolus hominem cum quolibet peccato mortali inhabitat, de quo modo sanctus Thomas *Quotlibeto Tertio* (q. ii) sub dubio, an diabolus semper substantialiter inhabitat hominem quandocumque peccat mortaliter: causa dubitationis eius sit, quod cum spiritussanctus<sup>190</sup> semper inhabitat hominem cum gratia iuxta illud (i *Ad Corinthios* ii): “Templum dei estis et spiritus dei habitat in vobis,” et gratie opponitur culpa<sup>191</sup> et opposita habent fieri circa idem, vbi etiam declarat quod quia<sup>192</sup> inhabitare hominem potest intelligi dupliciter, vel quantum ad animam vel quantum ad corpus, et primo modo cum non est diabolo possibile inhabitare animam, eo quod solus deus menti illabatur, nec iterum diabolus ita est causa culpe, sicut spiritussanctus gratie quam spiritussanctus efficit in anima

<sup>190</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Quodlibet 3.3.3.Ag.: Culpa enim mortalis opponitur gratie, sed spiritussanctus semper inhabitat hominem cum gratia secundum illud (i *Ad. Corinth.* iij): “Templum dei estis, et spiritus dei habitat in vobis.”

<sup>191</sup> *End*

<sup>192</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Quodlibet 3.3.3.Co.: ... diabolus inhabitare hominem potest intelligi dupliciter: vno modo quantum ad animam, alio modo quantum ad corpus. Quantum ad animam quidem non potest diabolus inhabitare hominem substantialiter, quia solus deus illabatur menti, nec ita diabolus causat culpam sicut spiritussanctus gratiam. Spiritus enim sanctus interius operatur, sed diabolus exterius suggerit vel quantum ad sensum vel quantum ad imaginationem. Dicitur tamen inhabitare affectum hominis per effectum malitie, non solum quando ex eius suggestione peccatum perpetratur, sed etiam per quodcumque peccatum mortale, quia ex quocumque peccato mortali homo seruituri diaboli addicitur. Sed quantum ad corpus diabolus potest hominem substantialiter inhabitare, sicut patet in arrepticis, sed hoc magis pertinet ad rationem pene quam culpe. Pene autem corporales huius vite non semper consequuntur culpam sed quandoque peccantibus non inferuntur, et quandoque non peccantibus inferuntur, vt dicitur Johan. ix de ceco nato, et hoc est secundum altitudinem incomprehensibilem iudiciorum dei, vnde non cum qualibet culpa mortali diabolus inhabitat hominem substantialiter etiam quantum ad corpus.

per se operando, ideo similitudo non valet. Quantum vero ad corpus dicere possumus quod dupliciter diabolus potest inhabitare | hominem, <sup>126A</sup> sicut etiam dupliciter homines reperiuntur, vel in peccato vel in gratia existentes. Primo modo dicere oportet quod quia ex quolibet peccato mortali homo seruituti diaboli addicitur in quantum diabolus interdum exterius suggescit<sup>a</sup> peccatum, vel quantum ad sensum vel quantum ad imaginationem, ideo dicitur inhabitare affectum hominis, cum ad quemlibet motum tentationis mouetur, sicut nauis in mari sine gubernatore. Potest<sup>193</sup> etiam diabolus hominem substantialiter inhabitare, sicut patet in arrepticijis, et quia<sup>194</sup> hoc magis pertinet ad rationem pene quam culpe, vt patebit,<sup>195</sup> et pene corporales non semper consequuntur culpam sed quandoque peccantibus et non peccantibus inferuntur, ideo et in gratia et extra gratiam existentes secundum altitudinem incomprehensibilium iudiciorum dei inhabitare substantialiter possunt.<sup>196</sup> Et hic modus possedendi, licet non sit nostre speculationis, ponitur tamen ne alicui impossibile videatur quod | etiam dei permissione homines <sup>126B</sup> a demonibus ad instantiam maleficarum substantialiter interdum inhabitantur.<sup>b</sup>

Possumus ergo dicere quod sicut quinque modis demones per se absque maleficis homines ledere et possidere possunt, ita et omnibus illis modis ad instantiam maleficarum cum extunc, sicut amplius deus offenditur, ita et maior seuiendi in homines per maleficas demoni permittitur facultas. Et modi perfunctorie recitando hi sunt, dempto eo quod vexant aliquando in bonis fortune exterioribus, quod aliquando etiam aliquos in proprijs ledunt tantummodo corporibus, aliquando in corporibus simul et in potentijs interioribus, aliquando solum tentant intus et extra, alios vsu rationis ad tempus priuant, alios velut bestias irracionales reddunt.

De singulis dicamus. Sed prius quinque causas propter quas deus permittit homines possideri premittamus, quia hunc ordinem seruare materia postulat. Nam aliquando<sup>197</sup> quis possidetur pro maiori suo <sup>126C</sup>

<sup>a</sup> Sc. -gerit (*clumsy adaptation*)

<sup>b</sup> Ed. prin.: -ant

<sup>193</sup> From here on the passage of Aq. is also quoted in Nider, Form. 5.11 (237B-C), where it is introduced with: Vnde ad primam tuam questionem [sc. quibus modis vexent] audi sancti doctoris Quodlibet Tercio (q. iij, resp.) . . . (cf. start of present parag.). Apparently the small quotation in Nider has had more of the original passage of Aq. added to it.

<sup>194</sup> For et quia Aq. and Nider have sed

<sup>195</sup> This clause and the following et are not in Aq. or Nider, who have pene autem corporales

<sup>196</sup> End

<sup>197</sup> Start of Nider, Form. 5.11(237C-238C), which begins: . . . v de causis alicue contigit possideri: aliquando pro maiori . . .

merito, aliquando pro alieno leui delicto, aliquando pro suo veniali peccato, aliquando pro graui peccato alieno, aliquando pro magno facinore proprio.<sup>198</sup> Et his omnibus de causis nulli dubium quin et deus ad instantiam maleficarum per demones etiam similia fieri interdum permittat, et singula ex scripturis et non per noua gesta tantum probare expedit, cum semper noua per antiqua roborantur.

Nam de<sup>199</sup> primo patet in *Dialogo* Seueri beati Martini carissimi discipuli, vbi fertur quendam patrem sanctissime vite tanto dotatum in gratia expellendi demones, vt hi nedum verbis proprijs fugarentur sed etiam eiusdem patris epistulis et cilicio, et cum coram mundo pater esset celeberrimus, se tentari sensit vana gloria, cui vitio licet viriliter resisteret, tamen vt humiliaretur amplius totis precordijs deum precabatur, quatenus quinque mensibus a demone possideretur, quod et factum est. Nam eum statim possessum vinculari oportebat et omnia  
126D applicare|sibi demoniacis communia. Finito autem quinto mense prorsus et ab omni vana gloria et a demone liberatus est.<sup>200</sup> Sed quod hac de causa quis per maleficium alterius posset a demone possideri, sicut factum fuisse non legitur, ita nec ad presens affirmatur, licet, vt premissum est, incomprehensibilia sint dei iudicia.

De<sup>201</sup> secundo autem quod<sup>202</sup> ex alieno leui delicto aliquis possidetur, ponit exemplum beatus Gregorius de beato Eleutherio abbate, viro simplicissimo, qui cum prope monasterium virginum pernoctaret, ei<sup>2</sup> ignoranti ordinauerunt ad suam cellam poni paruulum puerum qui omni nocte vexabatur a demone, sed eadem nocte a demone liberatus est per patris presentiam. Hic cum rem didicisset gestam et puer iam positus esset in monasterio sancti viri, et transactis multis diebus paulo immoderate letus de liberatione pueri ait ad confratres suos: “Diabolus sibi cum illis sororibus iocabatur, sed vbi ad seruos dei venit, puerum  
127A hunc accedere| non presumpsit,” et ecce statim diabolus puerum vexare cepit, et per lacrimas et ieiunia sancti viri et confratrum difficulter sed eodem die liberatus fuit.<sup>203</sup>

Et quidem vbi ex alieno et leui delicto quis innocens possidetur, non mirum si propter veniale proprium aut propter graue alienum peccatum

<sup>2</sup> *So Nider, ed. prin.: et*

<sup>198</sup> *Pause*

<sup>199</sup> *Resume*

<sup>200</sup> *Pause*

<sup>201</sup> *Resume*

<sup>202</sup> *Nider: quomodo*

<sup>203</sup> *Pause*

aut etiam propter proprium facinus aliqui etiam ad maleficarum instantiam per demones possidentur. Nam et de<sup>204</sup> proprio veniali peccato patet per Cassianum (*Collatione Abbatis Sereni Prima*) dicentem de Moyse: "Moyse," inquit, "in heremo cum singularis et incomparabilis vir esset, ob reprehensionem vnus sermonis quem contra abbatem Macharium disputans paulo durius protulit, quadam scilicet opinione preuentus, diro confestim traditus est demoni, vt humanas egestionis ori suo ab eo suppletus ingereret. Quod flagellum purgationis gratia dominus intulisse videtur, ne scilicet in eo vel momentanei delicti macula resideret, patuit ex miraculosa curatione."<sup>205</sup> Nam | continuo abbate <sup>127B</sup> Machario in oratione submissa<sup>206</sup> citius nequam spiritus ab eo fugatus abscessit.

Simile videtur huic quod Gregorius (primo *Dyalogorum*) refert de moniali<sup>207</sup> que lactucam comedit non prius signo crucis se muniens et per beatum Equicium patrem liberata.

De quarto etiam, videlicet pro alieno graui peccato aliquem possideri, ibidem refert beatus Gregorius de beato Fortunato episcopo, qui dum diabolus ab obsesso homine propulisset, sero idem demon in specie peregrini per plateas ciuitatis clamare cepit: "O virum sanctum Fortunatum episcopum! Ecce de hospicio me peregrinum proiecit, nec vbi quiescam inuenio." Tunc quidam cum vxore sua et filio sedens peregrinum inuitauit suum ad hospicium, et<sup>208</sup> querendo causam expulsio- nis est gauisus super derogatione sancti viri quam a peregrino ficte<sup>209</sup> audiuit. Exinde autem diabolus puerum inuasit et prunis iniecit ac animam eius excussit, sicque pater miser primum quem recepisset hospicio intellexit.

Et de quinta causa proprii facinoris et magni communiter tam in <sup>127C</sup> sacra scriptura quam in sanctorum passionalibus legimus. Nam et sic (i *Regum* xv) Saul inobediens deo possessus est.<sup>210</sup>

<sup>204</sup> *Resume*

<sup>205</sup> *For this clause Nider has: velocitate curacionis eius atque auctore medio demonstratit*

<sup>206</sup> *Nider: submisso dicto*

<sup>207</sup> *Start of paraphrase of Nider: de quadam dei famula in monasterio virginum, que hortum ibidem ingressa lactucam conspiciens et concupiescens, quam signo crucis benedicere oblita auide momordit, arrepta a demone cecidit et vexabatur, quousque statim vocato beato ibidem patre Equicio per eundem liberata est. De quarta causa qua dictum pro alieno graui peccato aliquem possideri patet ibidem per beatum Gregorium. Nam, vt refert Fortunatus episcopus, diabolus ab obsesso homine propulerat. Sero igitur demon idem in specie peregrini per plateas ciuitatis clamare cepit: "O virum sanctum Fortunatum episcopum! Eiecit de hospicio peregrinum. Quem quidam vir inuitauit suum ad hospicium."*

<sup>208</sup> *Resumption of direct quote*

<sup>209</sup> *Nider: -o*

<sup>210</sup> *End*

Que omnia, vt diximus, tacta sunt ne impossibile cuiquam videatur, si ob facinorum<sup>a</sup> maleficarum, vt aliqui etiam ad earum instantiam, possideantur. Super quo vt diuersos modos possidendi intelligere valeamus quo ad secundum rem gestam in medium producamus.

Tempore siquidem Pij pape secundi ante iniunctum inquisitionis officium vni e duobus inquisitoribus hunc tractatum conficientibus talis accidit casus. Bohemus quidam de Dachouo opido filium vnicum et sacerdotem secularem ob liberationis gratiam, quia obsessus erat, Romam vsque perduxit. A casu autem dum ego (vnus ex inquisitoribus) hospiciū refectionis gratia intrassem, contigit vt tanquam commensalis idem sacerdos cum patre ad tabulam pariter mecum consederent.

127D Conuescentes autem et mutuo, vt moris forensium est, conferentes, idem pater pluries suspirans, et quod prosperum iter compleuisset a deo omnipotenti optabat, cui ex intimis compatiendo, quenam sui itineris et causa tristicie esset inquirere cepi. Tunc ille filio audiente, qui et mihi collateralis in mensa erat, respondit: “Heu! Filium habeo a demone obsesum, quem ob liberationis gratiam magnis laboribus et impensis hucusque perduxī.” Et ego vbinam filius esset dum inquirerem, quod mihi colateralis esset indicauit. At territus ego paululum et diligenter ipsum intuens quod cum tanta modestia cibum sumeret et ad queque interrogata pie responderet, hesitare animo cepi, et quod obsessus non esset sed infirmitatis causa sibi aliquid accidisse obieci. Tunc filius rem gestam per se narrans et qualiter quantoque tempore obsesus fuisset indicauit: “Mulier,” inquit, “quedam malefica hanc mihi infirmitatem

128A contulit. Briganti enim contra eam ratione cuiusdam displicentie circa regimen curie cum eam durius increpasssem quia ceruicose voluntatis erat, dixit quod post paucos dies haberem intendere his que mihi contingerent. Sed et demon in me habitans hoc idem refert quod maleficium sub quadam arbore positum sit a malefica, quod nisi amoueat, non potero liberari, sed nec arborem vult indicare.” At ego nec minimam suis dictis fidem adhibuissem nisi experientia me protinus edocuisset. Nam interrogatus a me de interuallo temporis vt preter consuetum modum obsessorum tante sue rationis esset capacitatis, respondit: “Vsu rationis tantummodo prius quando diuinis aut vacare aut sacra loca visitare voluero. Precipue autem demon ex suis verbis per me prolatis dixit quod sicut maiorem displicentiam hactenus in sermonibus ad populum sibi

<sup>a</sup> Sc. -a Perhaps this incorrect case is generated through confusion with the syntax of some German preposition that takes the genitive (like *wegen*); conceivably it results from a clumsy adaptation of the frequent expression *ob facinorum magnitudinem* (used often to explain the etymology of *maleficus*).

fecissem, ita vt nunc nullo modo me predicare sineret." Gratosus enim ex relatu patris predicator extitit et omnibus amabilis.

At ego (inquisitor) cum de singulis certificari volebam, per quindecim et vltra|ad varia sanctorum limina ipsum deducere decreui, precipue <sup>128B</sup> autem ad ecclesiam sancte Praxedis virginis, vbi pars statue marmoree, cui in sua flagellatione saluator noster alligatus fuerat, et ad locum in quo Petrus apostolus crucifixus fuerat, in quibus locis horribiles eiulatus dum exorcizabatur emittebat, iam asserens se velle exire, post paululum vero minime. Et vt premissum est, in omnibus moribus mansit sacerdos compositus et sine omni nota nisi dum exorcismi incipiebantur et illis finitis dum stola de collo amouebatur; extunc iterum nec minimum irrationalem aut inhonestum motum demonstrabat, hoc dempto <sup>128C</sup> dum ecclesiam aliquam pertranseundo genua pro salutatione virginis gloriose flectebat: tunc diabolus eius linguam in longum extra os suum emittebat, et interrogatus an non ab illo se posset continere, respondit: "Hoc facere minime valeo. Sic enim vtitur omnibus membris et organis, collo, lingua, pulmone, ad loquendum vel eiulandum dum ei placet. Quod audio | quidem verba que sic per me et ex membris meis loquitur, <sup>128C</sup> sed resistere omnino non valeo, et quanto deuotius orationi aliquando insistere affectarem, tanto acrius me impugnat, linguam emittendo."

Et quamquam<sup>3</sup> columna in ecclesia sancti Petri ex templo Salomonis circumserrata existit, per cuius virtutem plures licet a demonibus obsessi liberantur, eo quod et Christus predicando in templo illi se appodiasset, hic tamen occulto dei iudicio liberari non potuit, alium modum pro sua liberatione sibi disponendo. Licet enim per integrum diem et noctem circa columnam inclusus mansisset, tamen sequenti die post varios exorcismos super eum perlectos dum circumstaret populus et magnus fieret concursus, et interrogatus in qua parte columne se Christus appodiasset, tunc dentibus mordendo columnam locum demonstrabat, eiulans: "Hic stetit! Hic stetit!" Vltimatim tamen dixit: "Nolo exire." Et cum interrogaretur qua de causa, respondit: "Propter Lombardos," et interrogatus denuo cur propter Lombardos | egredi noller, tunc respondit in ytalica <sup>128D</sup> lingua, cum tamen infirmus sacerdos illud ideoma ignoraret, dicens: "Omnes faciunt sic et sic," nominando premissum vitium luxurie. At sacerdos post hoc me interrogando dixit: "Pater, quid sibi volunt hec verba ytalica que ex ore meo protulit?" Cui cum indicassem, respondit: "Verba quidem audiui sed intelligere non potui."

<sup>3</sup> *Ed. prin.*: qm̄ (=quantum)

Et quia, vt rei probauit euentus, hoc demonium erat de genere illo de quo saluator in euangelio: “Hoc genus demoniorum non eijcitur nisi in oratione et ieiunio,” ideo quidam venerabilis episcopus per Turcos, vt fertur, a sede expulsus pie illi compatiens per totum quadragesimale tempus in pane et aqua ieiunij et orationibus et exorcismis quotidie insistens ipsum per dei gratiam tandem liberauit, et ad propria cum gaudio remisit.

129A Super quo licet<sup>211</sup> sine miraculo nullus in hac vita possit sufficienter disserere, quibus et quot modis demon homines possideat vel etiam ledat, possumus tamen dicere quod quinque modis, | dempto eo quod in rebus fortune exterioribus aliquando tantum ledunt. Nam aliqui in proprijs tantummodo vexantur corporibus, aliqui in corpore simul et in potentijs interioribus, aliqui in potentijs tantummodo interioribus, aliqui castigatione eorum ad tempus tantummodo vsu rationis priuantur, aliqui vero velut bestie irrationales redduntur. Prefatum sacerdotem quarto modo possessum fuisse declaratur. Nam nec in rebus fortune nec in proprio vexatus corpore fuit, prout contigit beato Job, vbi deus demonem licenciasset<sup>a</sup> manifeste scriptura<sup>b</sup> super hoc tradit, dicens ad

<sup>a</sup> Sc. licenciavit (*clumsy adaptation*)

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -a3

<sup>211</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.11 (239B–240A)*: . . . quibus modis demon possideat vel homines vel ad plenum, puto, nullus in hac vita sine miraculo posset edicere, sunt tamen sex modi satis conuenientes . . . quibus potestatem exercent in homines, sed tantummodo pro quanto a deo permissi fuerint. Nam vexant aliquando tantum in rebus fortune exterioribus; aliquando etiam aliquos in proprijs vexant tantummodo corporibus; aliquando in corpore simul et in potentijs interioribus; aliquando quidem per eos intus et extra solum temptantur; alij castigatione eorum ad tempus tantummodo vsu rationis priuantur; alij vero velut bestie irrationales redduntur. De tribus primis manifestum est in beato Job deum demonem licenciasset in res exteriores eius tantummodo quando deus Sathan ait: “Ecce vniuersa que habet tua sunt. Tantum in eum ne extendas manum tuam” (Job primo). In corpus vero postmodum ait (ibidem ij): “Ecce in manu tua est, verum tamen animam eius serua,” id est, “vitam eius ne auferas.” In potencias interiores vero agendi potestatem dedit ibidem vij, vbi dicit Job ad dominum: “Si dixerò, consolabitur me lectulus meus, et releuabor loquens mecum in strato meo: ‘Terrebis me per somnia et per visiones, horrore concutiens,’” demone procurante secundum Nicolaum de Lyra. Nam vt sanctus Thomas ibidem ad litteram exponit, homines sapientes quando solitarij sunt et a tumultibus hominum et negotiorum semoti, tunc magis loqui possunt secundum rationem aliquando cogitando, sed ista remedia Job iuuare non poterant quia tempore quo hijs remedijs vti debebat aderant sibi impedimenta quibus perturbabantur, scilicet somnia terribilia et horribiles visiones, et hoc est quod subdit: “Terrebis me per somnia,” que scilicet dormienti apparent, “et per visiones,” que scilicet apparent vigilanti ab vsu exteriorum sensuum alienatorum. Solent nocturna fantasmata conformia esse diurnius cogitationibus, vnde quia Job in die mortis sue cogitabat, similibus fantasmatibus perturbabatur in nocte. Infirmitas enim corporis ad hoc operatur, vt perturbata fantasmata dormientibus appareant. Sic igitur vidique [*sic; sc. vndique*] consolacionem [*sc. -e*] exclusa nullus modus Job remanere videbatur tot angustias euadendi nisi per mortem: “Horrore,” inquit, “concutiens.”

Sathan: "Ecce, vniuersa que habet in manu tua sunt. Tantum in eum ne extendas manum tuam," et hoc in res exteriores. In corpus vero postmodum ait: "Ecce, in manu tua est. Veruntamen animam eius serua," id est, "vitam eius ne auferas." Potest etiam dici quod tertio modo, scilicet in potentijs anime interioribus simul et corpore, vexatus fuit, cum dicebat, vt Job vij habetur, | ad dominum: "Si dixerero: 'Consolabitur me lectulus meus' et releuabor loquens mecum in stratu meo, terrebis me per somnia et per visiones horrore concuties," demone scilicet procurante secundum Nicolaum de Lyra. Et secundum Thomam "Terrebis me per somnia," que scilicet dormienti apparent, "et per visiones" que scilicet apparent vigilanti ab vsu exteriorum sensuum alienato. Solent enim fantasmata informata diurnis cogitationibus esse in terrorem dormientium. Et hec operabantur in eo ex infirmitate corporis, vnde sic consolatione vndique seclusa nil remedij videbatur Job euadendi tot angustias nisi per mortem. "Horrore," inquit, "concuties."<sup>212</sup> Quibus modis et malefice<sup>a</sup> homines ledere per demones nemo dubitat, prout et in sequentibus patebit qualiter per grandines in rebus fortune et in corpora animalium et hominum lesiones inferunt.

129B

Et terius etiam modus ledendi est in corpore et in interioribus potentijs absque priuatione vsus rationis. Patet ex eorum operationibus, vbi, vt supra tactum est, adeo mentes hominum ad illicitas affectiones incendunt quod necessario etiam nocturno tempore ad amasias per longa terrarum spacia currere habent, fisco<sup>b</sup> carnalis amoris nimis illaqueati.

129C

Potest adduci et illud quod in Hassia, opido Margburck contigisse dicitur de quodam obsesso etiam sacerdote. Dum in exorcismis demon interrogaretur quanto tempore sacerdotem inhabitasset, respondisse fertur: "Septem annis." Et cum exorcista objiceret: "Cum vix per tres menses eum vexasti, reliquo tempore vbi eras?" respondit: "In corpore suo me occultabam." Et ille "In qua parte corporis?" vbi inquirebat, respondit: "Vt plurimum in capite." Et denuo vbinam fuisset quando diuina celebrasset et sacramentum sumpsisset requisitus, dixit: "Sub lingua eius me occultauit." Et ille: "Miser, qua temeritate ad presentiam creatoris tui non aufugisti?" tunc demon: "Nunquid sub ponte se nequam occultare potest donec desuper vir sanctus pertransibit?" Diuina tamen cooperante gratia liberatus fuit, siue verum siue ficticium protulerit, cum mendax sit et pater eius.

129D

<sup>a</sup> Sc. -as<sup>b</sup> Sc. v-<sup>212</sup> End

Quartus modus applicatur ad prefatum possessum Rome liberatum sub hac declaratione: quod demon<sup>213</sup> possit illabi corpori, licet non anime, cum hoc soli deo sit possibile, illabi etiam corpori, non tamen infra terminos essentie corporis. Hoc, inquam, declarando habetur modus quo demones substantialiter interdum homines inhabitant.

Et ad tempus tantummodo vsu rationis priuant. Et quidem hoc sic declaratur. Nam dicere possumus quod corpus habet terminos duplicis rationis, scilicet quantitatis et essentie, vnde quando angelus quicumque, bonus vel malus, operatur infra terminos corporis, operatur infra terminos corporalis quantitatis, et sic etiam illabitur corpori operando circa potentias quantitatuas. Sic etiam boni angeli etiam imaginarias in bonis  
 130A visiones operantur. Nunquam autem dicuntur illabi essentie corporalis,<sup>a</sup> quia non possunt illa sicut<sup>b</sup> pars neque sicut virtus: non sicut pars quia alia et alia est essentia vtrobique, non sicut virtus quasi dans esse, quia suum esse habet per creationem a deo. Vnde et ipse solus habet intrinsecam essentie operationem et conseruationem quamdiu placitum fuerit sue pietati conseruando. Vnde concluditur quod alie<sup>c</sup> omnes perfectiones seu defectus (loquendo de bonis quo ad perfectiones, de malis quo ad defectus) quando operantur, si operantur circa corpus et partes eius, vt circa caput, illabuntur tali corpori super terminos, videlicet quantitatis et quantitatuas potentias.<sup>214</sup>

Si vero circa animam, tunc iterum vterque extrinsece operatur, sed modis diuersis, et dicuntur operari circa animam fantasmata illa seu species intellectui representando, et non solum ad iudicium sensus communis et sensuum exteriorum. Ex<sup>215</sup> quibus operationibus sequuntur  
 130B tentationes a malis angelis et affectiones et cogitationes male per indirectum operando versus intellectum. A bonis autem angelis sequuntur illustrationes fantasmatum ad cognoscendum reuelanda ab eis. Vnde et

<sup>a</sup> Sc. i (clumsy adaptation)

<sup>b</sup> So *Aq.* (cf. following clause); *ed. prin.*: vt

<sup>c</sup> Sc. alias (clumsy adaptation)

<sup>213</sup> *Start of adaptation of Aq.*, *Sent. 2.8.1.5.Ra3*: ... corpus autem habet terminos duplicis rationis, scilicet quantitatis et essentie, et ideo angelus operans intra terminos corporalis quantitatis corpori illabitur, non autem ita quod sit intra terminos essentie sue, nec sicut pars nec sicut virtus dans esse, quia esse est per creationem a deo, substantia autem spiritualis non habet terminos quantitatis sed tantum essentie, et ideo in ipsam non intrat nisi ille qui dat esse, scilicet deus creator qui habet intrinsecam essentie operationem. Alie autem perfectiones sunt superaddite ad essentiam, vnde angelus illuminans non dicitur esse in angelo et in anima sed extrinsecus aliquid operari.

<sup>214</sup> *End*

<sup>215</sup> *For the rest of this paragraph, cf. Aq.*, *Sent. 2.8.1.5.Ra6*: ... mali angeli cogitationes immitunt ... illustrando fantasmata ... sed boni angeli etiam directe in intellectum imprimere possunt ...; *and Ra7*: ... vnde patet ex predictis quod demones imprimunt in fantasiam, sed angeli etiam in intellectum ...

talís diuersitas est quod boni angeli etiam directe possunt imprimere in intellectum fantasmata illustrando, mali autem neque illustrare dicuntur fantasmata sed potius obfuscare. Item nec directe imprimere possunt, sed tantummodo indirecte, in quantum intelligentem necesse est fantasmata speculari.

Per hec tamen etiam angelus bonus non dicitur illabi anime, licet eam illuminet, sicut nec dicitur superior angelus illabi in inferiorem, licet eum illuminet, sed tantummodo extrinsece operatur et cooperatur modo quo dictum est.

Et per hunc modum demon sacerdotis corpus in tribus occupauit: primo, quod sicut illabi suo corpori potuit, intra videlicet terminos corporalis quantitatis, ita caput suum occupauit substantialiter illud inhabitando; secundo, quod sicut circa animam eius extrinsece operari potuit obfuscando intellectum, vt rationis vsum perderet, ita etiam potuit vt sine intermissione vel etiam interpellanti eum quo ad amissionem rationis vexaret, licet etiam dici potest quod ex dono dei hoc habuerit sacerdos vt non sine intermissione a demone vexaretur; tertio, quod licet omnibus membris et organis ad loquendum et voces ad formandum priuaretur, semper tamen ad verba, licet non ad sententiam verborum, aduertentiam habuit. Qui modus obsidendi plurimum ab alijs obsidendi modis differt, cum communiter obsessi leguntur sine intermissione a demonibus affligi, vt patet in euangelio tam de<sup>216</sup> lunatico cuius pater dixerat ad Jesum: "Domine, miserere filio meo quia lunaticus est et male patitur" (*Matthei xvij*) quam etiam de muliere illa quam Sathanas alligauerat xvij annis et erat inclinata nec omnino poterat sursum aspicere (*Luce xiiij*).<sup>217</sup> Quibus | etiam modis indubie demones diuina permissione ad instantiam maleficarum vexare possunt. 130C  
130D

DE MODO QUO OMNE GENUS INFIRMITATIS INFERRE  
POSSUNT, ET HOC IN GENERALI DE GRAUIORIBUS

Capitulum Vndecimum

SED ET HOC QUOD non sit aliqua infirmitas corporalis que a maleficis deo permittente inferri non possit, etiam si ad lepram vel epilepsiam

<sup>216</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.11 (240B):* De quinto modo habes (*Math. xvij*) in lunatico exemplum, cuius pater ait ad Jesum: "Domine . . . patitur," et de Saul (*primi Reg. xv* et in sequentibus). De sexto modo typum gessit illa mulier quam, vt Christus ait, alligauit Sathanas xvij annis, et erat inclinata nec omnino poterat sursum respicere, sicut nec bestie, vt patet *Luce xiiij* . . .

<sup>217</sup> *End*

se extendere habeat, probari potest per hoc quod per doctores nullum genus infirmitatis excipitur. Nam si diligenter ea que superius tacta sunt tam de virtute demonum quam <quo> ad maliciam maleficarum considerantur, nullam patitur hoc difficultatem. Nam et Nider tam in suo *Preceptorio* quam etiam *Formicario*, vbi querit an malefici possint veraciter suis maleficijs homines ledere – et est questio absque exceptione alicuius infirmitatis, etiam quantumcunque incurabilis – et vbi  
 131A respondit quod sic, querit consequenter quibus<sup>218</sup> modis et quibus rebus, et quo ad primum respondit, vt supra ex prima questione prime partis tractatus patuit. Probatur etiam per Ysidorum describentis<sup>a</sup> maleficarum operationes (viiij *Ethimolgiarum* c. ix): “Malefici dicuntur ob facinorum magnitudinem. Hi enim elementa concutiunt,” scilicet opere demonum, “ad tempestates concitandas, mentes hominum turbant,” modis videlicet supra tactis, “vsum rationis vel omnino impediunt aut grauiter obfuscando.” Subdit: “et absque vllo veneni haustu violentia tantum cariminis animas interimunt,” vitam videlicet auferendo. Probatur etiam per sanctum Thomam in *Secundo Sententiarum* (circa di. vij et viij, et in *Quarto*, di. xxxiiij) et communiter per omnes theologos ibidem scribentes quod malefici omnibus modis possunt procurare lesiones in hominibus et eorum rebus cooperante demone,<sup>219</sup> in quibus demon<sup>220</sup> potest solum ledere vel decipere, videlicet in rebus, fama, corpore, vsu rationis et in  
 131B vita.<sup>221</sup> Vult dicere quod in illis in quibus demon per se absque malefica possit ledere possit etiam cum maleficia, imo ampliori facilitate propter maiorem diuine maiestatis offensionem, vt supra tactum est.

De<sup>222</sup> rebus nanque<sup>b</sup> patet Job i et ij, vt supra patuit.

De fama patet in legenda beati Hieronimi, vt refert Johanne Andree in *Hierominiano* quod diabolus se transformauit in formam sancti Siluani

<sup>a</sup> Sc. -entem (*clumsy adaptation*)

<sup>b</sup> Sc. nam-

<sup>218</sup> *Start of adaptation of Nider, Praec. 1.11.16 (V), which begins:* Questio xvi: vtrum malefici possunt veraciter suis maleficijs homines ledere, et si sic, quibus modis et quibus rebus. Dicuntur autem malefici, vt dicit Ysidorus (*Ethimo. c. xxij*), “ob facinorum magnitudinem. Hi elementa concutiunt, scilicet opere demonum, turbant mentes hominum, ac sine vllo veneni haustu violentia tantum cariminis interimunt, vt Lucanus dicit.” Haec Ysidorus. Respondetur secundum Thomam in ij circa di. vij et viij, in Quarto di. xxxiiij et communiter ibidem scribentes quod ...

<sup>219</sup> *End*

<sup>220</sup> *Start of Nider, Praec. 1.11.15 (T), which begins:* Questio xv: an demones possunt et audeant grauiter homines ledere. Respondetur secundum Thomam quod sic. Possunt enim deo permittente quintupliciter legere, videlicet in rebus, fama, corpore, vsu rationis et in vita.

<sup>221</sup> *Pause*

<sup>222</sup> *Resume*

episcopi in Nazareth, amatoris Hieronimi, qui demon primo feminam nobilem nocte in lecto procare et prouocare cepit ad luxuriam verbis, et deinde factis sollicitauit ad malum. Que cum clamaret, demon sub specie sancti episcopi sub lecto femine se abscondit, vbi requisitus et inuentus per luxuriosa verba se mentitus est esse episcopum Siluanum. In crastinum igitur sanctus vir disparente diabolo diffamatus est grauissime, que infamia tandem circa sepulcrum sancti Hieronimi fatente diabolo in obsessio corpore purgata est.

De corpore patet in beato Job, qui percussus fuit a demone vlcere <sup>131C</sup> pessimo, quod exponitur de lepra.

Refert etiam Sigibertus et Vincentius in *Speculo Historie* (li. xxv c. xxxvij) quod tempore Ludouici secundi imperatoris in parrochia Moguntina quidam demon primo sepe lapides iecit et quasi mallio ad domos percussit, et deinde publice loquendo, furta prodendo et discordias seminando plures inquietauit. Deinde omnes contra vnum irritauit cuius hospicium vbicunque manebat incendit, et ob illius peccata omnes pati affirmavit. Vnde tandem tantum agros pro hospicio habere potuit, propter quod cum presbiteri letanias celebrarent, multos iactibus lapidum demon vsque ad cruentationem lesit. Aliquando quieuit, aliquando seuit, et per triennium ista continuauit quousque omnia edificia ibi incendio consumpta sunt.

Jtem<sup>223</sup> de nocumento vsus<sup>a</sup> rationis et vexatione interiorum sensuum probatur ex possessis et arrepticijs, per euangelicas etiam historias.

Jtem<sup>224</sup> de morte et quod vita etiam quosdam priuat, patet | (Thobie <sup>131D</sup> vi) de septem viris Sare virginis occisis, qui propter luxuriosum affectum et effrenem appetitum in virginem Saram eiusdem non erant digni matrimonio.<sup>225</sup> Quare concluditur quod sicut per se, ita et amplius per maleficas in omnibus nihil dempto hominibus nocere possunt.

Verum vbi queritur an huiusmodi lesiones sint potius demonibus aut maleficis imputande, respondetur quod sicut propria et immediata actione demones operantur infirmitates immittendo, ita et ipsis principaliter sunt imputande, sed quia in contemptum et offensam creatoris simul et in perditionem animarum querunt huiusmodi per maleficas exercere, scientes quod per talem modum, sicut deus amplius irritatur, ita et amplius permittit eis potestatem seuiendi, quia et de facto innumera maleficia perpetrantur, que non permitterentur diabolo inferre

<sup>a</sup> So Nider; ed. prin.: -u

<sup>223</sup> Not in Nider

<sup>224</sup> Not in Nider

<sup>225</sup> End

132A hominibus si per se solum affectaret homines ledere, que tamen permit-  
tuntur iusto et occulto dei iudicio per malleficas propter earum perfidiam  
et catholice fidei abnegationem: vnde et eis iusto iudicio talia maleficia  
imputantur secundo quantumcunque diabolus sit actor principalis.  
Scopa<sup>226</sup> ergo quam mulier intingeret aque vt pluat et<sup>a</sup> sursum in aerem  
aquam spargendo, licet in se non causat pluuiam nec posset mulier  
inde reprehendi, quia tamen ex pacto cum demone inito vbi iam vt  
malefica talia facit, licet demon sit qui pluuiam causat, ipsa tamen meri-  
to inculpatur, eo quod mala fide et opere diabolo seruit eius obsequijs se  
tradendo. Sic etiam quando imaginem ceream vel simile ad maleficiand-  
um aliquem maleficus facit vel quando maleficio alicuius in aqua vel  
plumbo imago apparet, quicquid molestie inferatur tali imagini cum tale  
experitur fieri in imaginato, id est, homini maleficiato, puta punctura  
vel alia lesura quecunque, licet lesio realiter inferatur imagini per malefi-  
132B cam vel alium hominem et inuisibiliter demon maleficiatum hominem  
eodem modo ledit, merito tamen malefice imputatur,<sup>227</sup> quia sine ea  
deus nunquam lesionem inferre diabolo permetteret, nec diabolus per se  
ledere ipsum attentasset.

Sed quia dictum est de fama, in qua demones per se homines ledere  
possunt absque maleficarum cooperatione, posset in dubium verti, an  
etiam demones per se possent honestas mulieres infamare vt tanquam  
malefice reputarentur cum in earum effigie ad maleficiandum aliquem  
apparent, vnde contingeret talem innocenter infamari.

Responsio. Aliqua sunt premittenda: primo quia dictum est demonem  
nihil posse efficere absque diuina permissione, vt in prima parte operis  
circa vltimam questionem patuit; etiam tactum est quod non est tanta  
permissio super iustos et in caritate existentes, sicut super peccatores,  
in quos vtique sicut maiorem habet potestatem iuxta illud: “Cum  
fortis armatus custodit” etc., ita vtique plura permittuntur a deo in

<sup>a</sup> *Unnecessary (clumsy adaptation)*

<sup>226</sup> *Start of adaptation of Nider, Praec. 1.11.16 (V):* Scopa quam malefica intingit aque vt pluat non  
causat pluuiam, sed demon talibus visis. Quod si deus promiserit, potestatem habet in omnia  
corporalia et in aerem, ventos et nubes, vt statim procurare et causare valeat. Maga siquidem  
signum dat per scopam, sed demon illud procurat et agit vt pluat per demonis actionem, cui  
maga mala fide et opere seruit et se tradidit obsequijs illius vel alijs. Sic quando imaginem ceream  
vel simile ad maleficiendum aliquem maleficus facit vel quando maleficio alicuius in aqua vel  
plumbo imago apparet: quicquid molestie inferatur tali imagini, tale experitur fieri imaginato,  
id est, homini maleficiato, puta punctura vel alia lesura quecunque. Que lesio realiter quidem  
inferatur imagini per maleficum vel per alium hominem sed inuisibiliter demon maleficiatum  
hominem eodem modo ledit dei permissione si demeruit reus.

<sup>227</sup> *End*

eorum afflictionem | quam super iustos. Demum licet iustos in rebus exterioribus, vt fama et sanitate corporis, ledere possunt deo permittente, quia tamen sciunt hoc eis cedere in augmentum meritorum, ideo minus eos ledere affectant. 132C

Ex quibus dici potest quod in hac difficultate respectus potest haberi ad diuersa: primo ad diuinam permissionem; secundo ad hominem qui censetur honestus, cum tales non semper sunt in caritate existentes, sicut sunt sub honestate reputati; tertio ad facinus in quo innocens deberet infamari, quia illud ex sua radice cuncta flagicia mundi excedit: ideo dicendum, licet ex diuina permissione quique innocens, siue in gratia constitutus siue non, ledi possit in rebus fortune et fama, habendo tamen respectum ad ipsum facinus et grauitatem criminis, cum malefici sic nuncupantur ob facinorum magnitudinem iuxta Jsidorum sepe allegatum, dici potest quod hoc, vt aliquis innocens predicto modo a demone infametur, fieri non est | bene possibile, iterum multis respectibus: primo quia cum infamare in vitijs que absque pacto<sup>a</sup> expresso vel tacito inito cum demone perpetrantur, vt sunt furta, latrocinia et actus carnales, aliud sit ab infamia super vitia que nullo modo possunt homini imputari aut ab eo perpetrari nisi super pactum expressum cum demone initum, qualia sunt opera maleficarum que nisi virtute demonum a maleficis perpetrantur, vt vbi homines, iumenta aut terre fruges maleficiantur, vnde et eis aliter imputari non possunt, ideo licet demon possit hominem de alijs vitijs infamare, de tali tamen vitio infamare, quod sine eo non potest perpetrari, non videtur bene possibile. 132D

Preterea, hucusque nunquam actum est nec repertum vt aliquis innocens sit per demonem taliter infamatus<sup>b</sup> et sic propter talem infamiam morti fuisset adiudicatus, imo vbi tantummodo infamia laborat talis, nulla pena punitur nisi quod canonica purgatio sibi indicitur, vt in tertia | parte operis circa secundum modum sentiendi maleficas patebit. Et licet ibi contineatur quod in casu dum in purgatione deficeret, pro reo esset habendus, adhuc tamen abiuratio sibi indiceretur antequam vltius super penam relapsis debitam procederetur. Sed quia circa contingentia laboramus, que actu nunquam fuerunt perpetrata, nulli dubium quin et in posterum diuina permissio fieri non permittat. 133A

Preterea et a fortiori, propter angelicam custodiam que non permittit insontes in alijs criminibus minoribus infamari, vt in latrocinijs et huiusmodi, minus permittet, imo fortius sue custodie deputatum ab

<sup>a</sup> *Ed. prin.:* peccato (*Presumably the correct text was misread as the abbreviation pcccto and expanded.*)

<sup>b</sup> *Ed. prin.:* -um

infamia talium flagiciorum preseruabit. Nec valet si quis acta per sanctum Germanum obijceret, quando demones in assumptis corporibus et ad mensam consistentibus<sup>a</sup> alias mulieres viris suis condormientibus representabant, hospitem illudentes quasi ille mulieres in proprijs corporibus semper edentes et bibentes aduentarent, de quo<sup>b</sup> etiam supra mentio habita est, quia nec ibi ille mulieres excusantur quasi innocentes omnino, sed quod talia mulieribus sepe accidunt, quod iuxta capitulum (xxvi q. v) “Episcopi” notatur, vbi reprehenduntur tales quod dum in imaginaria solummodo illusionem transferantur, putant se veraciter et corporaliter transferri, licet, vt supra tactum est, etiam interdum corporaliter a demonibus vehuntur. Sed quod corporales infirmitates alias omnes nulla dempta diuina permissione inferre possunt, de illo est presens speculatio: concludendo ex prenotatis quod sic, cum nulla fiat a doctoribus exceptio, cui et rationem assentire oportet, cum alias demones sua naturali virtute cuncta corporalia excedunt, vt sepe tactum est.

Acta denique et gesta per nos reperta hec affirmant. Nam licet maior difficultas fortassis circa lepram aut epilensiam oriri possit, an videlicet talia inferre possent, eo quod huiusmodi tantummodo ex diuturnis et preuijs interiorum dispositionibus et defectibus solent oriri, nihilominus per maleficia interdum esse illata repertum est. Nam in dyocesi Basiliensi in confinibus partium Lotharingie et Alsacie cum quidam honestus laborator quedam verba dura contra rixosam quandam mulierem protulisset, illa indignata minas adiecit, quod in breui se de eo vindicare vellet. Et ille licet minas paruipendisset, eadem tamen nocte sibi pustulam collo accreuisse sensit, fricando tamen paululum et tangens totam faciem inflatam et tumefactam cum collo persensit, intantum vt horribilis species lepre etiam per totum appareret corpus. Qui non distulit sed quantotius amicis et consulibus accersitis rem gestam super comminatoria verba mulieris narrauit, et quod sic mori ea fide et suspitione vellet, quod illa sibi arte magica eadem malefica intulisset. Quid plura? Mulier capitur, questionibus exponitur et crimen fatetur. At iudex de modo et causa diligentius inquirens,<sup>c</sup> respondit: “Cum | me verbis opprobriosis homo ille aggressus fuisset, ego ira succensa cum ad domum venissem, malignus spiritus causam tristitie mee inquirere cepit, cui cum singula enarrassem et vt me vindicare possem eidem insinuando instarem, ille inquisiuit, dicens: ‘Quid ergo vis vt ei faciam?’ At ego respondi: ‘Vellem vt inflatam faciem semper retineret.’ Et sic ille abscessit et illam

<sup>a</sup> Sc. -es

<sup>b</sup> Ed. prin.: qua

<sup>c</sup> Sc. iudice . . . inquirente

infirmi-  
tatem vltra quam petij homini intulit. Ego enim quod tali lepra  
eum percuteret minime sperassem." Vnde et incinerata fuit.

In dyocesi denique Constantiensi inter Brisiacum et Friburg leprosa  
quedam mulier multis referre solet, nisi debitum vniuerse carnis iam ab  
annis duobus persoluerit, quod simili de causa contrauersie que inter  
ipsam et quandam aliam mulierem mota fuisset, dum de nocte domum  
egressa ante ostium quid operis agere tentasset, ventus quidam calidus a  
domo alterius mulieris, que ex opposito domus sue fuerat, eius faciem  
repente insufflauit. | Vnde et subito in lepram quam gestabat se incidisse 134A  
asseruit.

In diocesi denique eadem et territorio Nigre Silue malefica quedam  
dum per lictorem super struem lignorum pro incendio sibi parato a terra  
eleuaretur, dixit: "Dabo tibi mercedem," et sic insufflando in eius vultum  
statim lepra horribili per totum corpus percussus paucis exposit super-  
uixit diebus. Horrenda eius flagicia breuitatis causa obmittuntur, sicut et  
alia quasi innumera super hec recitari possent. Epilensiam namque seu  
caducum morbum certis infligisse per ova cum mortuorum corporibus  
subtumulata, precipue ex earum secta inhumatis, cum alijs earum ceri-  
monijs, que recitanda<sup>a</sup> non sunt, vbi in potu vel cibo alicui prebuerunt,  
sepius a nobis repertum est.

SUPER MODUM QUO ALIAS CONSIMILES INFIRMITATES  
IN SPECIALI HOMINIBUS INFERRE SOLENT

Capitulum Duodecimum

ALLAS DENIQUE INFIRMITATES INFLIXISSE, vt cecitatem vel 134B  
accutissimos dolores et torsiones, in corporibus hominum quis enu-  
merare potest? Tamen ex his que oculis nostris perspeximus et que vni  
ex inquisitoribus innotuerunt aliqua in medium producamus.

Eo in tempore quo in opido Ysbruck inquisitio super maleficas fieret,  
hic inter alios deductus fuit casus. Nam honesta quedam persona et  
vni ex familiaribus archiducis matrimonio copulata in presentia notarij  
etc. secundum formam iuris deposuit quod cum tempore sue virgini-  
tatis cuidam ex ciuibus famularetur, accidit vt vxor illius graui dolore  
capitis langueret. Pro cuius curatione cum quedam mulier accessisset  
et suis carminibus et certis praxis<sup>b</sup> mitigare dolorem haberet, "ego eius  
practicam vbi diligenter obseruabam perspexique quod contra naturam 134C

<sup>a</sup> Sc. -e

<sup>b</sup> Sc. praxibus

aque fuse in scutellam quandam ipsa aqua in ollam aliam ascendisset,” cum alijs cerimonijs que recitare opus non est. “Consideransque quod ex illis dolor capitis in domina non mitigaretur aliqualiter, indignata hec verba ad maleficam protuli: ‘Nescio quid agitis. Vos non facitis nisi supersticiosa et hoc propter comodum vestrum.’ Tunc malefica statim subiunxit: ‘An sint supersticiosa vel non, tertia die tu senties,’ quod rei probavit euentus. Nam tertia die mane me sedente et fusum apprehendente tantus dolor subito corpus meum inuasit, primo in interioribus vt non esset pars corporis in qua non punctiones horribiles sentirem, secundo non aliter mihi videbatur nisi quod continue igniti carbores capiti meo superfunderentur, tertio in cute corporis a vertice vsque ad plantas pedis non fuisset spacium ad punctum acus vbi non fuisset pustula alba sanie repleta. Sicque in his doloribus eiulando et tantummodo  
 134D mortem optando | vsque ad diem quartum perstiti. Tandem maritus domine mee vt stabulum quoddam intrarem mihi iniunxit. At ego paulatim incedendo<sup>a</sup> eo precedente dum ante ostium stabuli eramus, ‘Ecce,’ inquit ad me, ‘peciam panni albi super ostium stabuli.’ At ego: ‘Video bene.’ Tunc ille: ‘Quantum potes, remoue, quia forte melius habebis.’ Tunc ego quantum potui vno brachio me ad hostium tenente cum altero peciam apprehendi. ‘Aperias,’ inquit dominus, ‘et considera diligenter ibi reposita.’ Tunc vbi peciam solui, plura ibidem inclusa repperi, precipue autem grana quedam alba ad modum quo pustule inerant corpori meo. Semina quoque et legumina quorum similia nec edere poteram aut intueri cum ossibus serpentum et aliorum animalium intuita sum. Et sic stupefacta dum inquirerem a domino quidnam agendum foret: vt in ignem cuncta projicerem iniunxit. Proieci, et ecce subito non post  
 135A hore spacium | aut quartale sed in momento, vt in ignem res ille fuerant proiecte, omnem sanitatem pristinam recuperavi.”

Et quia plura contra vxorem illius cui famulabatur fuerunt deposita per que suspecta non tam leuiter quam et vehementer fuit habita, et precipue propter magnam familiaritatem cum maleficis habitam: vnde presumitur quod conscia de maleficio reposito hoc viro indicauit et deinceps modo premissio publicatum<sup>b</sup> sanitatem ancilla recuperavit.

Insuper aliud maleficium cuidam persone etiam muliebri illatum in eodem opido referre in detestationem tanti criminis expedit. Mulier quedam maritata et honesta accessit et iuxta iuris formam (vt supra) deposuit. “Retro domum,” inquit, “habeo viridarium. Est et illi ortus

<sup>a</sup> Sc. me... incedente

<sup>b</sup> *Dangling participle (Presumably hoc... publicato is meant.)*

contiguus vicine mee. Vnde quadam die cum transitum fieri ex orto vicine ad viridarium meum non absque damno perspexissem stans in ostio viridarij, et apud me ipsam conquerendo et querulando<sup>a</sup> | tam de 135B  
transitu quam et de damno, vicina subito superuenit et an eam suspectam haberem inquisiuit. At ego territa propter malam eius famam nil aliud nisi hec verba protuli: 'Gressus in graminibus damna demonstrant.' Tunc illa indignata quia ad eius fortassis beneplacitum me litigiosis verbis cum ea implicare nolebam, abscessit cum murmure. Et verba que protulit licet audirem, tamen intelligere non potui. Post paucos vero dies ingens infirmitas mihi accidit cum doloribus ventris et acutissimis torsionibus a latere sinistro versus dextrum et viceversa, quasi duo gladij aut cultri essent pectori infixi. Et sic die noctuque clamoribus omnes vicinos alios inquietauī, et confluentibus<sup>b</sup> hincinde pro consolatione accidit vt lutifigulus prefatam vicinam et maleficam adulterino flagicio habens in amasiam simili modo visitationis gratia accedens et infirmitati 135C  
mee compatiens | post verba consolatoria abscessit. Sequenti tamen die festine redijt et inter alia consolatoria subiunxit: 'Experimentum capiam an ex maleficio hec vobis infirmitas acciderit, quod si sic repertum fuerit, sanitatem vobis recuperabo.' Accepto ergo plumbo liquefacto et me in lecto decumbente plumbum in scutellam aqua plenam supra corpus meum appodiando infudit, et vbi quadam imago et figure diuersarum rerum ex plumbo congelato apparuissent, 'Ecce,' inquit, 'ex maleficio hec vobis contigit infirmitas. Et subter limen hostij domus vna pars instrumentorum maleficij continetur. Accedamus ergo et illis amotis melius sentietis.' Sicque maritus meus cum eo partiter ad tollendum maleficium accedunt, et lutifigulus limen eleuans marito iniunxit vt manum in foueam que apparuerat mitteret et quecunque inueniret extraheret, quod et fecit." Nam primo imaginem quandam ceream in longitudine 135D  
vnus palme vndique perforatam habentis<sup>c</sup> duos acus ex aduerso per latera ad modum quo ipsa punctiones a sinistro latere vsque ad dextrum et econuerso persenserat extraxit, demum pecias panniculorum diuersas, plurimas res tam in granis quam in seminibus et ossibus continentes. "Sicque illis in ignem proiectis ego quidem conualui, sed non ex toto. Nam licet torture et punctiones cessassent, appetitusque comedendi redijisset, ex integro tamen pristine sanitati vsque in presens minime sum restituta. Et cum apud lutifigulum importune instarem, vnde hoc quod

<sup>a</sup> Sc. me . . . conquerente et querulante

<sup>b</sup> Sc. multis (vel sim.)

<sup>c</sup> Ed. prin.: -entem (Perhaps the genitive is conceived of as agreeing with the person "of whom" the image was.)

pristina sanitas non rediret, respondit: ‘Sunt et alia instrumenta alibi abscondita, que inuenire non valeo.’ Et qualiter tunc prima instrumenta reposita agnouisset dum inquirerem, respondit: ‘Ex amore quo amicus amico reuelare solet hec cognoui.’ Vnde dum adulteram procabat et  
 136A mihi vicinam agnoui, ideo argumentum super eam | cepi suspicionis.” Hec egrota recitabat.

Sed quid si singula que in illo dumtaxat opido reperta sunt? Dum recitare vellem, liber vtique foret conficiendus. Quanti enim ceci, claudi, aridi et diuersis irretiti infirmitatibus iuxta formam iuris ex vehementi suspitione super maleficas eis huiusmodi infirmitates in genere vel in specie predicentes et quod talia in breui sentire haberent, vel ad dies vite vel ad mortem statim percipiendam, et quod secundum eorum<sup>a</sup> auisamenta cuncta accedissent, vel ad specificatam infirmitatem vel ad mortem aliorum! Quia enim terra illa vasallis et armigeris abundat et ocia dant vitia, vbi interdum mulieres procabant, dum illas procatas abijcere et alias honestas matrimonio sibi copulare disposuerunt, raro sine vindicta super maleficium inferendum aut viro aut vxori, dum se spre-  
 136B tas cernebant, thorus coniugalis perseuerabat, non autem viris tantum quantum mulieribus, eo <quod>, vt pie estimari potest, illis interemptis aut arefactis priores amasias procare haberent.

Nam et cocus quidam archiducis dum iuuenulam honestam et alienigenam duxisset, malefica eius amasia in publica via alijs honestis personis audientibus iuuenule maleficium et mortem predixit, extensa manu dicens: “Non diu de tuo marito gaudebit.” Statimque sequenti die lecto decubuit et post paucos dies debitum vniuerse carnis persoluit, in extremis contestando: “En, sic morior, quod illa suis maleficijs deo permittente me interimit,” et vtique pro meliori deo sibi alias nuptias in celis disponente.

Sic denique per maleficia miles quidam, vt publica fama testatur, interemptus fuit sic et alij plures quos recitare obmitto. Jnter quos et domicellus quidam dum ad nutum amasie secum pernoctare nolebat  
 136C et per famulum suum | quod ea nocte secum certis negocijs prepeditus pernoctare non posset ei indicasset, illa indignata famulo iniunxit: “Dicas domicello: non diu me vexabit.” Sicque et sequenti die infirmatus, post paucos dies sepultus. Sunt et tales malefice que iudices solo aspectu et oculorum intuitu maleficari sciunt, quod<sup>b</sup> etiam nullam molestiam eis inferre publice se iactantes.

<sup>a</sup> Sc. earum

<sup>b</sup> Gramatically unnecessary

Sed et quibuscumque pro criminalibus causis detentis et grauissimis tormentis pro dicenda veritate expositis taciturnitatem inferre sciunt, quod nunquam eorum<sup>a</sup> facinora detegere poterunt.

Sunt et que imaginem crucifixi flagellis et cultris impingendo ob maleficia perpetranda cum turpissimis verbis contra gloriosissime virginis Marie puritatem et nostri saluatoris ex eius intemerato vtero natiuitatem dehonestauerunt. Verba illa et singulos actus recitare non expedit, cum nimis sint piorum aurium offensiua, in scriptis tamen redacta et reposita sunt, prout baptizata | quedam Judea et alias iuuenulas induxerat, quarum vna Walpurgis nomine eodem anno in extremis posita dum a circumstantibus ad confessionem peccaminum hortaretur exclamauit: "Corpus et animam tradidi diabolo, nec spes mihi adest venie," et sic defuncta. 136D

Singula hec non ad ignominiam sed ad laudem et gloriam illustrissimi archiducis conscripta sunt, cum re vera vti catholicus princeps et precipuus fidei zelator in exterminium earum cum assistentia reuerendissimi ordinarij Brixienensis non mediocriter laborauit, recitata autem potius in detestationem et odium tanti criminis, vt qui iniurias hominum vlscisci non desistunt: quomodo iniurias creatoris et fidei contumelias, etiam non habendo ad temporalia damna respectum, sufferre possunt? Omnium enim eorum hoc | precipuum fundamentum, fidei videlicet abnegatio, existit. 137A

SUPER MODUM QUO OBSTETRICES MALEFICE MAIORA  
DAMNA INFERUNT DUM INFANTES AUT INTERIMUNT AUT  
DEMONIBUS EXECRANDO OFFERUNT

### Capitulum Tertiumdecimum

NEC PRETEREUNDUM EST DE | NOCUMENTIS a maleficis obstetricibus pueris illatis, et primo quomodo interimunt, secundo quomodo demonibus offerendo execrant. 137B

In dyocesi nanque Argentinensi et opido Zabernio mulier quedam honesta ac beatissime virgini Marie plurimum deuota hunc casum referre <solet><sup>b</sup> sibi que accidisse singulis eius hospicium quod publice tenet nigram habens aquilam pro intersigno frequentantibus commemorat. "A viro," inquit, "legittimo sed iam defuncto impregnata,<sup>c</sup> vbi dies

<sup>a</sup> Sc. earum

<sup>b</sup> Cf. 133D

<sup>c</sup> Dangling participle

pariendi appropinquarent, mulier quedam obstetrix, vt ipsam ad obstetricandum puerum acceptarem, importune instabat. At ego conscia de eius infamia licet aliam mihi assumere decreuissem, verbis tamen pacificis quasi suis annuere vellem petitionibus me simulabam. Adueniente autem tempore partus cum aliam obstetricem conduxissem, illa prior indignata quadam nocte cameram meam euolutis vix octo diebus cum duabus alijs mulieribus ingreditur. Et lecto appropinquantes<sup>a</sup> in quo iacebam, cum maritum meum qui in altera dormiebat camera vocare voluissem, singulis membris et lingua ita remansi viribus destituta quod dempto visu cum auditu nec pedicam mouere potuissem. In medio ergo illarum duarum stans malefica hec verba protulit: ‘Ecce hec pessima mulierum: quia in obstetricem me recipere noluit, impune non transibit.’” Et cum alie due a latere stantes pro ea supplicarent, dicentes: “Tamen nunquam alicui ex nostris nocuit,” malefica subiunxit: “Hanc mihi displicentiam fecit: suis intestinis aliqua immittere volo, sic tamen quod infra dimidium annum nullos propter vos dolores sentiet, sed illo euoluto saltis cruciabitur.” “Accessit ergo et ventrem cum manu tetigit, mihiq; videbatur quasi intestinis extractis certas res, quas tamen videre non potui, intromitteret. Illis ergo abeuntibus cum vires ad clamandum recuperassem, maritum quantocius vocaui et rem gestam denudaui. Cum autem ille causam puerperio assignare vellet, dicens: ‘Vos puerpere plurimis illusionibus et fantasijs laboratis,’ nec quoque<sup>b</sup> modo dictis meis fidem adhibere volebat, adiunxi: ‘Ecce spacium pro anno dimidio mihi donauit. Quo elapso, si nulli cruciatus superuenient, dictis tuis fidem adhibebo.’” Consimilia denique verba filio clerico, qui et prorunc archidiaconus ruralis erat, protulit, cum et ipse visitationis gratia illo die eam frequentasset. Quid plura? Sex mensibus ad punctum euolutis inter-  
 137C  
 137D  
 138A  
 norum viscerum tortura subito ipsam tam dire inuasit vt nec diebus nec noctibus a clamoribus omnes inquietando abstinere potuisset. Et quia, vt premissum est, deuotissima virgini et regine misericordie extitit, in pane et aqua singulis sabbatinis diebus ieiunando, ideo et per ipsius suffragia credidit se liberari, vnde et quadam die, vbi opus nature perficere volebat, tunc omnis illa immunidicia e corpore prorupit, et aduocans maritum cum filio dixit: “Suntne res iste fantastice? Nonne dixi: ‘Post dimidij anni spacium veritas cognoscetur?’ Aut quis vidit vnquam spinas, ossa, simul etiam ligna me comedisse?” Erant enim spine rosarum in longitudine vnus palmi cum alijs varijs innumeris<sup>c</sup> rebus immissee.

<sup>a</sup> *Dangling participle*

<sup>b</sup> *Sc. quoquam*

<sup>c</sup> *Ed. prin.: -o*

Insuper, vt in prima parte operis ex illius famule reducte ad penitentiam in Brisiaco confessione patuit, maiora damna fidei circa hanc heresim maleficarum ab obstetricibus inferuntur, quod etiam quarundam confessio, que et postmodum incinerate fuerunt, luce clarius demonstrauit. Nam in diocesi Basiliensi et opido Dann quedam incinerata fassa fuerat vltra quadraginta pueros necasse per modum talem vt quando ex vtero egrediebantur, acum capitibus eorum per verticem vsque in cerebrum infixit. 138B

Altera denique in diocesi Argentinensi pueros absque numero, puta quia de numero non constabat, se interemisse fassa fuerat, taliter autem deprehensa. Nam vbi ex vno opido in aliud causa obstetricandi mulierem quandam vocata fuisset, officio suo completo dum ad propria redire volebat, vbi portam opidi exiuit, casu brachium pueri recenter nati ex lintheo quo precincta erat, cui et inuolutum brachium fuerat, ad terram cecidit. Quo viso ab his qui infra portam sedebant, dum illa preterisset, leuatam e terra, vt putabant, peciam carnis, cautius intuebantur, et cum non peciam carnis sed brachium pueri per articulos membrorum agnouissent, consilio cum presidentibus habito et inuento quod infans ante baptismum decesserat brachioque careret, malefica capitur, questionibus exponitur et crimen detergitur. Sicque, vt predictum est, absque eius numero se infantes interemisse cognouit. 138C

Qua autem de causa? Vtique presumendum quod ad instantiam malignorum spirituum etiam eis interdum inuitis talia facere coguntur. Nouit enim diabolus quod ab introitu regni celestis propter penam damni aut originale peccatum tales pueri sequestrantur. Vnde etiam diutius finale iudicium protrahitur sub quo eternis cruciatibus deputabuntur, cum eo tardius numerus electorum completur, quo completo mundus consummabitur. Et, vt in premissis tactum est, suasu demoniorum ex huiusmodi membris vnguenta earum vsibus accomoda conficere habent.

Sed et hoc horrendum facinus silentio pretereundum in detestationem tanti criminis non est. Nam vbi infantes non interimunt, tamen illos demolibus execrando per hunc modum offerunt. Nato enim infante obstetrix, vbi puerpera malefica per se non existit, tunc quasi quid operis pro infantis refocillatione actura ipsum extra cameram deportat et sursum eleuans principi demoniorum, scilicet lucifero, et omnibus demonibus, imolant et hoc in loco coquine supra ignem. 138D

Et, vt quidam retulit, cum perpendisset vxorem suam tempore paritus quod preter consuetum modum puerperarum nullam ad se ingredi mulierem permittebat nisi dumtaxat filiam propriam, que obstetricandi

officium gerebat, causam huiusmodi experiri volens latenter se illo in tempore in domo occultabat, vnde et ordinem sacrilegij et diabolice imolationis modo predicto perpendit, cum eo quod, vt sibi videbatur, per appendiculi instrumentum in quo olle suspenduntur infans non fultus humano auxilio sed demonis sursum vehebatur. Vnde mente conster-

139A natus cum et horrenda verba | pro demonum inuocatione et alios ritus nephandissimos persensisset, subito vt infans baptizaretur acrius insteterit, et cum ad aliam villam in qua parochialis erat ecclesia deferendus esset, et per pontem super flumen quoddam pertransire haberent, ille euaginato gladio super filiam que infantem gerebat irruit, dicens alijs duobus sibi adiunctis audientibus: “Nolo vt infantem per pontem deferas, quia aut per se pontem gradietur aut tu in flumine submergeris.” Qua perterrita cum alijs que aderant mulieribus et anne compos esset rationis inquirentes<sup>a</sup> – res enim gesta cunctas alias latebat, demptis duobus viris sibi coniunctis – tunc ille: “Pessima mulierum, arte tua magica scandere pendiculum infantem fecisti. Fac et iam vt nullo deferente pontem pertranseat aut in flumine te submergam.” Sicque coacta puerum super pontem posuit et arte sua demonem inuocans<sup>b</sup> subito ex altera parte

139B pontis infans cernitur. Baptizato ergo puero et ad propria rediens cum iam per testes filiam de maleficio conuincere poterat, prout primum facinus oblationis minime probare potuisset, eo quod ipse vnicus illi sacrilego ritui interfuisset, apud iudicem post tempus purgationis filiam cum matre accusat et pariter incinerantur et facinus de sacrilega oblatione quod per obstetrices fieri solet detergitur.

Sed hic dubium oritur, quidne operis aut efficacie talis sacrilega oblatio in huiusmodi pueris efficere valeat. Ad quod dici potest quod sicut triplici ex causa hoc demones efficiunt, ita et ad tria nephandissima hec eis deseruiunt. Nam primo ex superbia eorum, que quia semper ascendit iuxta id: “Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper,” querunt quantum possunt diuinis rebus et cerimonijs se conformare, vt<sup>228</sup> sic sub

<sup>a</sup> Sr. -ibus

<sup>b</sup> *Dangling participle*

<sup>228</sup> *Start of adaptation of Nider, Praec. 1.11.2 (F):* Questio secunda: vnde proueniant res vise, quas vident virgines in speculis siue vnguibus maleficorum ad furta sublata et huiusmodi repertienda, et cur malefici potius recipiunt virgines, mares vel feminas quam corruptos? Respondetur secundum Guillelmum Parisiensem in vltima parte De Vniuerso, quod opere demonum fit per modum vnum vel plures precedenti dubio expressos. Virgines autem tantum ad hoc idoneas demon mentitur triplici de causa. Prima: vt fingat falso se castitatem amare, quam odit, quia castissimam virginem summe odit, que contriuit caput eiusdem serpentis, vnde insidiatur calcaneo eius. Vnde deus ait serpenti: “Inimicicias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius: ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo eius” (Gen. iij). Secundo, vt sic animas maleficorum et eis credentium decipiat ad amicitiam demonum inclinat per infidelitatis vitium sub specie boni, non sub specie mali. Tertio, vt corpora sic ledat innocentium vel minus vitijs infectorum . . .

specie boni apparentis facilius decipiant. Sic enim et virgines pueros, mares vel feminas, expetunt a magis, vbi in speculis vel vniuersibus maleficorum furta sublata vel alia occulta habent manifestare, licet per corruptos idem ostendere valerent, sed tamen vt fingat se false castitatem amare, quam tamen odit cum castissimam virginem summe odit, eo quod caput eius contriuit (*Genesis* iij), vnde sic animas maleficorum et eis credentium per infidelitatis vitium sub specie virtutis decipiunt.<sup>229</sup> Tertio vt ipsa perfidia maleficarum amplius in sui augmentum crescat, dum a cunabulis sibi dicatas maleficas seruant. Ex his efficit hec sacrilega oblatio tria in puero: primo quod sicut exterior oblatio fit in rebus sensibilibus deo, puta in vino, pane, terre frugibus, et hoc in signum debite subiectionis et honoris iuxta illud *Ecclesiastici* xxv: "Non apparebis in conspectu domini dei tui vacuus," que etiam res alijs postmodum prophanis vsibus nullo modo applicari debent nec possunt, vnde et (x q. i) Damasus papa dicit oblationes que intra ecclesiam offeruntur sacerdotibus tantummodo pertinere, sic tamen vt non solum eas in suos vsus conuertant sed vt fideliter dispensent partim ad ea que ad cultum diuinum pertinent, et partim etiam in vsus pauperum conuertant, ita et talem puerum diabolo in signum subiectionis et honoris oblatum diuinis vsibus applicari digne et fructuose subiectionis tam pro se quam pro alijs: quomodo est possibile hoc a catholicis fieri? Quis enim dicere potest materna scelera seu aliena peccata quo ad punitionem non redundare in filios? Fortassis ille qui dictum propheticum attendit: "filius non portabit iniquitatem patris." Sed quid de illo passu (*Exodi* xx): "Ego dominus zelotes visitans peccata patrum in filios vsque in tertiam et quartam generationem"? Est enim hec vtriusque sententia vt prima intelligatur de pena spirituali in iudicio poli siue dei et non in iudicio fori, et est pena que principaliter tangit animam siue sit pena damni, vt priuatio glorie, siue pena sensus, id est, cruciationis ignis infernalis – his enim penis nunquam punitur aliquis sine culpa propria vel contracta quantum ad originale vel commissum<sup>3</sup> quantum ad actuale peccatum – secunda vero autoritas quia intelligitur de imitatoribus paternorum scelerum, vt Gratianus exponit (i q. iij § "*Quibus*," vbi etiam dat alias expositiones): ideo alijs penis quibuscunque in iudicio dei punitur quis non solum pro culpa sua commissum vel committenda, vt scilicet euitetur, sed etiam pro culpa alterius. Nec valet si dicatur quod tunc punitur sine causa et sine culpa, que debet esse causa pene, quia iuxta regulam iuris sine culpa nisi subsit causa non est aliquis puniendus, vnde et dicere

<sup>3</sup> Ed. prin.: -o

<sup>229</sup> End

possumus, quod semper superest causa etiam iustissima, licet nobis ignota (xxiiiij q. iij, Augustinus: “Etsi super actionem facti profunditatem iudiciorum dei penetrare non possumus, verumtamen verum scimus esse quod dixit et iustum esse quod fecit”).<sup>230</sup>

<sup>140B</sup> Est tamen distinctio in pueris oblati | eo quod loquendo de innocentibus, qui non per matres maleficas sed per obstetrices demonibus offeruntur et rapiuntur occulte, vt dictum est supra, ab amplexibus et vtero honeste matris: quod tales innocentes non adeo deferuntur vt imitatores efficiantur tantorum scelerum sed imitatores paternarum virtutum, hoc pie credendum est.

Secundum quod efficit hec sacrilega oblatio est quod sicut in oblatione, qua homo seipsum deo offert in sacrificium, recognoscit deum suum principium et finem, quod quidem sacrificium dignius est omnibus sacrificijs alijs exterioribus ab eo impensis iuxta illud: “Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum, deus, non despicias,”<sup>231</sup> et hoc quo ad principium creationis et finem glorificationis, ita et ipsa malefica puerum offerens diabolo eius animam et corpus tanquam suo principio et fini damnationis eterne commendat. Vnde et non | nisi miraculose a solutione tanti debiti liberari poterit.

<sup>140D</sup> Solet quedam historia, imo et plures, recitari de pueris ex materno vtero demonibus improuise et ex aliqua passione et commotione mentis a matribus oblati et qualiter cum maxima difficultate in adulta etate a demonum iurisdictione, quam diuina permissione sibi vsurpabant, liberari potuerunt, de quibus *Liber Exemplorum Beatissime Virginis Marie* refertur noscitur, specialiter et de illo qui per summum pontificem dum liberari a vexationibus demonum non poterat, missus tandem ad quendam virum sanctum in orientalibus partibus degentem cum magna adhuc difficultate per intercessionem ipsius gloriosissime virginis ab illa iurisdictione ereptus fuit. Vnde si in vltionem vnus improuise non dico oblationis sed exhibitionis, vbi mater ex indignatione dumtaxat super copulam carnalem viro exhibendam cum dixisset maritus: “Spero inde fructum prouenturum,” et illa replicans: “Sic fructus ille diabolo datus,” tanta seueritas diuine punitio- nis patuit quanta creditur seuire vbi tanta diuine maiestatis cernitur offensa.

<sup>230</sup> *Quotation of Augustine in Decretum 2.23.4.23. Commentary § 3: Nos etenim si ratione facti profunditatem iudicij eius penetrare non possumus, manifestissime tamen scimus et verum esse quod dixit et iustum esse quod fecit. . .*

<sup>231</sup> *For despicias Vulgate Ps, 50:19 has: spernet*

Tertium quod hec sacrilega oblatio efficit est habitualis inclinatio ad huiusmodi maleficia hominibus, iumentis et terre frugibus inferenda. Huius ratio assignari potest ex his que secundum Thomam (*Secunda Secunde*, quest. centesima octava super punitionem temporalem qua aliqui propter alienas culpas puniuntur) deducuntur. Dicit enim quod quia filij sunt secundum corpus res quedam patris et serui et animalia res dominorum, et cum aliquis sit puniendus in rebus suis omnibus, ideo et filij puniuntur pluries pro parentibus.<sup>232</sup> Et differt hec ratio ab illa que supra tacta fuit de peccatis patrum quia deus visitat in filios vsque in tertiam et quartam generationem, quia, vt ibi tactum est, hoc intelligitur de imitatoribus paternorum scelerum, | hec autem ratio concludit de punitione filiorum pro parentibus, vbi non imitantur paterna scelera in actu per mala opera sed tantum in habitu. Sic enim et filius natus ex adulterio Daud mortuus fuit quam citius, et animalia Amalechitarum iussa sunt interfici, quamuis et in huiusmodi sit ratio mistica, vt habetur i q iiiij § "Paruulos."

141A

Ex quibus omnibus non inconuenienter dicitur quod huiusmodi pueri semper ad maleficia perpetranda vsque in finem vite inclinantur. Sicut enim deus suam oblationem sanctificat, vt sanctorum gesta demonstrant, vbi parentes subolem<sup>a</sup> ex eis procreandam deo dicassent, vtique et diabolus suam oblationem inficere non cessat ex veteri et nouo testamento: quasi innumera possent gesta deduci. Sic enim plures patriarche et prophete, vt Jsaac, Samuel, Sampson, sic etiam Alexius, Nicolaus et alij innumeri gracijs plurimis ad sanctitatem vite fuerunt preuenti.

141B

Experientia denique demonstrat semper filias maleficarum in consimilibus tanquam imitatrices maternorum scelerum esse diffamatas, imo et totam quasi progeniem esse infectam. Et huius quidem et omnium precedentium ratio quia superstitem semper habent relinquere et in augmentum illius perfidie summis conatibus ex pacto cum demone inito tendere. Vnde enim contingere posset, quod sepiissime reperitum est, puellas impuberas, vt octo vel decem annorum, tempestates et grandines concitasse nisi ex tali pacto sub tali oblatione sacrilega diabolo per matrem maleficam infantem execrasset? Nec enim per se pueri talia ex fidei abnegatione, prout adulte malefice a principio facere

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: sob-

<sup>232</sup> *Cf. Aq., Summa 2/2.108.4.Ra3: . . . paruuli diuino iudicio simul puniuntur temporaliter cum parentibus, tum quia sunt res parentum et in eis etiam parentes puniuntur, tum etiam quia hoc in eorum bonum cedit, ne si reseruentur, essent imitatores paterne malitie et sic grauiores penas mererentur. In bruta vero animalia et quecumque alias irracionales creaturas vindicta exercetur, quia per hoc puniuntur illi quorum sunt. Et iterum propter detestationem peccati.*

habent, efficere possent cum nec alicuius fidei articuli fortassis noticiam habent.

E quibus gestis aliqua in medium producamus. In partibus enim Sueuie dum quidam villanus segetes in campis cum filia paruula vix  
 141C octo annorum conspicerere decreuisset et propter siccitatem terre pluuiam apud se ruminans et conferens optasset, dicens: “Heu! Quando veniet pluuiam?” puella audiens verba patris ex simplicitate animi dixit: “Pater, si pluuiam desideras, faciam quod cito veniet.” At pater: “Vnde hec tibi? Noscisne pluuiam procurare?” Respondit puella: “Vtique, et nedum pluuiam, sed et grandines et tempestates concitare scio.” Et pater: “Quisnam te docuit?” Respondit: “Mater mea. Verum quod mihi inhibuit ne alicui hoc indicarem.” Tunc iterum pater: “Et quomodo te docuit?” Respondit: “Me commisit vni magistro, quem omni hora ad quecunque petita habere possum.” At pater: “Vidistine istum?” Respondit: “Vidi interdum viros introeuntes et exeuntes ad matrem.” Et cum interrogasset quinam essent, respondit: “Sunt nostri magistri, quibus etiam te tradidi et commisi, magni fautores et diuites.” Territus pater anne illa hora grandinem citare posset inquisiuit, et puella: “Vtique, si modicum aque habuero,  
 141D faciam.” | Tunc pater puellam per manum ad torrentem deduxit. “Fac,” inquit, “sed tantummodo super agrum nostrum.” Tunc puella manum in aquam misit et in nomine sui magistri iuxta doctrinam matris mouit. Et ecce tantummodo pluuiam agrum illum perfudit. Quod cernens pater: “Fac,” inquit, “et grandinem, sed tantummodo super vnum ex agris nostris.” Quod cum iterum puella fecisset, pater de experientia certificatus vxorem apud iudicem accusauit, que capta et conuicta incinerata fuit et filia denuo baptizicata et deo dicata amplius illa efficere non potuit.

SEQUITUR SUPER MODUM QUO IUMENTIS MALEFICE  
 VARIA NOCUMENTA INFERUNT

Capitulum Quartumdecimum

142A VTIQUE A FORTIORI CUM apostolus dicat: “Numquid deo cura est de bobus?” volens per hoc innuere, quod licet omnia subsint diuine prouidentie tam homines quam iumenta, vtrosque iuxta modulum suum seruans,<sup>a, 233</sup> vt psalmista ait, filij tamen hominum sub tegmine et

<sup>a</sup> *Dangling participle*

<sup>233</sup> *Cf. Ps. 36:7–8: Homines et iumenta saluabis, deus... filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt.*

protectione alarum amplius gubernantur: si, inquam, homines diuina permissione per maleficos affliguntur, innocentes, iusti et peccatores, parentes denique in filijs qui res sunt pertinentes ad eos, cum etiam iumenta, terre fruges similiter de rebus hominum existunt, vtique et super illos varia nocumenta posse a maleficis inferri nemo dubitare diuina permissione concurrente presumat. Sic enim Job a diabolo percussus cuncta iumenta perdidit; sic denique nec minima reperitur villula vbi mulieres mutuo vaccas inficere, lac<sup>a</sup> eas priuare, et sepiissime interimere non cessant, a minimo autem nocumento inchoando quod de priuatione lactis estimari potest.

Si de modo quo id efficere valeant queritur, responderi potest quod quia<sup>234</sup> secundum Albertum | (iij *De Animalibus*) lac de natura sit menstrui<sup>b</sup> in quolibet animali, sicut etiam fluxus alius in femina, vbi non restringitur talis fluxus aliqua infirmitate vel ex conditione nature vel ex accidentali infirmitate, tunc restringitur aut aufertur interdum maleficiali opere: ex conditione autem naturali lac restringitur post conceptum fetum, ex infirmitate vero accidentali, sicut pluries ex comestione alicuius herbe que ex natura lac restringere habet et vaccam alterare.<sup>235</sup> 142B

Ex maleficio autem talia procurant varijs modis. Quedam enim nocturnis temporibus et sacratoribus – vtique ex inductione diaboli ob maiorem offensam diuine maiestatis – in quocunque angulo domus sue se collocant, vrceum inter cruras habentes, et dum cultrum vel aliquod instrumentum in parietem aut columnam infigunt et manus ad mulgendum apponunt, tunc suum diabolum qui semper eis ad omnia cooperatur inuocant, et quod de tali vacca ex tali domo que sanior et que magis in lacte abundat mulgere affectat proponit: tunc subito diabolus ex mammillis illius vacce lac recipit et ad locum vbi malefica residet et, quasi de illo instrumento fluat, reponit. 142C

Hec quidem populo predicando<sup>c</sup> nemo propterea ex eis informatur quia quantumcunque quis demonem inuocaret et per nudam

<sup>a</sup> Sc. lacte

<sup>b</sup> So *Nider*; sc. -uum?

<sup>c</sup> *Dangling gerund*

<sup>234</sup> *Perhaps an adaptation of Nider, Praec. 1.11.33 (Oo):* Cum enim secundum Albertum in *De Animalibus* lac de natura sit menstrui animali quolibet, sicut fluxus talis humoris infirmitate aliqua restringitur, vt dicunt medici de femina, idem potest demon, si a deo permittitur, in bestia facere. Notandum tamen pro solutione secunde questionis quod istius fluxus siue lactis restrictio tripliciter fieri potest: vno modo ex conditione naturali, sicut post conceptum fetum; alio modo ex infirmitate accidentali, sicut forte ex comestione alicuius herbe que lac restringere habet et alterare vaccam.

<sup>235</sup> *End*

inuocationem hec se posse efficere estimaret, seipsum deciperet, quia caret fundamento illius perfidie, quia scilicet omagium non prestitit et fidem non abnegauit. Hec ideo posui cum plures hec et alia que posita sunt estimant populo non esse proponenda propter periculum informationis, cum sit impossibile aliquem per predicationem posse informari ratione tacta: potius autem sunt in detestationem tanti criminis, et vt iudices in vltionem tanti sceleris, scilicet fidei abnegationis, amplius inardescant, sunt predicanda, licet non semper. Plus etiam ponderant  
 142D seculares huiusmodi | temporalia damna, cum magis terrenis implicantur affectionibus quam spiritualibus, vnde et cum eis talia posse fieri affirmantur in punitionem ipsorum amplius seuiunt. Sed tamen astutiam diaboli quis explicare potest.

Noui illos in quadam societate constitutos qui dum tempore may butirum maycum comedere affectarent, eis in itinere existentibus et in prato circa torrentem consedentibus, vnus ex eis quo pacto cum demone per antea siue tacito siue expresso inito dixit: “Ego optimum butirum maycum procurabo,” et statim depositis vestimentis et torrentem intrans non stando sed sedendo contra aque fluxum dorsum vertebat et ceteris conspicientibus ipse, dum certa verba protulisset et aquam manibus post tergum mouisset, post paululum butirum formatum ad modum quo villane tempore may vendere in foro solent in magna quantitate<sup>a</sup>  
 143A apportauit, et alijs gustantibus<sup>b</sup> | optimum fuisse butirum affirmarunt. Qua ex re colligitur primo hunc de sua practica fuisse certum, vel quia mere maleficus per expressum pactum cum demone initum vel quia per tactium pactum nouit sibi diabolum ad vota affuturum: si quidem primum, tunc non indiget discussione quin verus maleficus fuerit; si autem secundum, tunc vsus suffragio diaboli fuit, eo quod sibi oblatus et execratus a matre vel obstetrice fuerit. Quod si quis obijceret diabolum fortassis apportasse butirum sine aliquo pacto tacito vel expresso ac etiam absque oblatione aliqua vt premittitur facta, responderetur quod nunquam aliquis vtitur suffragio diaboli in consimilibus operibus sine eius inuocatione, quia ipso facto cum quis demonis auxilium petit contra fidem, vt apostata agit iuxta determinationem doctoris in *Secundo Sententiarum* (di. viij super difficultatem vtrum auxilio demonum vti sit apostasia a fide). Nam cum alijs doctoribus Albertus magnus  
 143B licet | concordat, tamen magis expresse dicit quod<sup>236</sup> semper in talibus est

<sup>a</sup> Ed. prin.: -tita

<sup>b</sup> Sc. alij gustantes

<sup>236</sup> *Start of adaptation of Albert as quoted in Eym. 2.43 (339 2E):* Solutio dicendum quod in talibus semper est apostasia verbi vel operis. Si enim inuocationes, coniurationes, sacrificia,

apostasia verbi vel operis. Si enim inuocationes, coniurationes, fumigationes et adorationes fiant, tunc apertum pactum initur cum demone absque hoc, videlicet quod aliquis corpus et animam cum fidei abnegatione in toto vel in parte tradat, quia per hoc quod ipsum inuocat iam committit apostasiam verborum apertam; si autem non fit inuocatio verborum sed solummodo<sup>a</sup> fit opere simplici, quia scilicet tale opus facit quod non nisi demonum auxilio effectum sortiri potest, tunc siue faciat illud inchoando in nomine diaboli siue per alia verba ignota siue absque omni verbo, illa tamen intentione, vt dictum est, tunc, vt subdit Albertus, est apostasia operis. Cum autem expectare<sup>237</sup> aliquid a demone vel aliquid percipere per ipsum semper est fidei contumelia, et ideo apostasia.<sup>238</sup> Vnde et hic concluditur quod | quocunque modo prefatus magus 143C hoc procurauit, vtique per pactum tacitum vel expressum procurauit, et verisimiliter si absque pacto expresso, quod tunc, vt malefici facere solent, per tacitum et occultum pactum vel ex se vel a matre aut obstetrice initur talia effecit: et hoc dico ex se quia tantummodo opus exercuit effectum a diabolo expectans.

Secundum quod colligitur ex illa vel consimili practica est quod quia diabolus nouas rerum species condere non potest, ideo vbi tam subito naturale butirum ex aqua prorupit, hoc virtute demonum non aquam in lac mutando sed vel butirum alibi ex loco repositum<sup>b</sup> accepit et illi ad manus tradidit, vel ex lacte naturali, hoc ex naturali vacca, recipiendo et subito vt sic coagulando in naturam<sup>c</sup> butiri, quia quod ars mulierum per spacium temporis efficit butirum formando, hoc ipse in breuissimo tempore efficere nouit et tunc illud sibi obtulit.

Ad idem reducitur modus quo aliqui supersticiosi vinum aut alia | 143D necessaria non habentes, nocturnis temporibus tantummodo flasconem aut aliud vasculum recipiunt, et dum per vicum aliquem incedunt, subito vas vino impletum reportant. Tunc enim diabolus vinum naturale ex aliquo vase recipiendo illi flasconem impleuit.

Super modum autem quo animalia et iumenta malefici interimunt, dicere oportet quod sicut homines, ita et iumenta vel tactu et visu vel visu

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: solnm-

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -o

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: nac-

(*fr.* 236 *cont.*) subfumigationes et adorationes fiant, tunc aperte pactum initur cum demone, et tunc aperte est apostasia ibi oris. Si autem non fit nisi opere simplici, tunc est apostasia operis, quia illud opus expectatur a demone. Cum autem expectatur aliquid a demone vel aliquid percipere per ipsum, semper est fidei contumelia et ideo apostasia.

<sup>237</sup> *Eym.*: expectatur!

<sup>238</sup> *End*

tantum vel vbi subter limen ostij ipsius stabuli aut vbi solent adaquari maleficium aliquod seu instrumentum maleficij reponunt. Sic enim et iste in Rauenspurg incinerate, de quibus et infra patebit, semper ad instantiam demonum vbi meliores equi aut pinguiora iumenta erant maleficiare habebant, et dum interrogate fuissent per quem modum talia efficerent, respondit vna nomine Agnes quod subter limen ostij ipsius stabuli certas res occultarent, et interrogata cuiusmodi | res, respondit: 144A “Diuersarum specierum animalium ossa.” Et vltterius in cuius nomine hoc facerent, interrogata, respondit: “In nomine diaboli et omnium aliorum demoniorum.” Sed et altera nomine Anna, que dum vni ex ciuibus successiue viginti tres equos maleficasset, quia vector erat, vltimatim dum vicesimum quartum emisset et iam ad extremam paupertatem deuenisset, vector stans in ostio stabuli dixit ad maleficam, que et in ostio domus sue stabat: “Ecce! Jam enim equum promitto deo et sue matri quod si equus ille morietur quod manibus meis proprijs te interficiam.” Sicque territa malefica equum sibi intactum reliquit. Dum autem capta et interrogata fuisset per quem modum talia effecisset, respondit se nil aliud nisi foueam fecisse, qua facta dyabolus certas res imposuisset sibi ignotas. Qua ex re colligitur quod tantummodo aut manum aut visum apponere habent, et hoc vt quoque modo malefica cooperetur. 144B Alias enim dyabollo seuendi in creaturas facultas non permitteretur vbi malefica non concurreret, vt prius tactum est, et hoc contingit propter maiorem offensam diuine maiestatis.

Seppissime etiam a pastoribus visa sunt quod certa animalia in campis dum tres aut quattuor saltus in aerem fecissent, subito in terram collapsa interierunt, et hoc vtique demonum ad instantiam maleficarum virtute. In dyocesi denique Augustiensi inter opidum Fiessen et montem Ferrerium quidam prediues asseruit sibi et alijs vltra quadraginta iumenta in bobus et vaccis in Alpibus fuisse maleficiata, et hoc infra anni spacium non peste aut aliqua infirmitate precedente, et pro inter-signo dixit quod vbi peste aut alia casuali infirmitate moriuntur, non subito sed paulatim et successiue deficiunt; illud autem maleficium subito abstulit omnem vigorem, ita quod ab omnibus iudicabatur illa maleficijs fuisse interempta. Verum talem annotaui numerum, estimo 144C tamen quod amplioem expressit: hoc tamen verissimum quod in partibus et precipue in Alpibus plurimum iumenta asseruntur maleficiari, quod genus etiam maleficij vndique diffusum noscitur. Aliqua similia infra in capitulo de remedijs adhibendis contra maleficia iumentorum discutientur.

SUPER MODUM QUO GRANDINES ET TEMPESTATES  
 CONCITARE AC ETIAM FULGURA SUPER HOMINES ET  
 IUMENTA FULMINARE SOLENT

Capitulum Quintumdecimum

DENIQUE QUOD DEMONES<sup>239</sup> ET sui discipuli talia maleficia in fulminibus, grandinibus et tempestatibus concitare possint, et hoc accepta potestate a deo quo ad demones seu eius permissione quo ad ipsius discipulos, sacra scriptura (*Job* primo et secundo) testatur, vbi accepta potestate a deo statim demon procurauit vt Sabei quingenta iuga boum et quingentas asinas auferrent, et deinde ignis de celo descendens septem milia camelorum consumeret,<sup>a</sup> tandem etiam septem | filij et tres filie 144D per vehementem ventum et per lapsum domus occumberent, et semper pueri, id est, famuli multi, vno qui nunciaret dempto, interierunt, vtque vlcere pessimo sancti viri corpus percuteretur, et vxor et tres amici eius vt ipsum vexarent graviter procurauit. Vbi et sanctus Thomas in postilla sua super *Job* ita loquitur: "Necesse est confiteri quod deo permittente demones possunt perturbationem aeris inducere, ventos concitare, et facere vt ignis de celo cadat. Quamuis enim natura corporalis non obediat ad nurum angelis neque bonis neque malis ad susceptionem formarum sed soli deo creatori, tamen ad motum localem natura corporalis nata est spirituali nature obedire, cuius indicium in homine apparet. Nam ad solum imperium voluntatis,<sup>240</sup> que subiectiue est in anima, mouentur<sup>241</sup> membra, vt opus a voluntate dispositum prosequatur. Quecunque igitur solo motu locali fieri possunt, hec per naturalem virtutem non solum boni sed etiam mali facere possunt nisi diuinitus prohibeantur. Venti autem et pluuie et alie<sup>b</sup> huiusmodi | aeris perturbationes solo motu 145A

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -sūm-

<sup>b</sup> *So Nider; ed. prin.*: -a

<sup>239</sup> *Starts of Nider, Form. 5.4 (206C-207A), which begins: . . . vtrumne demones et sui discipuli talia maleficia in fulminibus, grandinibus et similia . . . facere possunt? . . . Haud dubie possunt, sed non nisi deo permittente. Nam Job i et ij accepta potestate a deo statim demon procurauit vt Sabbei quingenta iuga boum et quingentas asinas auferrent, vt deinde ignis de celo descendens septem milia ouium incederent, vt Caldei per tres turmas tria milia camelorum raperent, vt septem filij et tres filie per vehementem ventum lapsu domus occumberent et semper pueri multi vno dempto, vtque vulcere pessimo corpus viri sancti percuteretur et vxor eius et tres amici eius eum vexarent grauitur. Vir sanctus dicit . . .*

<sup>240</sup> *Pause*

<sup>241</sup> *Resume*

vaporum resolutorum ex terra et aqua fieri possunt, vnde ad huiusmodi procuranda naturalis virtus demonis sufficit.” Hec Thomas.

Mala enim que nostris exigentibus <peccatis><sup>a</sup> in mundo fiunt deus velut per suos tortores iuste per demones solet infligere, vnde et glosa super illo psalmi ciiiij: “Vocavit famem super terram et omne firmamentum panis contriuit” dicit sic: “Hec mala permittit deus per angelos malos qui talibus prepositi sunt. Vocat ergo famem, id est, angelum fami prepositum.”<sup>242</sup>

Possent et <addi> illa que supra notata sunt circa questionem an semper malefici circa maleficia inferenda habent concurrere cum demonibus, vbi de triplici nocumento et quomodo interdum demones sine maleficis varia nocumenta inferunt. Cum maleficis autem demones plus affectant hominibus nocere, eo quod cum deus amplius per hoc irritatur, inde eis maior facultas puniendi et affligendi conceditur.

Deseruiunt et illa que doctores super *Secundo Sententiarum* (dist. 145B vi, “an locus sit conuenienter deputatus malis angelis | in aere caliginoso”) movent: quia cum tria considerantur in demonibus, natura, officium et culpa, sicut nature corresponderet celum empirreum, culpe vero infernus, ita eorum officio, cum tortores sint et ministri, vt supra tactum est, in punitionem malorum et exercitium bonorum, competit aer caliginosus, ne videlicet nimis nos infestarent, si in mundo inferiori circa nos habitarent, vnde et in aere et circa speram ignis actiua passiuus coniungere sciunt, vbi a deo permittuntur et ignem de celo cadere seu fulgura fulminare procurant.

Narratur in *Formicario* de quodam capto: per iudicem dum interrogaretur quomodo ad grandines et tempestates concitandas procederent et an facile hoc eis foret procurare, respondit: “Faciliter<sup>243</sup> grandines procuramus,<sup>244</sup> sed ad libitum ledere non valemus.”<sup>245</sup> (Nota custodiam bonorum angelorum.) Vnde addidit: “Eos<sup>246</sup> tantummodo ledere possumus qui dei destituti sunt auxilio, et qui signo crucis se muniunt illos ledere non possumus. Est autem hic noster modus: primo verbis certis 145C in campis<sup>247</sup> principem omnium demoniorum imploramus, vt de suis mittat aliquem qui a nobis designatum percutiat; deinde veniente certo

<sup>a</sup> So Nider

<sup>242</sup> End

<sup>243</sup> Start of Nider, Form. 5.4 (208C)

<sup>244</sup> Nider: procuro

<sup>245</sup> Pause

<sup>246</sup> Resume

<sup>247</sup> Nider: campo

demone eidem in biuio pollum nigrum imolamus eundem in altum proijciendo in aera. Quo a demone sumpto obedit et statim auram<sup>248</sup> concitat. Attamen<sup>248</sup> non semper in loca destinata a nobis sed iuxta dei uiuentis permissionem grandines et fulmina proijcit.<sup>249, 250</sup>

Narratur etiam ibidem de<sup>251</sup> quodam auctore seu heresiarcha maleficorum (Stafus dictus)<sup>b</sup> qui in Bernensium territorio et locis adiacentibus constitutus publice de hoc gloriari audebat quod quandocunque uellet, ipse se in omnium emulorum oculis uelut murem facere uellet<sup>252</sup> et dilabi manibus inimicorum suorum letalium, et ita etiam capitalium<sup>253</sup> suorum inimicorum manibus sepius euasisse.<sup>254</sup> Diuina<sup>255</sup> tamen iustitia cum terminum sue malitie facere uoluit, per hostes suos in stupa quadam prope fenestram quandam<sup>c</sup> sedere dum caute explorabatur, a sibi insidiantibus<sup>256</sup> gladijs et hastis inopinate transfixus ob sua facinora miserabiliter obiit. Superstitem tamen | discipulum qui Hoppo voca-<sup>145D</sup> batur reliquit, qui et supradictum Stadelem de quo in capitulo sexto mentio fit<sup>257</sup> magistrum fecit. Sciuerunt hi duo quando eis placuit tertiam partem fimi, feni uel frumenti aut cuiuscunque rei de vicini agro nemine uidente ad proprium agrum deferre, grandines uiuacissimas<sup>258</sup> et auras lesiuas cum fulminibus procurare, in aspectu parentum infantes prope aquam ambulantes in ipsam nullo uidente proijcere, sterilitatem in hominibus et iumentis efficere, occulta alijs manifestare, in rebus et corporibus modis quibuscunque ledere,<sup>259</sup> ictu fulminis nonnunquam

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -a

<sup>b</sup> *Sc. Scafo dicto (clumsy adaptation)*

<sup>c</sup> *So Nider: ed. prin.*: quen-

<sup>248</sup> *Not in Nider*

<sup>249</sup> *Nider*: proijciendo

<sup>250</sup> *End*

<sup>251</sup> *Start of Nider. Form. 5.4 (205D-206C), which begins:* In territorio Bernensium et in locis eidem adiacentibus a sexaginta circiter annis suprafata maleficia a multis practicata sunt. Quorum primus auctor fuit quidam Scauius dictus, qui publice de hoc gloriari . . .

<sup>252</sup> *Nider*: ualeret

<sup>253</sup> *Nider*: -ibus

<sup>254</sup> *Nider*: euasis

<sup>255</sup> *Nider*: Sed cum terminum sue malicie diuina iusticia . . .

<sup>256</sup> *For a . . . insidiantibus Nider has:* Quo in loco cum nullum de sibi insidiantibus suspectum haberet, per fenestram

<sup>257</sup> *For de . . . fit Nider has:* in maleficijs

<sup>258</sup> *Nider*: vastissimas

<sup>259</sup> *For this clause Nider has:* in rebus et corporibus proximos ledere, equos sub inessoribus, si strepam ascendenti tenerent, freneticos facere, de loco ad locum per aera, ut putabant, transmeare, a se cum capi deberent, fetores pessimos emitte, in se capientium manus et animos tremore magnum incutere, occulta alijs manifestare, et quedam futura predicere, absentia uelut presentia conspiciere

quem vellent interimere, et multa alia pestifera procurare, vbi et quando dei iustitia hec fieri permisit.<sup>260</sup>

Ad ea tamen que per nos reperta sunt expedit convertere. In diocesi nanque Constantiensi ab oppido Rauenspur̄g ad<sup>a</sup> vigintiocto miliaria teuthonica versus Saltzburgam grando seuissimus excitatus cunctas fruges, segetes et vinetas adeo in latitudine vnus miliaris contriuerat quod tertius annus vix iudicabatur frugiferus | in vinetis. Vnde res gesta cum per notarium inquisitionis innotuisset et quod propter clamorem populi inquisitione opus esset, dum certi per maleficia imo omnes pene oppidani talia contigisse iudicarent, quare consulibus ad<sup>b</sup> id consentientibus per quindenam iuxta iuris formam super heresim dumtaxat maleficarum a nobis inquiritur, et ad duas dumtaxat personas pre alijs, que tamen in paruo numero non erant, diffamatas peruenitur – nomen vnus Agnetis balneatricis, alterius Anna de Mindelheim – quibus captis et seorsum ad distinctos carceres positis, ignorante penitus vna de altera, sequenti mane balneatrix questionibus leuissimis a rectore seu ciuium magistro magno fidei zelatore Gelre cognominato et ab alijs ex consulibus sibi adiunctis in presentia notarij exponitur, et licet maleficium taciturnitatis indubie penes se habuisset, de quo et semper iudicibus timendum est, eo quod in primo aggressu non iam muliebri sed virili animo se innoxiam<sup>c</sup> affirmabat, diuina tamen fauente clementia ne tantum facinus | impune transiret, subito libere et a vinculis absoluta, licet in loco torture, et<sup>d</sup> cuncta flagitia ab ea perpetrata detexit. Nam a notario inquisitionis interrogata super articulos ex depositione testium circa nocumenta hominibus et iumentis illata, ex quibus iam violenter reddebatur tanquam malefica suspecta: cum nemo testis de fidei abnegatione ac carnali spurcicia cum demone incubo aduersus eam deposuisset, eo quod illa secretissima sint illius secte ceremonialia, attamen vbi post nocumenta animalibus et hominibus illata vti rea respondisset, cetera omnia de fidei abnegatione et spurcitijs diabolicis cum incubo demone peractis interrogata publice fatebatur, asserens se vltra decem et octo annis<sup>e</sup> illi incubo cum omninoda fidei abnegatione succubuisse. Quibus expletis vbi super grandinem pefatam anne aliquid de illis sciret inquireretur, respondit quod sic. Et interrogata quomodo et qualiter, respondit: “In domo eram et hora meridiei demon me accersiu et vt

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: ab

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: an

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -us

<sup>d</sup> *Unnecessary*

<sup>e</sup> *Sc.* -os

super campum seu planiciem Kuppel” – sic enim nominatur – “paululum | aque mecum deferendo me transferrem iniunxit, et dum interrogassem quidnam operis in aqua explere vellet, pluuiam se velle causare respondit. Portam ergo ciuitatis exiens, ipsum demonem sub arbore stantem reperi.” Interrogata autem a iudice sub qua arbore, respondit: “Sub illa ex opposito illius turris,” ipsam denotando, et interrogata quid sub arbore egisset, respondit: “Demon vt foueam paruam foderem et illi aquam infunderem iniunxit.” Et interrogata anne pariter consedisent, respondit: “Me sedente ipse demon stabat.” Interrogata demum quibusne verbis aut modis aquam mouisset, respondit: “Digito quidem moui, sed in nomine illius diaboli et omnium aliorum demoniorum.” Et rursum iudex: “Quid actum fuit de aqua?” Respondit: “Disparuit et sursum in aerem diabolus duxit.” Et demum anne aliquam sociam habuisset interrogata, respondit: “Ex opposito sub tali arbore aliam captam maleficam” – Annam videlicet Mindelheim nominando – “consodalem habui. Quid autem egerit, ignoro.” Et finaliter interrogata balneatrix de interuallo temporis ab aque assumptione vsque ad grandinem, respondit: 146C  
 “Tanta dilatio fuit quousque ad domum peruenissent.” 146D

Sed et hoc mirabile: cum sequenti die altera questionibus etiam leuissimis exposita primo fuisset, vtpote digito vix a terra eleuata,<sup>a</sup> post libere soluta, prefata omnia non discrepando in minimo nec quo ad locum, prout altera fassa fuerat, quia videlicet sub tali arbore et alteram sub alia, nec quo ad tempus, quia hora meridiei, nec quo ad modum, quia per motionem aque in foueam immisit in nomine diaboli et omnium demoniorum, nec quo ad interuallum temporis, quia dum eius diabolus aquam accepisset in sublime eleuando, regressam ad domum superuenisse grandinem affirmabat, singula detexit. Sicque tertia die incinerantur, et balneatrix contrita et confessa plurimum se deo commendauit, asserens se libenti animo mori vt demonis iniurias posset euadere, crucem in manibus tenendo et amplexando, quam tamen altera spernebat. Que etiam vltra viginti annos incubum demonem cum omnimoda fidei abnegatione habuerat, primam in multis maleficijs hominibus, iumentis | et terre frugibus illatis excedens, vti processus ad consulatum<sup>b</sup> repositus demonstrat. Sufficiant ista cum reuera quasi innumera circa huiusmodi maleficia illata recitari possent. 147A

Sed et de ictu fulminis, quod sepiissime aut homines solum aut cum bestijs aut cum domibus et horreis consumpserint, licet occultiorem et magis ambiguam videatur habere causam, eo quod alias diuina permissione sepe contingant, absque maleficarum videlicet cooperatione,

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -nata

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -sol-

tamen vbi sponte ex earum fassionibus talia eas fecisse seu procurasse repertum est, super que etiam varia acta et gesta preter ea que super tacta sunt deduci possent. Ratio etiam suffragatur, cum ea facilitate qua grandines sic et fulmina procurare possunt, in mari etiam tempestates: ideo omnis ambiguitas de medio tollitur.

SUPER TRES MODOS QUO<sup>a</sup> VIRI ET NON MULIERES  
REPERIUNTUR MALEFICIJS INFECTI, PER TRIA CAPITULA  
ET PRIMO DE SAGITTARIJS MALEFICIS

147B VLTIMUM AD PRESENS GENUS maleficij quo viri inficiuntur in tribus speciebus. Notandum est primo de grauitate criminis quo ad maleficos sagittarios in septem horrendis<sup>b</sup> flagitijs. Nam primo sacratori die dominice passionis, sexta videlicet feria parasceue,<sup>c</sup> vt fertur, infra misarum solemniam habent sacratissimam crucifixi imaginem telo quasi ad metam sagitando – o quanta crudelitas et iniuria saluatoris! – secundo, licet sub dubio vertitur an aliam apostasiam verbo vltra illam apostasiam operis habent cum demonibus inire, tamen quocunque modo fiat, maior contumelia non potest a christiano irrogari fidei, cum certum sit quod si infidelis consimilia perpetraret, nullius forent efficacie: in nullo etiam tantum<sup>d</sup> complacere aduersario salutis opere potest, vnde miseri tales fidei catholice veritatem et efficaciam potius perpendere deberent, qua etiam de causa deus huiusmodi flagicia iuste permittit; tertio, quod tres aut quattuor iactus per totidem tela habent infigere, et ex consequenti tot secundum eundem numerum homines quolibet die poterit interimere; quarto, quod sic de premissis certificantur a demonibus, quod tamen corporali visu illum occidendum prius habent conspicere, et cordis voluntatem vbi ex integro illum ad interimen]dum flectunt, talis quocunque loco inclusus se tueri non poterit quin tela<sup>e</sup> emissa feratur et per diabolum ei infigatur; quinto, quod sub tali certitudine sagittam emittere valent vt in casum<sup>f</sup> quo denarium a capite per sagittam deponere absque capitis lesione voluerint hoc ipsum efficere valeant, simili modo per bombardam quantumcunque magnam; sexto, quod super hec efficienda homagium tale cum corporis et anime perditione diabolo prestare habent.

147C

<sup>a</sup> Sc. quibus

<sup>b</sup> Ed. prin.: -um

<sup>c</sup> Ed. prin.: -em

<sup>d</sup> Ed. prin.: -o

<sup>e</sup> Though the correct classical form in the neuter appears earlier in the sentence, here the noun is declined as the first declension feminine form, a not infrequent mediaeval usage.

<sup>f</sup> Sc. -u

Super quibus aliqua gesta in medium producamus. Nam princeps quidam Reni Barbarus cognominatus eo quia barbam<sup>a</sup> nutriebat cum ante annos sexaginta adiunctis sibi terris imperialibus quoddam castrum Lendenbrunnem propter rapinas quas castrenses inde faciebant obsidendo circumuallasset, habuit in suo comitatu quendam huiusmodi maleficum Puncker nomine, qui intantum castrenses molestabat quod vno dempto omnes successiue sagittis interemit, talemque modum seruauit vt eum quem intuitus fuisset quocumque se diuertisset per emissam sagittam letaliter vulneraret et occideret talesque tractus quolibet die tres dumtaxat in sua potestate habebat, eo videlicet quod tres sagittas 147D imagini saluatoris infixerat. Cur autem diabolus ternarium numerum pre alijs eligit estimari potest quod in abnegationem sanctissime trinitatis hoc efficiat. Illis autem tribus emissis tractibus non nisi in sortem vt ceteri sagittas emittebat. Accidit demum vt dum quidam ex castrensis deridendo ad ipsum clamasset Puncker: "Nonne circulum in porta pendentem illesum permittes?" et respondente illo ab extra nocturno tempore: "Non. Sed ipsum die<sup>b</sup> captionis castri auferam," hoc idem quod predixit adimpleuit. Nam omnibus, vt premissum est, dempto vno interemptis castrum capitur et ipse circulum domui sue in Rorbach Wormatiensis diocesis appendit, et sic appensum in hodiernum diem cernitur. Qui etiam post a rusticis quibus plurimum molestus erat quodam sero cum fossorijs eorum instrumentis occiditur et in peccatis suis moritur.

Fertur denique de ipso quod quidam de optimatibus dum artis sue experientiam certam capere voluisset, eidem proprium filium paruulum ad metam posuit et pro signo super birretum pueri denarium, sibi que mandauit vt denarium sine birreto per sagittam ammoueret. Cum autem 148A maleficus id se facturum sed cum difficultate assereret, libentius abstinere ne per diabolum seduceretur in sui interitum, verbis tamen principis inductus sagittam vnam colari suo circa collum immisit, et alteram baliste superponens denarium a birreto pueri sine omni nocumento excussit, quo viso dum ille maleficum interrogasset cur sagittam colari imposuisset, respondit: "Si deceptus per diabolum puerum occidissem, cum me mori necesse fuisset, subito cum sagitta altera vos transfixissem vt vel sic mortem meam vindicassem."

Et quidem licet diuina permissio mala huiusmodi in probationem et castigationem fidelium fieri sinit, exaduerso tamen in confortationem et gloriam fidei potiora miracula clementia saluatoris operatur. Nam in

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -a

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: die

diocesi Constantiensi prope castrum Hohenzorn ac monasterio<sup>a</sup> monialium ecclesia quedam iam de nouo cernitur constructa in qua huiusmodi imago saluatoris cum sagitta infixi ac cruore effuso cernitur, cuius miraculi veritas tali ordine patuit. Miser enim quidam dum iuxta ordinem  
 148B prenotatum sulper tres aut quattuor tractus baliste ad interitum aliorum a diabolo certificari cuperet, in biuio quodam imaginem crucifixi sagitta petit et modo quo vsque<sup>b</sup> in presens cernitur transfixit, et dum cruor miraculosus erumperet, miser immobiliter diuina virtute gressu percussus figitur, et vbi a pretereunte<sup>c</sup> quodam cur ibi fixus maneret interrogaretur, miser caput agitabat brachijsque ac manibus quibus balistam tenebat ac toto corpore tremens nil respondere poterat. Et alter hincinde circumspiciens dum imaginem crucifixi intuetur et sagittam infixam cum cruore effuso speculatur, “Pessime,” inquit, “neque imaginem domini nostri transfixisti?” et alios conuocans, “Attendite,” inquit, “ne fugam capiat.” Dum tamen, vt premissum est, se de loco mouere non poterat, ad castrum cucurrit et rem gestam narrauit. Qui concite descendunt et miserum in eodem loco persistentem reperiunt, et inquiringibus de casu dum crimen fassus fuisset, ex contactu publice iustitie de loco mouetur et dignam pro commissis vltionem per miserabilem mortem recepit.

148C Sed – heu! – quod cogitatu horribile existit, nec his humana peruersitas | terretur, vt a similibus flagitijs se contineat. Nam in curijs optimatum vndique, vt fertur, tales sustentantur, de suis flagitijs publice in contemptum fidei et grauem offensionem diuine maiestatis et contumeliam nostri redemptoris gloriari et se iactari de talibus permittuntur, vnde et tales vtique et receptatores, defensores et fautores nedum hereticorum sed et apostatarum a fide iudicandi sunt et penis plectendi subscriptis. Et hoc est septimum.

Nam primo ipso iure excommunicati sunt, et fauentes clerici ab omni officio et beneficio deponuntur et priuantur, nec ad illa restituntur absque speciali apostolice sedis indulto. Jtem, prefati receptores postquam fuerint publicati, si in excommunicatione steterint per annum animo pertinaci, velut heretici sunt condemnandi.

Que singula sic probantur. Nam<sup>261</sup> in c. “Vt inquisitionis” § “Prohibemus” (*Libro Sexto*) tangitur de non impediendo directe vel

<sup>a</sup> Sc. -um

<sup>b</sup> Ed. prin.: quousque

<sup>c</sup> Ed. prin.: -euunte

<sup>261</sup> Cf. Eym. 2.47 (360 1B): Sunt igitur excommunicati in duplici genere. Quidam namque sunt excommunicati in causa fidei, et hoc est in tribus casibus, quia vel (*the first example is those who*

indirecte processum, iudicium diocesanorum et inquisitorum in causis fidei, vbi tangitur predicta pena infligenda post annum. Nam dicitur primo: "Prohibemus districtius potestatibus, dominis temporalibus et rectoribus, eorundem<sup>262</sup> officialibus" etc. | - si cui placet, capitulum perlegat - denique quod et ipsi malefici cum eorum receptatoribus sint ipso iure excommunicati, postque de ipsis hereticis maleficis in c. "Ad abolendam" in principio et in c. "Excommunicauimus" primo et presertim et breuius in c. "Excommunicamus" secundo ("De Hereticis"), vbi sic dicitur: "Excommunicamus et anathematizamus vniuersos hereticos, catharos, paterinos" et infra: "et alios quibuscunque nominibus censeantur" etc., et nota super quibuscunque nominibus.

De credentibus autem et receptatoribus et ceteris supradictis habetur in c. "Excommunicamus" i § "Credentes,"<sup>263</sup> vbi sic dicitur: "Credentes preterea, receptatores, defensores et fautores talium excommunicationi decernimus subiacere" etc., et in c. "Excommunicamus" secundo tanguntur plures pene quas incurrunt infra annum cum ipsis clericis, vbi sic dicitur: "Receptatores,<sup>264</sup> fautores et defensores excommunicationi decernimus subiacere, vt postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum, extunc ipso iure sit infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi nec ad testimonium admittantur. Sint<sup>265</sup> etiam intestabiles,<sup>266</sup> vt nec testandi liberam habeant<sup>267</sup> facultatem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus preterea ipsi super quocunque negotio respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec cause aliquae ad eius audientiam proferantur; si fuerit aduocatus, nullatenus eius patrocinium admittatur; si tabellio, instrumenta confecta nullius sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur, et in similibus idem precipimus observari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio et beneficio deponatur vt in quo grauior est culpa, maior exerceatur vindicta. Si qui tales autem postquam

*refuse to appear when summoned*] vel quia impederunt officium inquisitionis directe vel indirecte seu ad hoc presterunt auxilium, consilium vel fauorem, et isti ipso iure sunt excommunicationis mucrone percussi iuxta cap. "Vt inquisitionis" § "Prohibemus" [*which is quoted in full in 3.36 (563 1A)*], vel quia crediderunt, receptarunt, defenderunt seu fauerunt hereticis: isti etiam ipso iure sunt excommunicati iuxta cap. "Excommunicamus itaque" § "credentes."

<sup>262</sup> *So Eym.; canon: eorundemque*

<sup>263</sup> *Cf. Eym. 2.47 (360 1D): De credentibus, receptatoribus, defensoribus et fautoribus eodem cap. "Excommunicamus itaque" § "credentes" . . .*

<sup>264</sup> *This text is quoted in full in Eym. 102 1D-2A.*

<sup>265</sup> *Canon: sit*

<sup>266</sup> *Canon: -is*

<sup>267</sup> *Canon: -cat*

ab ecclesia fuerint denotati euitare contempserint, excommunicationis sententia vsque ad satisfactionem idoneam percillantur. Sane clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta, nec eos presumant tradere christiane sepulture nec elemosinas aut oblationes eorum recipiant: alioquin suo priuentur officio, ad quod nequaquam restituantur absque indulto sedis apostolice speciali.”

149B Sunt denique et alie | pene quamplures super<sup>268</sup> predictos, etiam si non persistant per annum animo<sup>a</sup> pertinaci, super eorum videlicet filios et nepotes qui ab episcopo et inquisitore<sup>b</sup> possunt priuari seu priuatos<sup>c</sup> denunciari dignitatibus, personatibus et omnibus honoribus ac beneficijs ecclesiasticis et officijs publicis quibuscunque iuxta c. “Vt commisi” § “Priuandi” (“De Hereticis,” *Libro Sexto*). Intelligitur tamen “si impenitentes extiterint,” vt in c. “Statutum felicitis” (eodem libro et titulo),<sup>269</sup> item quod<sup>270</sup> etiam ipsorum filij vsque ad secundam generationem sunt priuati omni beneficio ecclesiastico et officijs publicijs, vt in c. “Quecunque”<sup>271</sup> § “Heretici” (eodem libro).<sup>272</sup> Intelligendum<sup>273</sup> tamen “qui per paternam et non per maternam lineam descenderunt,” et etiam de impenitentibus, vt in allegato c. statutum.<sup>274</sup> Item quod<sup>275</sup> illis

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: omnino (in pleno; the correct reading is shown in 149C, and the mistake is to be attributed to a misreading of the abbreviation oio as aio.)

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -i

<sup>c</sup> *Sc.* -i (clumsy adaptation)

<sup>268</sup> *Start of adaptation of Eym. 3.113 (666 1B)*: Centesimatertiadecima questio est vtrum inquisitor cum episcopo (vel eius vicario) possit priuare seu priuatos nunciare hereticos, credentes, receptatores, fautores et defensores eorum ac illorum filios et nepotes dignitatibus, personatibus et omnibus honoribus et beneficijs ecclesiasticis et officijs publicis quibuscunque. Respondemus quod sic . . . Considerandum vero quod hec intelliguntur de predictis si impenitentes extiterint, non autem si penitentes, vt patet c. “Statutum felicitis” (“De Heret.” Lib. Sex.) . . .

<sup>269</sup> *End*

<sup>270</sup> *Start of adaptation of Eym. 3.114 (669 1E)*: Centesimaquartadecima questio est vtrum per episcopum et inquisitorem heretici, credentes, receptatores, defensores et fautores, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem omni beneficio ecclesiastico et officijs publicis sunt priuandi seu ipso iure sunt priuati. Respondemus quod sunt priuandi vsque ad secundam generationem, vt patet cap. “Quicunque” § “heretici” (“De Heretic.” Lib. Sex.) . . .

<sup>271</sup> *Eym., canon:* qui-

<sup>272</sup> *End*

<sup>273</sup> *Start of adaptation of Eym. 3.115 (672 1A)*: Respondemus quod est intelligendum per paternam, et non maternam, et etiam de impenitentibus hereticis credentibus etc. vt patet in c. “Statutum” (“De Heretic.” Lib. Sex.) . . .

<sup>274</sup> *End*

<sup>275</sup> *Start of adaptation of Eym. 3.117 (674 2D, 675 1A)*: Respondemus quod eis est appellacionis beneficium interdictum, et quod nequeunt appellare, vt patet in ca. “Vt inquisitionis” (“De Heret.” Lib. Sex.) . . . Hic est diligentius attendendum quod cum predicti esse tales sunt per sententiam declarati, vt pote quia sunt heretici, credentes etc., quod tunc non possunt a tali sententia diffinitiuam appellare, cum in crimine perseuerent. Ante sententiam autem, si in aliquibus aggrauantur, seu indebite fatigantur, non est dubium quin possint appellare. Nam non sunt habendi pro hereticis. (Concordat archidiaconus super eodem cap.)

(supple credentibus, receptatoribus, defensoribus et fautoribus eorum) sit appellationis et proclamationis beneficium interdictum patet in c. "Vt inquisitionis" (eodem libro), vbi tamen archidiaconus (super c. eodem) intelligit vt postquam per sententiam esse tales sunt declarati, tunc non possunt, ante autem sententiam si in aliquibus aggrauantur seu indebite fatigantur, appellare possunt.<sup>276</sup>

149C

Plura alia possent deduci, sed ista sufficiant. Pro ampliori tamen premissorum intelligentia aliqua sunt discutienda. Primo quid si princeps vel secularis potestas iuxta prenotata gesta ad deuastationem alicuius<sup>a</sup> castri iusto bello aliquem huiusmodi maleficum secum recipiat et eius assistentia tyrannidem malorum compescat: numquid totus exercitus vt fautores et receptatores talium sunt iudicandi et predictis penis multandi? Respondendum videtur quod quia propter multitudinem rigor iustitie est temperandus (dist. xl, "Constitueretur"), ideo licet principalis et eius assessores et consiliarij talia fouentes omnino sint ipso iure penis prefatis innodati, vbi moniti ab eorum ordinarijs non destiterint, cum iam vti receptatores, fautores iudicantur, vnde et ipsis penis subijciuntur, reliquus tamen exercitus, cum absque eorum consilio et fauore talia fiant, imo pro defensione reipublice sua corpora exponere sunt parati, licet fortassis in factis maleficis complacentiam habeant, tamen censuram illam excommunicationis euadunt, licet reatum illum | in eorum confessione agnoscere habeantur, debita cautione accepta super omnimoda huiusmodi detestatione in perpetuum a confessore absolui, et quantum in ipsis est ab eorum finibus huiusmodi maleficos expellere.

149D

Si vero queritur a<sup>277</sup> quibus possint presidentes vbi resipiscant absolui, an ab eorum ordinarijs aut inquisitoribus, responderetur: vtique absolui possunt et ab ordinarijs ac alijs inquisitoribus si resipiscant; habetur in c. "Vt officium" in principio ("De hereticis," *Libro Sexto*), vbi sic dicitur: "Vt officium" et infra: "contra hereticos, credentes, receptatores, fautores et defensores eorum necnon contra infamatos de heresi vel suspectos secundum sanctiones canonicas hominum metu diuino timori<sup>b</sup>

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -ciuius

<sup>b</sup> *So canon; ed. prin.*: -e

<sup>276</sup> *End*

<sup>277</sup> *Start of adaptation of Eym. 3.92 (640 2D-641 1A)*: Nonagesimasecunda questio est vtrum episcopus et inquisitor taliter deprehensum in heretica prauitate sed post penitentem et abiurantem eundem possit absoluere ab excommunicationis sententia, qua fuerit innodatus iuxta c. "Ad absolendam" in princ. et c. "Excommunicamus" i et ij ("De Heret."). Respondemus quod sic, vt patet "De Heret" Lib. Sex., vbi dicitur sic: "Vt officium" et infra: "Discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vbique in prefata prouincia simul vel separatim aut singulariter (prout negotij vtilitas suadebit) contra hereticos, credentes... [rest of the quotation as here].

postposito precedatis. Si vero aliquis ex predictis heretica labe primitus abiurata redire voluerit ad ecclesie vnitatem, iuxta<sup>278</sup> formam ecclesie absolutionis beneficium impendatis.”<sup>279</sup>

Si denique instatur: “Quando dicitur princeps vel alius resipiscere?” respondetur quando maleficum propter iniuriam creatori illatam puniendum<sup>a</sup> tradit, vnde et vt ipsum a dominio tantummodo expellat non est  
150A malefici seu heretici manifeste deprehensi in heretica prauitate, vt infra patebit, pena debita, et vt de preteritis doleat et tales nunquam de cetero fouere, vti catholicum decet principem, firmiter in animo suo statuatur.

Quod si queritur cui tradendus et quo ordine puniendus et an vt manifeste deprehensus in heresi sit iudicandus, ad primum specialiter tangetur difficultas in principio tertie partis, an videlicet eorum punitio tantummodo ad iudicem secularem et non ecclesiasticum pertineat. Manifestum est enim per c. “*Vt inquisitionis*” § “*Prohibemus*” (*Libro Sexto*) quod potestatibus et dominis temporalibus interdicitur ne de crimine heresis quoque<sup>b</sup> modo iudicent absque episcoporum seu inquisitorum aut saltim alterius eorundem licentia, sed quia ratio que ibi assignatur circa maleficos non videtur habere locum, quia dicitur ibi quod ideo non debent iudicare eo quod crimen heresis est mere ecclesiasticum, maleficorum autem crimen non videtur mere ecclesiasticum sed etiam ciuile propter damna temporalia, quicquid tamen sit, vt infra patebit, licet iudicis ecclesiastici sit cognoscere et iudicare, tamen iudicis secularis est  
150B exequi et punire, vt patet (*Extra*, “*De hereticis*” c. “*Ad abolen|dam*” et c. “*Vergentis*” et c. “*Excommunicamus*” (vtrique),<sup>c</sup> vnde et iudex secularis si tradet talem ordinario adiudicandum, habet tamen per se eundem punire postquam ab episcopo sibi traditur aut relinquitur, vel etiam ex consensu episcopi secularis iudex vtrumque facere potest, scilicet iudicare et punire.

Nec valet si dicatur quod tales malefici non sunt heretici sed potius apostate, quia cum vtrunque contingat circa fidem, tamen sicut hereticus circa illam tantummodo dubitat, et hoc in toto vel in parte, ita et apostate malefici. Ratio etiam per se dictat. Cum<sup>280</sup> enim grauius est corrumpere fidem per quam est anime vita quam falsare pecuniam per quam vite temporalis subuenitur: vnde<sup>d</sup> si falsarij pecunie vel alij malefactores statim

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: pueniendum

<sup>b</sup> *Sc.* quoquam

<sup>c</sup> *Sc.* vtroque

<sup>d</sup> *Sc.* ideo

<sup>278</sup> *Eym.*, canon: ei iuxta

<sup>279</sup> *End*

<sup>280</sup> *Starts of Aq.*, Summa 2/2.11.3. Co.

per seculares potestates iuste morti traduntur, multo magis tales heretici et apostate<sup>281</sup> statim quod conuincuntur possunt<sup>282</sup> iuste occidi.<sup>283</sup>

Vnde et per hec est responsio ad secundum, quo scilicet ordine et a quo iudice sit puniendus, sed clarius de illo tractabitur in tertia parte operis circa modos sentendiandi, qualiter deprehensus manifeste in heresi sit sentendiandus circa octauum et duodecimum modum et super dubium,<sup>150C</sup> quid si peniteret, an adhuc esset occidendus. Reuera enim si hereticus simplex relapsus, quantumcunque peniteat, est occidendus in c. "Ad abolendam" allegato, et hoc rationabiliter secundum Thomam, cum per hoc prouidetur bono communi, quia si heretici reuersi sepe reciperentur, vt in vita conseruarentur et alijs temporalibus bonis, posset hoc esse in preiudicium salutis aliorum, tum quia si relaberentur, alios inficerent, tum etiam quia si sine pena euaderent, alij securius in heresim relaberentur. Ex relapsu etiam ipsorum presumitur de inconstancia eorum circa fidem, et ideo iuste occidendus. Quare et hic dicere oportet quod si propter suspicionem solam inconstantie ecclesiasticus iudex relapsum habet tradere curie seculari ad occidendum, a fortiori si non velit tradere apostatam aut maleficam quamcunque curie seculari propter penitentiam et eius conuersionem, tamen relinquere habet talem et non impedire cum iudex secularis propter damna temporalia ipsorum maleficum vult occidere secundum leges, licet ecclesiasticus iudex prius habeat penitentem maleficum absolueret ab excommunicatione quam<sup>150D</sup> propter heresim maleficarum incurrit, cum et hereticus sit excommunicatus iuxta c. "Excommunicamus" i et ij, et ad gremium ecclesie recipere vt spiritus saluus fiat, vt dicitur (xi q. iij) "Audi." Alie rationes assignantur inferius circa questionem primam tertie partis.

Sufficiant ista ad presens. Tantummodo aduertant animarum rectores quam dura et districta exigitur ab eis ratio a tremendo iudice, cum reuera iudicium durissimum his qui presunt ac vbi tales in iniuriam creatoris viuere permittunt.

Sequitur de duobus alijs maleficorum generibus. Nam ad idem genus maleficij reducuntur et illi qui per incantationes et carmina sacrilega arma quecunque incantare sciunt, vt eis nullo modo nocere valeant, vnde nec etiam vulnerari possunt.

Hi enim diuersificantur. Nam aliqui sunt qui cum predictis sagittarijs maleficis concordant in eo quod etiam circa imaginem crucifixi et

<sup>281</sup> et apostate: *not in Aq.*

<sup>282</sup> *Aq.*: et possent

<sup>283</sup> *End*

contumeliam<sup>a</sup> ei illatam<sup>b</sup> talia addiscunt: gratia exempli qui vult vt non valeat ledi in capite aliquo ferro aut ictu habet caput imaginis auferre; qui circa collum, auferat collum; qui circa brachium, | auferat seu comminuat brachium, et sic consequenter. Interdum supra angulum aut infra, interdum ex toto comminuunt, et in huius signum vix inter decem imagines in biuio aut in campis repositas vna integra reperitur.

151A Aliqui vero sunt qui certa brevia secum deferunt, aliqui verbis interdum sacris aut etiam ignotis talia procurant, inter que hec estimatur diuersitas. Nam primi licet in contumeliam fidei circa dehonestationem imaginis saluatoris cum prefatis maleficis sagittarijs concordant, vnde vt veri apostate reputandi et iudicandi, vbi fuerint deprehensi, alio tamen respectu sagittariorum nec etiam in malum proximi manifestum, prout in tuitionem proprij corporis supra cingulum vel infra aut etiam totius corporis seruire videtur, ideo tanquam heretici penitentes et non relapsi, vbi sunt malefici conuicti et peniteant, sunt iudicandi et iuxta octauum modum penitendi cum abiuratione et inclusione, vt in tertia parte operis tangetur.

151B Pro secundis vero qui per carmina arma incantare nituntur et super illa nudis plantis incedere et similia exercere| – incantatores enim dicuntur iuxta Isidorum (viiij *Ethimologiarum*) qui artem aliquam verbis peragunt – distinguendum quia interdum incantationes fiunt per verba sacra aut per carmina scripta super infirmos, et he quidem incantationes licite fieri possunt septem conditionibus seruatis, vt inferius patebit circa modos curandi maleficiatos infirmos; incantationes autem que fiunt super arma per aliqua verba aut vbi talia carmina scripta deferuntur, hoc iudicibus attendendum quod si ibi sunt nomina incognita, item characteres et signature alie preter signaculum crucis, tunc talia sunt omnino refutanda et auertendi sunt homines pie a talium credulitate. Quod si desistere nollent, tunc tanquam leuiter suspecti sunt iudicandi, de quibus in secundo modo sentendiandi inferius patebit. Non enim caret tunc scrupulo heretice prauitatis, imo quia talia omnino opere et auxilio demonum habent fieri, cuius,<sup>c</sup> vt supra patuit, qui auxilio vtitur apostata a fide iudicatur, licet etiam propter ignorantiam et emendationis gratiam mitius quam cum sagittarijs maleficis sit agendum. Et | quia plurimum commune cernitur apud clientes et mercatores secum deferre huiusmodi carmina et benedictiones que incantationis speciem habere videntur, expedit omnino siue in foro penitentie per confessorem siue

<sup>a</sup> *Ed. prin.:* -a

<sup>b</sup> *Ed. prin.:* -a

<sup>c</sup> *Sc. quorum*

in foro contentioso per ecclesiasticum iudicem huiusmodi eliminare, cum tacitum pactum propter verba ignota et characteres signati<sup>a</sup> cum demone initur et demon occulte se ingerit et optata procurat, vt tandem ad peiora alliciat: vnde vbi in foro contentioso, talis debet abiurare<sup>b</sup> iuxta secundum modum sentiendiandi; vbi in foro conscientie, confessor debet carmina inspicere, et si nolit omnino projicere, debet tamen nomina ignota et characteres delere, reliqua vero, vt euangelica verba et signacula crucis, permittere.

Super quibus omnibus et precipue super maleficos sagittarios notandum quia supra tactum est an vt manifeste deprehensi in heretica prauitate iudicandi sint, de qua materia etiam prius tactum est in prima questione prime partis, et quidem quod sic, patet ibidem. Nam vt dicit Bernardus<sup>284</sup> in glosa ordinaria in c. "<Ad> abolendam" § "Presenti" et verbo "Deprehensi," | tribus modis de iure quis pro manifeste depre-  
151D  
hensio in heretica prauitate habetur, puta facti evidentia, vt in simplici heresi, quando publice predicant heresim (ff. "De ritu nuptiarum" "Palam" § "Vltio") vel legitima probatione per testes vel ex sua confessione, et eiusdem Bernardi glosa in c. "Excommunicamus" ij super verbo "Deprehensi publice": "ita quod notorium sit illis etiam quia condemnati sunt." Ad idem videtur facere super c. "Super quibusdam" (*Extra*, "De verborum significatione")<sup>285</sup> prout patuit in prima questione prime partis huius operis. Ex quibus patet quod malefici sagittarij, similiter et alij arma incantantes pro manifeste deprehensis in heretica prauitate per aliquod pactum expressum cum demone initum propter manifesta ipsorum opera que non nisi diabolica virtute fieri possunt habendi sunt.

Patet et secundo quod eorum fautores, receptatores, defensores vt manifeste tales pro talibus habendi sunt et penis prescriptis manifeste subiacere, ita quod non iam sub dubio aut tanquam suspecti receptatores leui aut graui vel violenta suspitione iudicandi, prout plures alij existere possunt.

Vnde et semper grauissime<sup>c</sup> contra | fidem delinquent et semper mala  
152A  
morte a deo percutiuntur. Nam vt fertur quidam princeps cum consimiles foueret maleficos et cum hoc quandam ciuitatem in certis negocijs indebite aggrauaret dum hoc sibi a quodam familiari objiceretur, ille omni timore dei postposito respondit: "Det deus quod in hoc loco

<sup>a</sup> Sc. -i (*clumsy adaptation?*)

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: ad-

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: gran-

<sup>284</sup> *Start of Eym.* 3.89 (638 1B-C)

<sup>285</sup> *End*

moriar, si iniuste a me illi aggraentur,” ad que verba subito diuina vltio subsecuta: subitanea morte expirauit, reuera in vindictam non tam iniuste aggrauationis quantum et fautorie heresis.

Patet et tertio quod prelati quicunque et rectores, vbi huiusmodi flagitijs et eorum auctoribus et fautoribus iuxta omnem possibilitatem non resistunt, etiam tanquam manifesti fautores et quod prescriptis penis manifeste subiacere debeant iudicantur.

SEQUITUR SECUNDUM PRINCIPALE HUIUS SECUNDE  
PARTIS SUPER MODOS TOLLENDI ET CURANDI MALEFICIA,  
PREMITTENDO<sup>a</sup> DIFFICULTATEM.

152B VTRUM LICITUM SIT MALEFICIA per alia maleficia vel per aliqua illicita tollere, et arguitur quod non, quia |vti auxilio demonum non est licitum, vt supra patuit.

Et in *Secundo Sententiarum* (di. vii) a doctoribus communiter determinatur, quia videlicet est apostasia a fide. Et quidem quod sine auxilio demonum non possit dissolui probatur, quia aut dissoluitur humano artificio aut diabolico aut diuina potentia: non primum, quia inferior potestas non potest infringere superiorem, cum nihil agat vltra suam virtutem, non etiam diuina, quia hoc esset opus miraculosum, et cum illa deus ad suum nutum operatur et non ad instantiam hominum, sicut et Christus matri petenti miraculum de subuentione necessitatis vini, vt doctores exponunt quod hoc miraculum conuersionis desiderabat, Christus respondit: “Quid mihi et tibi, mulier?” scilicet commune in opere miraculoso.<sup>b</sup>

Apparet etiam quod rarissime liberantur, quantumcunque diuinum auxilium et suffragia sanctorum implorant: ergo non nisi auxilio demonum liberari possunt, quod tamen non est licitum querere.

152C Preterea, hoc quod communiter tolleratur in vsu practicatur, licet sit illicitum, sed hoc communiter practicatur quod tales maleficiati currunt ad mulierculas superstitionis, a quibus sepiissime liberantur et non per sacerdotes aut exorcistas: ergo practica ostendit quod auxilio demonum maleficia tolluntur. Cuius<sup>c</sup> tamen auxilium querere cum sit illicitum, etiam non est licitum maleficia tollere sed patienter sufferre.

<sup>a</sup> *Dangling gerund*

<sup>b</sup> *Ed. prin.:* -e

<sup>c</sup> *Sc. quorum*

Preterea, secundum Thomam et Bonaventuram in *Quarto* (dist. xxx-iii, de impedimento maleficali) maleficium<sup>286</sup> est ita perpetuum quod non potest habere humanum remedium, quia si habet remedium, non est homini notum vel licitum, in quibus verbis dant intelligere quod sit quasi infirmitas incurabilis et perpetue inherens. Vnde subdunt: licet deus prestare possit remedium demonem cogendo et demon desistendo, ille curaretur, tamen curatio non erit humana. Ergo nisi deus dissoluerit per se, non est licitum eius dissolutionem quocunque modo querere.

Preterea, in eadem distinctione et questione dicunt quod etiam per aliud maleficium adhibere remedium est illicitum, vnde dicunt: etsi posset per aliud maleficium adhiberi remedium, nihilominus reputaretur perpetuum, licet amoveretur maleficium, quia nullo modo est licitum per maleficium inuocare demonis auxilium.

152D

Preterea, exorcismi ecclesie non valent ad reprimendum demones semper quo ad omnes molestias corporales, hoc dei iudicio exigente, semper tamen valent contra illas demonum investationes<sup>a</sup> contra quas sunt principaliter institute,<sup>b</sup> sicut contra obsessos vel circa pueros exorcizandos.

Preterea, non oportet quod si propter peccatum diabolo sit potestas in aliquem data, cessante peccato cessat potestas, quia interdum cessante culpa remanet pena.

Ex quibus verbis videntur prefati duo doctores sentire quod non sit licitum maleficia tollere, sed permittere illa, sicut permittuntur alie infirmitates incurabiles, et committere illa tantummodo domino deo, qui illa tollere potest ad suum placitum.

In contrarium est quod sicut deus et natura non abundant in superfluis, ita non deficient in necessarijs, quare et necessario fidelibus contra huiusmodi insultus demonum sunt data non solum remedia preseruatua, de quibus in principio huius secunde partis tactum est, verum etiam remedia curatiua, cum alias non sufficien̄ter fidelibus a deo prouisum esset et opera diaboli viderentur fortiora operibus dei.

<sup>a</sup> Sc. -fes-<sup>b</sup> Sc. -i

<sup>286</sup> Cf. *Aq.*, *Sent.* 4.34.1.3. *Ra.* 3: ... maleficium est ita perpetuum quod non potest habere remedium humano opere, quamuis deus posset remedium prestare demonem cogendo, vel etiam demon desistendo. Non enim oportet semper vt id quod per maleficium factum est possit per maleficium aliud destrui, vt ipsi malefici contentur, et tamen si posset per maleficium remedium adhiberi, nihilominus perpetuum reputaretur, quia nullo modo debet aliquis demonis auxilium per maleficia inuocare. Similiter non oportet quod si propter peccatum aliquod data est diabolo potestas in aliquem, cessante peccato cesset potestas, quia pena interdum remanet culpa transeunte. Similiter etiam exorcismi ecclesie non valent ad reprimendum demones semper quantum ad omnes molestias corporales iudicio diuino hoc exigente: semper tamen valent contra illas infestationes demonum contra quas principaliter instituti sunt.

Preterea, glosa super illud Job lxi (“Non est potestas super terram” etc.) dicit: “Omnia humana superat, etsi meritis sanctorum subiacet,” vnde et meritis sanctorum virorum in hac vita subiacent.

Preterea, Augustinus (*De Moribus Ecclesie*): “Non est angelus, cum inheremus deo, mente nostra potentior. Nam si potestas virtus est, in hoc mundo toto mundo sublimior est mens deo inherens,” vnde et talibus dissolui possunt opera diaboli.

Responsio. Hic sunt due solennes opiniones sibi inuicem, vt videtur, contrariantes. Sunt enim quidam theologi et canoniste inuicem concordantes quod licitum est maleficia tollere, etiam per opera superstitionis et vana, et huius opinionis sunt Scotus, Hostiensis et Gotfridus et communiter omnes canoniste. Aliorum<sup>287</sup> theologorum opinio, et precipue antiquorum et quorundam modernorum, vt Thome, Bonaventure, Alberti, Petri de Palude et aliorum multorum, quod nullo modo sint  
153B facienda mala vt eue|niant bona, et quod potius homo mori debet quam in talia consentire, vt scilicet per opera superstitionis et vana liberaretur.

Sed quia vnica distinctione poterunt eorum dicta concordari,<sup>288</sup> vidende<sup>a</sup> sunt prius eorum sententie. Nam Scotus in suo *Quarto* (dist. xxxiiij, “De impedimento maleficiali siue de frigidis et maleficiatis”) reputat fatuitatem asserere quod etiam per vana et superstitionis non debeant maleficia tolli. Dicit enim: “Nec in hoc est infidelitas aliqua, quia destruens non assentit operibus diaboli sed credit eum posse et velle fatigare dum durat tale signum, quia ex pacto non assistit ad hoc nisi dum illud durat. Et sic destructio illius signi non ponet<sup>289</sup> finem tali vexationi.” Vnde et dicit quod est meritorium opera diaboli delere.

Et quia loquitur de signis, ponamus exemplum. Sunt quedam mulieres que tali signo notant maleficas, vt si vacca vbertate lactis ex maleficio priuatur, tunc vrceum lactis super ignem appendunt, et certis verbis superstitionis insistendo vrceum cum baculo percutiunt, et licet fasculum mulier percutiat, tamen omnia verbera diabolus ad dorsum malefice defert. Per que sic diabolus cum malefica fatigatur: licet diabolus non cogatur nec fatigatur, facit tamen illa diabolus vt percutientem  
153C

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -a

<sup>287</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.4 (204A)*: Antiqui negant [sc. Estne licitum maleficium de loco tollere], moderni concedunt, vtrique bene, sed sola opus est vnica distinctione quare tolli potest per alium maleficium: seu per ritus alicuius malefici illicitos, et id constat esse illicitum, ymo potius homo mori deberet quam in talia consentire, aut tolli potest sine nouis superstitionis operibus, vt per motum localem . . . et illud est licitum.

<sup>288</sup> *End*

<sup>289</sup> *Duns Scotus, Sent. 4.34.1.Co.*: imponet (*without non, which presumably derives from a misreading of im-*)

catholicam ad peiora alliciat, vnde periculosum existit. Alias non videtur<sup>a</sup> opinio tanti doctoris habere difficultatem. Possent et alia exempla adduci.

Hostiensis ad idem in *Summa Copiosa* ("De frigidis et maleficiatis" et ti. "De impotentia coeundi" in glosa super c. "Litere" § "Mulierem autem") dicit quod in hoc defectu recurrendum est ad remedia medicorum, et licet quedam remedia contra hec scripta vana seu superstitiosa<sup>b</sup> videantur, tamen cuilibet auctori in sua arte credendum est. Sed et satis tollerare potest ecclesia retundere vana vanis.

Humbertinus denique in suo *Quarto* (prefata distinctione) his vitur verbis: "Possunt maleficia aut per orationes aut per artem per quam facta sunt destrui."

Ad idem Gotfridus in *Summa* sua (eodem ti.): "Maleficium non potest solui semper per illum qui fecit, vel quia est mortuus vel quia nescit delere ipsum vel quia maleficium est perditum. Si autem<sup>c</sup> sciretur, licite posset 153D soluere," et loquitur contra illos qui dicebant quod per maleficia non posset copule carnali prestari impedimentum, eo quod nullum tale esset perpetuum, vnde non dirimeret matrimonium iam contractum.

Preterea, illi qui fuerunt moti asserere quod nullum maleficium sit perpetuum mouebantur his rationibus: quia putabant omne maleficium posse remoueri vel per aliud maleficium vel per exorcismos ecclesie qui sunt ordinati ad reprimendum vim demonum vel per veram penitentiam, cum diabolus non habeat potestatem nisi super peccatores. Vnde quo ad primum concordabant cum opinione aliorum quod [ad] adminus per superstitiosa possint tolli. Contrarie autem opinionis est Sanctus Thomas in suo *Quarto* (prefata di.) sic inquirentis<sup>d</sup> quod si maleficium non potest reuocari nisi per aliquid illicitum, vt per demonis auxilium vel huiusmodi,<sup>e</sup> etiam si sciretur posse sic reuocari, nihilominus perpetuum iudicatur, quia remedium non est licitum.

Ad idem Bonaventura, Albertus et communiter omnes theologi, vbi cum breuiter tangunt demonis auxilium tacite vel expresse inuocandum, videntur sentire quod per nil aliud nisi per licitos exorcismos vel per veram penitentiam, vt in c. "Si per sortiarias" allegato tangitur, remoueri 154A debeant, moti, vt apparet, rationibus in principio questionis annotatis.

Et quia tantos doctores in eorum dictis quantum possibile est expedit concordare, et hoc vnica distinctione fieri potest, ideo notandum quod

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -certur

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -stiosa

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: at (*error for aut*)

<sup>d</sup> *Sc.* -ens

<sup>e</sup> *Ed. prin.*: huius

maleficium aut tollitur per alium maleficum simul et per aliud maleficium aut tollitur non quidem per maleficum sed per maleficiales ritus et illicitos, et hoc iterum dupliciter, quia vel per illicitos et vanos ritus insimul vel per vanos et non illicitos. Primum remedium est omnino illicitum, tam ex parte auctoris quam et ipsius remedij, sed tamen quia fit dupliciter, quia aut cum nocumento illius qui maleficium intulit aut sine nocumento, fit tamen per maleficiales ritus et illicitos, tunc comprehenditur sub secundo modo, videlicet vbi maleficium tollitur non per maleficum alium sed per maleficiales ritus et illicitos: tunc iterum illicitum iudicatur, licet non tantum sicut primum.

Vnde summarie dicere possumus quod per tria et tribus modis remedium redditur illicitum: quando videlicet tollitur per maleficum  
 154B alium et per maleficia alia, videlicet virtute demonis aliquius; secundo, quando non per maleficum sed honestam personam tollitur, sic tamen quod superstitiosis remedijs maleficium quod vni persone aufertur alteri infertur, et hoc iterum illicitum; tertio, quando aufertur sine eo quod alteri infertur, vtitur tamen demonum inuocatione expressa vel tacita, tunc iterum illicitum.<sup>a</sup> Et secundum hos modos dicitur a theologis quod potius mors sit preeligenda quam in talia consentire. Alijs vero duobus modis vtimis tollere maleficium potest esse vel licitum vel non vanum secundum canonistas, et quod tollerari possunt vbi remedia ecclesie prius attemptata, vt sunt exorcismi ecclesie, suffragia sanctorum implorata ac vera penitentia, nihil effecissent.

Et vt clarior habeatur intellectus de singulis, sit<sup>b</sup> aliqua gesta et acta per nos reperta recitanda. Roma<sup>c</sup> tempore Nicolai pape episcopus quidam ex Almanie partibus certa expediturus negocia aduenerat, cuius nomen occultare ordo charitatis postulat, licet iam vniuerse carnis debitum persoluerit. Hic quandam iuenculam adamando et ipsam ad suam diocesim destinare cum duobus famulis ac rebus alijs et clenodijs <cum>  
 154C disposuisset, | iuencula<sup>d</sup> auiditate feminea super clenodia, que preciosas erant, decepta modum excogitare cepit, vt ea in itinere existente episcopus maleficijs interiret. Jamque in sua habebat clenodia commissione, et ecce sequenti nocte episcopus subito infirmatur. Et ne fortassis veneno intoxicatus esset, a medicis percunctatur, et a famulis dolenter dubitatur. Tam ingens enim calor inerat pectori vt non nisi gargarismis per aquam frigidam continue haberet refocillari. Tertia igitur die, cum iam nulla spes vite haberetur, vetula quedam ingressum ad episcopum instanter petijt,

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -a

<sup>b</sup> *Sic ed. prin.*

<sup>c</sup> *Sc.* -am?

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: -ā

et quod causa sue sanitatis aduenisset aperuit. Ingressa igitur episcopum alloquitur et sanitatem promittit dummodo suis acquiescere suasionibus velit. Episcopus vero quidnam foret cui acquisceret<sup>a</sup> pro recuperanda sanitate quam summe affectabat vbi inquit, vetula respondit: "Ecce! Hec infirmitas maleficio vobis accidit, et non nisi per aliud maleficium<sup>b</sup> liberari poteritis, vt videlicet ipsa malefica que vobis intulit moriatur et eadem vestra infirmitate inficiatur." Stupefactus episcopus et quod alio modo liberari non | posset vbi persensit, nil tamen temere volens 154D agere, papam consulere per supplicationem decreuit. At pontifex cum eum tenerrime diligebat et quod non nisi per mortem malefice liberari posset cum didicisset, annuit vt inter duo mala minus permitteretur et super hoc supplicationem signauit. Vnde denuo vetula accersita et <quod> tam ipse quam summus pontifex in mortem malefice consentirent, dummodo pristinae sanitati restitueretur, disseruit, sicque [quod] vetula abscessit et quod sequenti nocte liberaretur promisit. Et ecce circa medium noctis, vbi se sanum et ab omni infirmitate liberatum persensisset, nuncio misso <qui> quidnam de iuuencula foret perscrutatur, et ecce aderat qui ipsam circa medium noctis in latere matris dormientem infirmatam fuisse subito affirmabat.

Qua in re dabatur intelligi quod eadem hora et momento infirmitas episcopum relinquendo maleficam iuuenculam per aliam maleficam vetulam inuasit, et sic spiritus malignus a lesione episcopi cessando ipsum sanitati per accidens restituere videbatur, | cum tamen 155A proprie sanitatem non immittebat, quam tamen occupare deo permittebat poterat et propter pactum cum malefica altera vnitum, que fortune alterius inuidebat. Ipse demon magistram iuuenculam inficere habebat, et bene estimari potest illa duo maleficia non per vnum demonem duobus personis sed a duobus demonibus duabus maleficis seruientibus fuisse inflictas, nec in isto demones sibi inuicem contrariantur, cum semper in perditionem animarum, quam summe et concorditer affectant, singula operantur.

Episcopus denique cum pietatis causa ipsam visitare proponeret, cameram ingrediens horribilibus maledictionibus susceptus fuit, exclaimando:<sup>c</sup> "Tu cum tua que te talia docuit et te liberauit maledicamini in eternum!" Et episcopus emolire eius animum ad penitentiam et quod omnem offensam ei remisisset vbi tentabat, illa vultum auertendo clamabat: "Exeas, maledicte! Hic nulla spes venie sed animam meam omnibus demonibus commendo." Et miserabiliter interijt et episcopus cum

<sup>a</sup> *Ed. prim.*: -ere

<sup>b</sup> *Ed. prim.*: mallf-

<sup>c</sup> *Dangling gerund*

155B gaudio ad propria remeavit. Vbi etiam notandum quod quia priuilegium vnus non facit | legem communem, ideo dispensatio pape in hoc casu non arguit omnibus sic licere.

Ad idem refert Nider in suo *Formicario*. Dicit enim: Modus<sup>290</sup> tollendi maleficium aut se vindicandi in malefico: talis practicatur interdum modus. Venit enim aliquis lesus in se vel in suis ad maleficam, sciscitans<sup>a</sup> scire malefactorem: tunc malefica plumbum liquefactum aliquotiens fundebat in aquam, quousque opere demonis in plumbo imago aliqua videretur. Qua visa malefica quisiuit ab explorante: “In qua parte vis ledi maleficum tuum et in eodem vulnere eum agnoscere?” Cumque explorator locum eligeret, statim malefica in eadem parte imaginis que in plumbo relucebat fixuram vel vulnus per cultrum posuit et locum vbi reum inueniret indicauit, nomen tamen nullatenus manifestauit. Sed experientia teste maleficus per omnia ledi reperiebatur, sicut sua imago plumbea demonstrabat.<sup>291</sup>

155C Hec, inquam, remedia et similia vtique iudicantur illicita, quamuis humana fragilitas sub spe venie consequende a deo sepius his inuoluitur, plus estuans pro sanitate corporis quam | anime.

Secundum vero remedium: de ipsis maleficis maleficia dissoluentes<sup>b</sup> sub expresso pacto cum demone inito absque nocumento persone, et quidem de eis quid agendum sit et qualiter cognoscuntur infra in sedecimo modo sentiendiandi patebit. Hi<sup>c</sup> enim quam plures existunt et semper infra vnum aut duo miliaria teuthonica reperiuntur, in quo spacio quicquid alie malefice ledunt, hoc illi<sup>d</sup> curare videntur. Quas etiam curationes alique simpliciter quo ad omne tempus, alique vero tantum a proxima angaria lesos maleficijs curare se iactant, alique vero non nisi in consensu malefice que maleficium intulit curare possunt, et he notantur super expressum pactum cum demone initum propter hoc quod occulta manifestare solent illis qui causa sanitatis recuperande ipsas accedunt. Ipsis enim causas sue calamitatis subito manifestant, dicentes quod propter brigas et rixas cum vicina vel alia muliere aut viro habitas lesa fuerit in se vel in suis attinentibus. Que etiam ad occultandum sua flagitia 155D interdum peregrinationes seu alia pietatis opera iniungunt, quas | quidem accedere pro recuperanda sanitate tanto pernitiosius existit quanto pro

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: scicc-

<sup>b</sup> *Sc.* -entibus

<sup>c</sup> *Sc.* -e

<sup>d</sup> *Sc.* -e

<sup>290</sup> *Start of Nider, Form. 5.4 (204B)*

<sup>291</sup> *End*

illis qui solum per pactum tacitum curare videntur in contumeliam fidei amplius delinquant. Hi enim dum ex vna parte sanitatem corporalem deo preponunt, ex altera parte sibiipsis in vindictam criminis vitam deo percutiente abbreviant. Sic enim in Saul diuina seuitio. Cum primo magos et ariolos abstulisset de terra, postea consuluit, vnde et in bello occisus cum filijs fuit (i *Regum* xxviii et culpa tangitur i *Paralipomenon* x). Propter hoc etiam Ochosias infirmus mori habuit (iii *Regum* i). Tales etiam visitatores maleficarum infames, vnde nec ad accusationem debent admitti (ij q. viii “Quisquis nec”); item tales secundum leges debent pena capitis plecti, vt in prima questione operis tactum est.

Sed – heu, domine deus! – cum omnia iudicia tua iusta sunt, quis liberabit pauperes maleficiatos et in continuis doloribus eiulantes peccatis nostris exigentibus? Inimicus nimis preualuit: vbi sunt qui licitis exorcismis illa opera diaboli dissoluere valeant? Hoc vnicum ergo superesse videtur remedium | vt iudices eorum insultus adminus refrenant, varijs 156A penis auctrices maleficas castigando, vnde et infirmis facultas visitandi maleficas amputabitur.

Sed – heu! – nemo percipit corde omnes que sua, non que Jesu Christi sunt querentes. Illa enim malefica in Richßhoffen, de qua supra mentio facta est, adeo assiduus frequentabatur pro recuperanda sanitate maleficiatis, quod comes castri thelonei lucrum habere voluit, ita quod quilibet maleficiatis in se vel in sibi attinentibus denarium vnum in introitu porte soluere habebat, vnde et magnum exinde se habuisse prouentum asseruit.

Teste etiam experientia didicimus plures tales per diocesim Constantiensem existere, non quod ipsa pre alijs diocesibus sit infecta, cum hoc genus infidie serpit per omnes dioceses et – heu! – totum mundum infecisse videtur, sed quia ipsa diocesis amplius elaborata fuit et quidam Hengst nomine repertus qui maiorem concursum et quotidianum a maleficiatis pauperculis habere cernitur. Quem etiam concursum sic oculis 156B nostris perspeximus in villa quadam<sup>a</sup> Eningen, | quod sine dubio ad quecunque loca beatissime virginis, siue Aquisgrani siue ad Heremitas, tantus pauperum concursus non existit sicut ad eundem superstitiosum hominem. Nam hiemali et frigidissimo tempore dum pre abundantia niuium omnis via regia et publica obstruitur, adhuc a circumiacentibus terris ad duo vel tria miliaria cum magnis hominum fatigationibus frequentatur, quibusdam remedia percipientibus, alijs vero minime, vt reor, quod non eque omnia maleficia dissolui propter varia, vt supra tactum

<sup>a</sup> Ed. prin.: que-

est, obstacula possunt, et hi quidem sub expressa demonum inuocatione maleficia dissoluentes quo ad secundum remedium illicitum, non tamen sicut primum.

Tertium vero remedium, quod quibusdam ceremonijs supersticiosi practicatur, non tamen in nocumentum alicuius persone aut per manifestos maleficos agitatur, experientia teste per hunc modum. In ciuitate Spirensi mercator quidam forensis hunc casum sibi accidisse proposuit. “In partibus,” inquit, “Sueuie in quodam castro nobilium  
 156C me degente quadam | die dum peracto prandio associatus duobus domicellis solacij causa super pratium incederem, quedam mulier obuiando dum a remotis adhuc incederet et a duobus domicellis agnita fuisset, vnus eorum ad me hec verba protulit: ‘Munias te cito signo crucis,’ et similiter ad idem alius ab alio latere hortabatur. At ego causam huius timoris inquirens,<sup>a</sup> responderunt: ‘En! Peijor malefica totius prouintie iam nobis obuiam dat. Ipsa enim solo visu maleficiare homines nouit.’ Tunc ego stomachando et nunquam tales timuisse me iactitabam, ecce vix verba compleui, et me grauiter in pede sinistro lesum persensi, ita vt sine graui dolore de loco figere pedem non potui aut gressum, vnde et alij concito e castro per nuncium mihi equum destinando ad illud reducunt. Doloribus autem per triduum augmentatis prefati incole, intelligentes maleficio me infectum, quendam rusticum ad spacium vnus miliaris accedunt et casum proponunt, quem nouerant per artem quandam<sup>b</sup> maleficia tollere. | Qui concito veniens et pedem prospiciens, ‘Si,’ inquit, ‘ex  
 156D <maleficio> vobis contigit aut naturali defectu, experimentum capiam, et si quidem ex maleficio accidit, cum dei adiutorio curabo. Sin<sup>c</sup> autem, remedijs naturalibus opus erit insistere.’ At ego: ‘Si absque superstitione et cum dei adiutorio curari potero, libens acceptabo, quoniam cum demone nihil commune habere volo, nec eius adiutorium affecto.’ Ad idem et ipse villanus respondit se non velle nisi licita remedia et cum dei adiutorio adhibere et curare, dummodo experientia didicisset hoc per maleficio mihi contigisse. Ad que duo assensi. Ille plumbum” – vt supra de alia malefica tactum est – “liquefactum in cocleari ferreo supra pedem tenuit, et in scutellam aqua plenam fudit, et subito diuersarum rerum species proruperunt ac si spine vel pili aut ossa et similia fuissent intromissa. ‘Jam,’ inquit, ‘video<sup>d</sup> quod infirmitas hec non ex  
 157A naturali defectu, sed maleficio vobis contigit.’ At ego quomodo talia ex |

<sup>a</sup> Sc. me . . . inquirente

<sup>b</sup> Ed. prin.: quen-

<sup>c</sup> Here = si non?

<sup>d</sup> Ed. prin.: vig-

plumbo liquefacto scire posset dum inquirerem, 'Ecce,' inquit, 'septem sunt metalla ex septem planetis, et quia Saturnus dominatur plumbo, eius proprietas est vt si plumbum super maleficium aliquod fusum fuerit, per suum influxum maleficium demonstrabit. Et bene,' inquit, 'actum est vt cito remedium adhibeatur, quia tot diebus vos visitare habeo quot sub maleficio stetitis, et interrogare quot dies elapsi fuissent.' 'Jam triduo,' fassus sum, vnde et ipse singulis diebus per triduum me visitando et pedem inspiciendo solum et tangendo et cuncta verba penes se ruminando integre sanitati fugato maleficio me restituit."

Hic certe modus actorem non monstrat maleficum, sicut modum superstitiosum. In eo enim quod dei adiutorio et non opere diaboli sanitatem promisit, et hoc quod Saturni influxum super plumbum tanquam ex eius dominio causatum allegauit, irreprehensibilis extitit et potius commendandus fuit. Sed qua virtute maleficium fugauit et species rerum in plumbo causauit, sub dubio relinquitur. Nam cum maleficium nulla virtute | naturali possit ammoueri, licet mitigare valeat, vt inferius 157B de obsessorum remedijs patebit, potius videtur quod per aliquod pactum adminus tacitum cum demone initum hoc practicauerit, et dicitur hic pactum tacitum quando adminus auctor tacite in assistentiam diaboli consentit, per quem modum innumera superstitiosa opera practicantur, licet differenter quo ad diuinam offensam, cum in vno opere maior sit creatoris offensa quam in altero. In eo enim quod de sanitate procuranda certus fuit et in eo quod tot diebus quot sub infirmitate extiterat ipsum visitare habuit nec aliquibus medicaminibus naturalibus <vsus> fuit, et tamen iuxta promissa egrotum sanitati restituit, non tam suspectus quam vt manifeste deprehensus adminus, licet non super expressum initum cum demone pactum, tamen super tacitum iudicatur, et tanquam pro conuincto haberi et penis adminus in secundo modo sentiendi infra contentis sed puniri debet cum abiuratione solenni nisi leges que in contrarium sentire videntur ipsum sustentarent, in quo casu quid ordinario | sit faciendum in solutione argumentorum patebit 157C postea.

Quartum vero remedium tollerandum et de quo canoniste adminus intendunt cum certis theologis dicitur vanum tantum et precise, puta quia solum superstitiosum et non sub aliquo pacto expresso vel tacito ex intentione et proposito practicantis operatum. Et dico "adminus" quia fortassis si velint etiam tertium remedium huic quarto adiungere, potius videtur nobis eorum assertioni cedere quam contentionibus deseruire. Et hoc quidem remedium vanum, superius exemplificatum de mulieribus que vrceolum supra ignem positum percutiunt in finem vt malefica que

vaccam vbertate lactis priuauit verberetur, licet fortassis talia in nomine diaboli facere habeant aut fortassis sine eius expressione.

Ad idem possunt et alia earum gesta adduci. Nam interdum vbi vaccas huiusmodi lesas ad pascua emittere volunt, explorare etiam ipsam maleficam nituntur: tunc bracam viri vel aliud immundum super caput  
157D aut dorsum vacce,<sup>a</sup> et hoc potius festiuis diebus et sacratoribus, ipsam vaccam cum baculo fortassis iterum sub tali, vt supra, expressione percutiundo expellunt, et tunc vacca recto tramite ad domum malefice properat et cornua in eius ostium viberat<sup>b</sup> cum magno eiulatu continue pulsando.

Et hec vtique diabolus in vacca operatur tamdiu quo per alia maleficia sedatur. Reuera etsi secundum prefatos doctores talia sint tolleranda, non tamen meritoria, vt quidam asserere conantur, existunt. Cum enim iuxta apostolum omnia que in verbo aut opere facimus in nomine domini nostri Jesu Christi facere precipimur, licet ibi non sit expressa demonis inuocatio, est<sup>c</sup> tamen eius nominis expressio, et iterum licet ibi non sit intentio per pactum aliquod tacitum vel expressum talia facere, quia fortassis dicit: “Volo hoc facere,” siue diabolus intromittat se siue non, ipsa temeritas qua diuinum timorem postponit deum offendit, vnde et diabolo potestatem talia faciendi permittit. Jnducendi ergo tales sunt ad  
158A penitentiam et hortandi vt | potius desistant et ad remedia infra scripta et superius etiam in parte tacta, per vsum videlicet aque benedictae et salis exorcizate etc., recurrant.

Simili modo iudicandum de illis quibus dum aliquod iumentum maleficio interimitur et explorare maleficum aut eciam si naturali defectu vel maleficio sit interemptum vbi nituntur, ad loca vbi cadauera bestiarum excorticantur properant<sup>d</sup> et intestina cadaueris super terram trahendo vsque ad domum deferunt. Non autem intra domum per hostium super sed sub limine domus ad coquinam trahunt et igne facto super cratem intestina ponunt, et tunc, vt ex relatu talia practicantium sepius informati sumus, sicut intestine<sup>e</sup> calefiunt et ardent, ita intestine malefice calore et doloribus crutiantur. Aduertunt ergo illi exploratores vt hostium domus optime sit obstrusum eo quod pre doloribus malefica ad introitum festinabit domus, et si quidem introitum habeat, carbonem de igne aufert et tunc omnis crutiatus effugatur. Repertum denique

<sup>a</sup> A verbal form meaning “placing” seems to have been omitted.

<sup>b</sup> So ed. prin. (presumably a conflation of *verberat* and *vibrat*)

<sup>c</sup> Ed. prin.: et

<sup>d</sup> Ed. prin.: -tant

<sup>e</sup> Apparently, this neut. pl. of classical Latin is treated as a fem. pl. (cf. *tela* in 147C).

sepius nouimus quod vbi inriotum habere non poterant, extunc densissimis tenebris domum intus | et extra vallabant, cum commotione 158B  
tam horribili et strepitu vt ex ruina domus omnes sic<sup>a</sup> tandem interire putarent nisi ostium aperiretur.

Ad idem etiam certa experimenta reducuntur. Nam certi volentes e multitudine mulierum in ecclesia existentium experiri maleficas, que etiam sine eorum consensu ecclesiam diuinis peractis exire non valeant, tali experimento insistunt. Nam die dominico sotularia iuuenum sungia seu pinguedine porci, vt moris est pro restauratione fieri, perungunt, et sic vbi ecclesiam intrant tandiu malefice exire ecclesiam non poterunt quo adusque exploratores aut exeunt aut illis licentiam sub expressione, vt supra, exeundi concedant. Simile fit etiam per certa verba que annotare non expedit, ne quis per diabolum seducatur. Nam nec iudices aut presidentes his infallibilem fidem aut opinionem accomodare debent nisi talis persona alias plurimum esset diffamata, cum sub tali pretextu ille mille artifex etiam innoxias infamare posset, vnde potius auertendi sunt homines a talibus experimentis et salutare penitentie iniungende, licet interdum tollerantur.

Per hec patet responsio | ad argumenta que concludunt maleficia non 158C  
esse tollenda, quia primis duobus modis omnino illicitum est tollere; tertium remedium secundum leges etsi tolleratur, tamen non paruam super hoc ecclesiasticus iudex debet habere aduertentiam. Nam quod leges videntur tollerare, patet C. "De maleficis," lege "Eorum," vbi sic habetur: "Alij autem qui faciunt id, ne labores hominum ventorum, grandinisque lapidatione sternuntur, non pena sed premio digni sunt." Et Antoninus<sup>b</sup> in *Summa* de legibus in quibus ius canonicum et ciuile discrepant hoc idem allegat. Ex quo videtur quod concedunt leges pro conseruatione frugum et iumentorum in omnem euentum posse certos homines talia practicantes non solum tollerare sed et premiare. Erit ergo ecclesiastici iudicis aduertere si tantummodo iuxta mentem legis contra grandines et aeris temperiem<sup>c</sup> modis congruis, vt inferius patebit, aut etiam quibusdam superstitiosis procedit, et tunc, dum inde nullum sequitur fidei scandalum, etiam tollerare. Sed reuera hoc non erit iuxta tertium sed quartum modum et quintum, de | quo consequenter trac- 158D  
tandum erit de ecclesiasticis et licitis remedijs, inferendo interdum de

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: si

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -ius

<sup>c</sup> *So ed. prin.*: from the usage of both classical Latin and Aquinas, one would expect intem-, but cf. Hansen (1901) 120 l. 11. where the context indicates that aeris intemperies means "clement weather," which is the opposite of its classical meaning and implies that aeris temperies means "inclement weather" (perhaps this usage comes from a confusion with tempestas).

superstitiosis ad quartum modum pertinentibus, et hoc per capitula sequentia.

REMEDIIUM ECCLESIASTICUM CONTRA INCUBOS ET  
SUCCUBOS DEMONES

Capitulum Primum

QUIA VERO IN PRECEDENTIBUS capitulis prime questionis super modos maleficiandi homines, iumenta et terre fruges tacta sunt ante omnia ea que ipse malefice erga proprias personas practicant, qualiter videlicet innoxias iuuenulas in augmentum sue perfidie alliciunt, qualis etiam modus sit profitendi earum et omagii prestandi, qualiter etiam infantes proprios aut alienos demonibus offerunt et quomodo localiter transferantur: hec, inquam, et similia remediare quia non est possibile<sup>a</sup> nisi vt per suos iudices de medio tollantur aut adminus in exemplum  
159A omnium futurorum puniantur, | ideo de huiusmodi remedijs non ad presens sed in vltima parte operis, vbi viginti modi procedendi et sententiandi contra et super maleficarum personas deducuntur, tractabitur. Ad presens tantum super remedia contra earum maleficiales effectus tendere oportet, et primo qualiter homines maleficiati remediuntur, demum qualiter bestie et vltimo qualiter fruges terre conseruantur.

De hominibus vero maleficiatis quo ad incubos demones vel succubos, quia sunt in triplici genere, scilicet<sup>b</sup> earum que se voluntarie demonibus incubis subiiciunt, vt sunt malefice, quia de succubis quo ad viros non ita voluntarie practicatum reperitur, cum ex naturali vigore rationis quo viri mulieribus preeminet talia plus abhorrent; est et eorum qui a maleficis cum incubis aut succubis contra eorum voluntatem inuoluuntur; et est tertium genus, et hoc precipue virginum quarundam que contra earum omnino voluntatem ab incubis demonibus molestantur, de quibus etiam sepe presumitur quod a maleficis sic maleficiantur, puta quia demones  
159B ad instantiam maleficarum, sicut sepissime alias infirmitates immittere solent, ita et incubos illis personis se facere habent, vt vel sic eos<sup>c</sup> ad suam perfidiam allicere valeant.

Demus quedam exempla. Est in ciuitate Confluentia pauper quidam sic maleficiatus quod in presentia vxoris omnem actum venereum, prout viri cum mulieribus agere solent, etiam repetitis vicibus per se exercet, nec ab illis ad instantiam et eiulatum mulieris auerti potest, quia vno

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -ble

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: ꝑꝛ (=*sed*) in place of ꝑꝛꝛ (=*scilicet*)

<sup>c</sup> *Sc. eas*

aut tribus actibus expletis verba replicat: "Volumus iterum de nouo et iterum de nouo inchoare," cum tamen nulla persona corporali visu cernatur ei succumbere. Sicque vt post diutinas huiusmodi vexationes pauper ille collisus in terram omnibus viribus destituitur, et dum post aliquarum virium recuperationem interrogatur quomodo et qualiter ista sibi contingant et anne personam succumbantem habuerit, respondere solet se nihil<sup>a</sup> videre sed ita mente captiuatum vt omnino abstinere non valeat. Et quidem super hoc maleficium mulier quedam plurimum habetur suspecta quod ei intulerit, eo quod illi pauperi minata fuerit per verba contumeliosa quod ipsum propter displicentiam sibi | factam expe- 159C  
dire vellet, sed legum et executores iustitie non assunt qui saltim super diffamam et grauem suspicionem in vindictam tanti criminis procederent, putantes neminem debere condemnari nisi qui confessione propria aut trium testium productione legitima conuincatur, quasi indicia facti aut euidentia super graues aut violentas suspensiones nullas mereantur penas. De quibus tamen modis sentiendi inferius, vt premissum est, patebit.

De secundo vero genere quo puelle ab incubis demonibus molestantur, etiam nostris temporibus referre nimis longum foret, cum historie certe de similibus existant referte, sed cum quanta difficultate talia remediari possint, patere potest ex his que Thomas Brabantinus circa finem operis sui *De Apibus* de quadam in hunc modum refert.<sup>292</sup> "Vidi," inquit, "et in confessione audiui virginem quandam in religioso habitu, que primo dixit se nunquam in concubitum consensisse, per hoc tamen dat intelligere se cognitam fuisse. At ego non credens artaui eam rationibus et duris comminationibus sub periculo anime sue: | tandem 159D  
cum lachrymis confessa est se prius corruptam mente quam corpore, et cum postea doleret quasi ad mortem et confiteretur omni die cum lachrymis, non potuit tamen ingenio, studio vel arte ab incubo demone liberari nec signo crucis nec aqua benedicta, que tamen specialiter ad fugandos demones ordinanatur, nec sacramento Christi corporis ipsis etiam angelis terrifico, donec post plures annos oratione et ieiunio pie Lugardis<sup>b</sup> fugaretur, et est credibile saluo meliori iudicio quod postquam

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: mihi

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: luc-

<sup>292</sup> *This story is paraphrased in Nider, Form. 5.10 (234D): Aliquando vero nullum predictorum remediorum iuuat vt demonis abscedat nequicia, vt in De Apibus circa finem ponit Thomas Brabantinus exemplum de quadam que incubum passa nullo confessionis remedio vel crucis aut huiusmodi applicatione liberabatur, licet eam vexationis sue satis nude confessa esset. The presence of circa finem in both Nider and the Malleus combined with the fact that the preceding and following sections of Nider are used in the Malleus suggests that Nider is the ultimate source, but the fuller original version has been substituted.*

de peccato suo dolens confitebatur, potius ei concubitus demonis pena culpe quam culpa fuit. Hec etiam cum in vigilia penthecosten<sup>a</sup> querelaretur apud Cristinam in valle ducisse Brabancie monialem deuorantem que mihi hoc retulit, quod non auderet communicare propter demonis importunam vexationem, conpatiens dixit ei Cristina, 'Vade. Quiesce secreta communicatura cras dominico corpore. Ego in me recipiam penam tuam.' Recedens illa gaudens dormit in pace; ad orationem de nocte surgit; mane cum omni tranquillitate sacramenta suscipit. Cristina autem susceptam in se penam non ponderans,<sup>b</sup> vespere quieti se dans  
 160A audit in stratu suo | quasi porcellum commouentem se et inquietius agitantem, nec suspicans demonem: arrepto colo fugare nititur quicquid esset. Decumbit iterum, sed pauida vexata surrexit, et hoc pluries: tandem sensit et vidit euersis fere straminibus quod demonis nequitia vexaretur. Dimisso ergo lecto noctem ducit insomnem, et orare volens demonis crutiabatur insultu et, vt dixi, nunquam talia passa fuerat. Vnde predictae mulieri mane, 'Renuncio,' inquit, 'renuncio pene tue. Vix sine vite discrimine violentiam tentatoris pessimi euasi.'" Qua ex re perpenditur difficile esse huiusmodi remediare, siue maleficio siue absque eo contingat.

Sunt tamen adhuc aliqua per que fortassis ipsi demones fugantur. De quibus et Nider in suo *Formicario*. Licet enim, vt ibi refert, quinque<sup>293</sup> modis valeant puella et viri liberari, videlicet per sacramentalem confessionem et sanctam exercitationem in crucis consignatione vel angelica<sup>c</sup> salutatione, tercio per exorcismorum applicationem, quarto per certi  
 160B loci mutationem, et per cautam sanctorum excommunicationem,<sup>294</sup> et ex premissis patuit quod prima duo moniali non profuerunt, non tamen propterea obmittenda sunt. Quod enim vni est remedium non propter hoc sequitur quod et alteri, ita et econuerso. Nam et incubos sepe per orationem dominicam aut aque aspersionem vel etiam per angelicam salutationem fuisse repulsos historie tradunt. Refert<sup>295</sup> enim Cesarius in

<sup>a</sup> So 110A; ed. prin.: penthecost

<sup>b</sup> Ed. prin.: -as

<sup>c</sup> Ed. prin.: au-

<sup>293</sup> *Start of Nider, Form. 5.10 (233D-234B), which begins: . . . per v modos quidam liberati reperiuntur, videlicet per exorcismorum applicationem, per sanctam exercitationem, per sacramentalem confessionem, per loci certi mutationem et per cautam sanctorum excommunicationem . . . De secundo (sanctis exercitijs, videlicet crucis consignatione vel angelica salutatione) refert Cesarius . . .*

<sup>294</sup> *Pause*

<sup>295</sup> *Resume (Nider begins: Refert Cesarius in suo Formicario quod in Bunna postquam sacerdos quidam se suspendit . . .)*

*Dialogo* suo quod sacerdos quidam postquam se suspenderat, eius concubina monasterium intrauit et per incubum ad luxuriam procata est. Quem tamen<sup>296</sup> per crucis consignationem repulit et per aque benedictae aspersionem, licet<sup>297</sup> statim postea redijt. Quando autem angelicam salutationem dicebat, longe velut sagitta disparuit et recessit, sed interdum redijt, licet prope accedere eam non auderet.

Item de tertio, videlicet per sacramentalem confessionem, patet per eundem Cesarium, qui dicit quod concubina antedicta cum iam confessa esset pure, in toto derelicta est ab incubo. Refert idem quod quidam vir in Leodio passus incubum confessione sacramentali finita totaliter liberatus est. Poneit insuper exemplum de quadam inclusa<sup>298</sup> 160C quam incubus nec<sup>299</sup> oratione nec confessione nec propter aliud spirituale exercitium reliquit, quando eius lectum ascenderet, sed cum ad informationem cuiusdam viri religiosi diceret: "Benedicte," statim eam demon reliquit.

De quarto vero, loci videlicet<sup>300</sup> mutatione, dicit qui prius quod filia cuiusdam sacerdotis stuprata per incubum et facta ex dolore frenetica trans Renumque elongata ab incubo dimissa est, sed pater eius quia a loco filiam deposuerat, a demone percussus est adeo vt moreretur in triduo. Fit et mentio<sup>301</sup> de quadam que per incubum crebro in lecto vexata proprio: consociam deuotam petijt vt loco vexate iaceret, quod cum fecisset, tota nocte quasdam inquietudines grauissimas sensit et prior tunc quieta fuit.<sup>302</sup>

Notatur<sup>303</sup> etiam a Guilhelmo quod incubi plus vexare videntur mulieres et puellas pulchros crines habentes ideo quia aut cure aut ornatui crinium nimium incumbunt huiusmodi aut quia per crines viros inflammare cupiunt vel consueuerunt aut quia in eis inaniter gloriantur aut 160D quia diuina bonitas hoc permittit vt terreantur mulieres viros inflammare per ea que etiam demones inflammari viros volunt.<sup>304</sup>

<sup>296</sup> *Not in Nider*

<sup>297</sup> *Nider: sed*

<sup>298</sup> *Nider: inclusa propter deum*

<sup>299</sup> *Nider: nec crucis signo nec oratione . . .*

<sup>300</sup> *For vero . . . videlicet Nider has: videlicet loci*

<sup>301</sup> *For Fit . . . mentio Nider has: Jn De Apibus prope finem sermo fit . . .*

<sup>302</sup> *End*

<sup>303</sup> *Start of adaptation of Nider. Form. 5.10 (233C):* Cum autem incubi amplius vexare reperiantur mulieres et etiam puellas pulchros crines habentes, respondit dominus Wilhelmus: "Non mihi alia causa occurrit nisi vna istarum: quia aut cure aut ornatui crinium nimium incumbunt huiusmodi, aut quia per crines viros inflammare cupiunt vel consueuerunt, aut quia in eis inaniter gloriantur, aut quia diuina bonitas hoc permittit vt terreantur mulieres inflammare viros per ea que etiam demones inflammare viros volunt."

<sup>304</sup> *End*

De<sup>305</sup> quinto (de excommunicatione que fortassis aliquando eadem est exorcisationi), patet in legenda sancti Bernardi. In Aquitania siquidem mulier ab incubo sex annis incredibili abusu<sup>a</sup> libidinis vexata audiuit sibi incubum ne ad virum sanctum qui venturus erat appropinquaret minantem: "Nihil," inquit, "tibi proficiet, sed eo recedente tuus crudelissimus ero persecutor, qui actenus<sup>b</sup> tuus amator extiti." Que cum virum sanctum Bernardum inuocaret, respondit: "Tolle meum baculum et lecto tuo infige, et faciat malignus quod potest." Hoc cum fecisset, demon cameram femine non est ausus intrare, sed foris minabatur atrocissime se eam velle persequi Bernardo recedente. Quo per feminam audito conuocat populum beatus Bernardus: omnes iubet accensas candelas gestare in manibus et demonem cum vniuerso qui aderat cetu excommunicauit ac ne ad illam | vel aliam deinceps accessum habeat interdixit. Et ita illa plane liberata est.<sup>306</sup>

Verum hic notandum quod potestas clauium concessa Petro et suis successoribus quia sonat super terram et tantum pro viatoribus, hec iurisdictionis potestas sit in remedium ecclesie concessa. Mirum videtur quod et aeree potestates hac<sup>c</sup> iurisdictione valent arceri, sed dici potest quod quia persone que a demonibus molestantur sunt sub iurisdictione pape et clauium, non mirum si per indirectum huiusmodi potestates vigore clauium arceantur, sicut etiam indirecte animas potestate clauium a penis purgatorij ignis absoluere potest, non obstante quod potestas illa sonat super terram et anime sint sub terra. De potestate etiam clauium concessa capiti ecclesie, scilicet vicario Christi, non est tutum disputare, cum notum sit quod tanta potestas sit a Christo ecclesie et eius vicario concessa quanta puro homini concedi a deo potuit, et hoc in vtilitatem ecclesie. Pie etiam estimari potest quod si egritudines a maleficis virtute demonum inflicte excommunicarentur cum ipsis maleficis aucatricibus et demonibus, non adeo in ipsos infirmos seuirent, et quod citius liberarentur adhibitis super hoc et alijs exorcismis licitis. In partibus denique Athisis vulgaris est narratio, simul et alijs in locis, quod dum diuina permissione locuste volantes cum ingenti multitudine, vinetas, frondes, segetes et cuncta virentia eradicarent, huiusmodi excommunicatione et maledictione fugate et subito interempte fuerunt. Quod si sanctificati viri quis ascribere velit et non virtuti clauium, sit in nomine domini: vnum pro certo habemus quod nec virtus miraculorum nec potestas

<sup>a</sup> *So Nider, ed. prin.:* ab vsu

<sup>b</sup> *Sc. h-*

<sup>c</sup> *Ed. prin.:* hec

<sup>305</sup> *Start of Nider, Form. 5.10 (234B-C)*

<sup>306</sup> *End*

clauium gratiam gratum facientem de necessitate presupponunt, cum vtrumque ex gratia gratis data procedat.

Est et iterum notandum quod vbi nullum predictorum remediorum iuuat, quod tunc ad exorcismos licitos sit recurrendum, de quibus inferius patebit; quod et si hi ad fugandum demonis nequiciam non sufficient, tunc<sup>307</sup> reuera talis vexatio demonis est pena pro peccatis satisfactoria, si, prout oportet, sustineatur in charitate, sicut et alia mala huius mundi que nos sic premunt | vt ad deum ire compellant.

161C

Verum etiam aduertendum quod interdum alique in veritate per incubum non vexantur, sed tantummodo ita se vexari putant, et hoc quod mulieribus precipue et non viris, cum alias sint timide et mirabilium formarum in imaginatione susceptiue. Vnde et Guilhelmus (sepe allegatus) "Multe," inquit, "de apparitionibus fantasticis ex morbo melancholico in multis fiunt, et<sup>308</sup> in mulieribus maxime, sicut apparet de visionibus et reuelationibus, et causa in hoc est, vt<sup>309</sup> norunt medici, ipsa natura muliebrium animarum, eo quod<sup>310</sup> longe facillioris et leuoris impressionis sunt quam anime viriles." Et subdit ibidem: "Scio me vidisse mulierem que credebat se cognosci ab intus a diabolo et alia incredibilia se sentire dicebat. Nonnunquam etiam impregnate sibi videntur mulieres ab incubis et intumescunt vehementer ventres earum, et cum partus tempus aduenerit, sola emissione multe ventositatis detumescunt.<sup>a</sup> Nam de ouis<sup>b</sup> formicarum in potu sumptis incredibiliem ventositatem et tumultum in ventre | generant hominis. Similiter de granis catapucie et de granis arboris que dicitur nigra pinus consimila in ventre fiunt. Facillimum est autem demoni similia et maiora in ventribus hominum procurare."<sup>311</sup>

161D

Hec addita sunt vt non facillime quis mulierculis fidem adhibeat, sed illis<sup>c</sup> dumtaxat super quibus experimenta fidem fecerunt, vt de illis

<sup>a</sup> So *Nider*, ed. prin.: -mut-

<sup>b</sup> Apparently the subject of the sentence (if mulieres is understood as the subject, hominis is pointless), in which case the construction is a Romance solecism (cf. French des oeufs as subject).

<sup>c</sup> Ed. prin.: iliis

<sup>307</sup> *Start of Nider*. Form. 5.10 (234D-235B). which begins: Tunc enim pena est vexatio demonis, et pro peccatis satisfactio, si, prout oportet, sustineatur in caritate, sicut alia mala huius mundi, que nos premunt, sed ad deum ire compellunt. (Piger): Cum femine sint timide et faciliter mirabilium formarum in ymaginacione susceptiue, nunquit contingit quibusdam ex eis quod in veritate per incubum non vexantur, sed tantummodo ita se vexari putant, sicut etiam quedam ex eadem radice false impregnatas esse putant per incubos, vt fertur, que tamen grauide non sunt? (Theologus): Vtrumque verum esse agnoscitur, vt dicit dominus Wilhelmus (vbi prius): "Multe . . ."

<sup>308</sup> *Nider*: sed

<sup>309</sup> *Nider*: propter eam quam

<sup>310</sup> *Nider*: ob hoc, videlicet quod

<sup>311</sup> *End*

que<sup>a</sup> didicerunt in proprijs lectis vel alio modo condormientibus per experientiam talia vera esse.

REMEDIA PRO ILLIS QUI CIRCA VIM GENERATIUM  
MALEFICIUNTUR

Capitulum Secundum

LICET MULIERES IN MAIORI numero sint malefice quam viri, vt in prima parte operis ostensum est, tamen viri plus maleficiuntur. Et huius ratio est quia cum deus<sup>312</sup> plus permittit super actum venereum per quem primum peccatum diffunditur quam super alios actus humanos, sicut et per serpentes qui magis incantationibus deseruiunt quam alia animalia,<sup>313</sup> eo quod diaboli primum instrumentum, et cum actus ille venereus plus  
162A et faciliori modo potest | maleficiari in viro quam in muliere: ideo.

Et quidem patet quod tactum est. Nam cum quinque modis demon in generatiuum potentiam potest agere et illi modi citius procurantur in viris, remedia adhibenda super vnum quemque modum iuxta possibilitatem sunt deducenda, et ille qui vitiatus est in tali potentia attendat, sub quo modo suum maleficium contineatur.

Sunt<sup>314</sup> autem quinque modi iuxta Petrum de Palude in suo *Quarto* (dis. xxxiiij, “In processu huius maleficij”). Nam demon ex hoc quod est spiritus habet potestatem super creaturam corporalem deo permitte[n]te, et ex conditione nature sue precipue ad motum localem, vt illum prohibeat vel vt promoueat, vnde per hanc potestatem potest<sup>b</sup> corpora viri et mulieris impedire ne sibi appropinquant, et hoc directe vel indirecte: directe quando vnum elongaret ab altero vel non sineret ad alterum

<sup>a</sup> Sc. illis de quibus

<sup>b</sup> So *Nider*; ed. prin.: pñt (=possunt)

<sup>312</sup> *Starts of Nider*, Form. 5.5 (211D).

<sup>313</sup> *End*

<sup>314</sup> *Starts of adaptation of Nider*, Form. 5.5 (211B–C): Per quem modum autem demon in potentiam ymaginatiuum, in fantasiam et in generatiuum possit agere ostendit Petrus de Palude in iiiij, dis. xxxiiij quinque modis. Habet enim ex hoc quod est spiritus potestatem super creaturam corporalem ad motum localem prohibendum vel faciendum, vnde potest corpora impedire ne sibi appropinquent vel directe vel indirecte, interponendo se in corpore assumpto, sicut cuidam iuueni pagano acciderat, qui idolum desponderat et nihilominus contraxerat cum quadam iuuenula, nec propter hoc poterat eam cognoscere; secundo modo hominem inflammare ad actum illum vel refrigerare ab actu illo, adhibendo occultas virtutes quas optime nouit ad hoc validas; tercio modo turbando estimacionem et ymaginacionem quam reddit mulierem exosam, quia potest in ymaginacionem imprimere; quarto reprimendo directe virgorem membri fructificationi accomodi, sicut et morum localem cuiuscumque organi; quinto prohibendo.

appropinquare; indirecte quando aliquod impedimentum procuraret vel quando se interponeret in corpore assumpto, sicut cuidam iuueni pagano acciderat, qui idolum desponsauerat et nihilominus contraxerat cum quadam iuuenula, nec propter hoc poterat eam cognoscere, 162B vt super patuit; secundo modo, vbi hominem inflammaret erga vnam et refrigeraret erga aliam, et hoc posset occulte procurare per applicationem quarundam herbarum aut aliarum rerum, quas optime nouit ad hoc validas; tertio modo, vbi estimationem viri aut mulieris turbaret, qua redderet vnam personam alteri exosam, quia, vt supra patuit in prima parte operis, potest in imaginationem imprimere; quarto modo, reprimendo vigorem membri qui ad fructificationem necessario requiritur, sicut et motum localem cuiuscunque organi reprimere potest; quinto, prohibendo missionem spirituum ad membra in quibus est virtus motiua, quasi intercludendo vias seminis ne ad vasa generationis descendat<sup>a</sup> vel ne ab illis vijs recedat vel ne excidatur vel emittatur.<sup>315</sup>

Quod si quis dicat: “Nescio sub quo modo maleficium<sup>b</sup> mihi illatum contineatur: vnum scio quod generatiua potentia erga vxorem meam careo,” responderi potest: si potens est ad alias mulieres, non autem ad propriam, tunc sub secundo modo, | quia de primo modo certificaretur 162C per succubum demonem, id est, quod per demones<sup>c</sup> incubos et succubos deluderetur. Si autem habet exosam et non potest agnoscere, tunc sub secundo et tertio modo continetur. Jtem si vxorem non habet exosam, et tamen non potest ipsam agnoscere sed bene alias, tunc iterum manet sub secundo modo. Jtem si non habet exosam, vellet autem cognoscere sed non habet vigorem membri, tunc sub quarto modo. Si vero habet vigorem membri sed non habet excisionem seminis, tunc quinto modo.

Modus ergo curandi patebit, vbi declaratur si equaliter in charitate et extra charitatem existentes his maleficari valeant. Et quidem quod non, dempto quarto modo, qui tamen etiam rarissime accidere potest ei<sup>d</sup> qui in gratia et caritate existit, sic declaratur (tamen lectori presupponitur quod loquimur de actu coniugali inter matrimonialiter coniunctos, quia alias implicaretur cum omnis actus venereus extra matrimonium est peccatum mortale et non nisi ab his qui extra charitatem existunt

<sup>a</sup> So *Nider*: ed. *prin.*: -ant

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -ciatum

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -ūes

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: eī

<sup>315</sup> *End (Nider adds: vel alijs modis)*

162D exercetur). Nam cum asserere oporteat ex | totius scripture sacre tradi-  
tione quod demones<sup>316</sup> magis permittuntur a deo sevire in peccatores  
quam in iustos – licet legatur ipsum iustissimum Job fuisse percussum,  
hoc tamen non fuit singulariter super potentiam generatiuam nec etiam  
directe – ideo dicere oportet quod quibuscunque talia maleficia inter  
matrimonialiter coniunctos contingunt, signum est quod vel ambe per-  
sone vel altera extra charitatem existat.

Et quidem fundamentum huius ex scripturis deducitur auctoritate et  
ratione. Nam angelus dixit Thobie: “In illos qui libidini vacant accipit  
demonium potestatem”: effectus demonstrat, vbi septem viros virgi-  
nis Sare occiderat. Item Cassianus in *Collatione Patrum*: “Diffinit beatus  
Antonius nullatenus posse demonem mentem cuiusque vel corpus in-  
uadere nisi eam prius destituerit omnibus cogitationibus sanctis ac spir-  
ituale contemplatione vacuam nudamque reddiderit.” Hec verba vtique  
applicari possunt super maleficium corporis vniuersaliter super totum  
corpus, cum Job tali maleficio<sup>a</sup> percussus non tamen nudus a diuina  
163A gratia fuit, sed particulariter, quando videlicet particulare maleficium  
ratione alicuius peccati accidit corpori, et hoc quidem non potest esse  
nisi peccatum incontinentie.<sup>317</sup>

Ratio. Nam, vt dictum est, propter feditatem illius actus, et quia per<sup>318</sup>  
ipsum primum peccatum diffunditur, deus plus permittit super ipsum  
quam super alios humanos actus:<sup>319</sup> ergo et inter matrimonialiter con-  
iunctos, vbi diuino auxilio propter peccatum destituuntur, amplius circa  
illam vim generatiuam maleficiari a deo permittuntur. Quod si queri-  
tur, cuiusmodi sint illa peccata, dici potest quod peccata incontinentie

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: mali-

<sup>316</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.5 (212A–B)*: Ideo vir sepius maleficiatur quam mulier, et magis permittit deus in peccatores deseuire demones quam in iustos, vnde angelus dixit Thobie: “In illos qui libidini vacant accipit demonium potestatem, licet aliquando in iustos,” sicut in Job, propter quod debent facere confessionem et huiusmodi, ne ferro manente in vulnere frustra sit malagina apponere. (Piger): Mihi adhuc occurrit de visco carnalis amoris dubium, vtrum in caritate existentes amore tali maleficiari valeant. (Theologus): Responsum huius accipe ex Cassiani verbis, quibus (Collatione ii Abba. Sereni) in hec verba concludit: “Diffinit,” inquit, “beatus Anthonius nullatenus demonem posse mentem cuiusquam vel corpus inuadere nec habere facultatem in cuiuslibet animam penitus irruendi nisi eam primo destituerit omnibus cogitationibus sanctis ac spiritali contemplatione vacuam nudamque reddiderit.” Non tamen ista ita intellige, vt demones amore prefato in caritate existentes non inpuignent et similibus, sed tales expugnare non valent.

<sup>317</sup> *End*

<sup>318</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.5 (211D)*: Plus autem permittit deus super hunc actum per quem primum peccatum diffunditur quam super alios actus humanos . . .

<sup>319</sup> *End*

que inter coniunctos<sup>a</sup> <sunt> cum varia sint iuxta illud Jeronimi (et habetur in textu: "Adulter est in propriam amator ardentior"), simul et huiusmodi amatores amplius in predictis maleficiuntur, remedia ergo ecclesiastica sunt duplicia: vnum in foro contentioso, alterum in foro conscientie practicatur.

Primum. Si in iudicio allegatur impotentia ex maleficio illata, tunc distinguendum est quia talis impotentia aut est temporalis aut perpetua: si temporalis, non impedit; tunc autem presumitur esse temporalis, quando infra spacium trium |annorum<sup>b</sup> cohabitantes et quantum pos-  
163B  
sunt operam dantes, siue per ecclesiastica sacramenta siue per alia remedia, sanari possunt. Si vero non sanentur aliquo remedio, extunc presumitur esse perpetua. Item aut precedit matrimonij contractionem et consummationem, et sic impedit contrahendum et dirimit iam contractum, aut sequitur matrimonij contractionem sed non consummationem, et est communis modus maleficiandi viros quando spernunt amasias. Tunc enim quia sperabant se matrimonialiter copulari et defraudantur, inferunt maleficia viris, vt nec alijs commiseri valeant. In tali enim casu, vt dicunt aliqui, dirimit matrimonium iam contractum nisi sub continentia cohabitare velint, vt Maria et Joseph, et habent pro se canonem. Dicitur enim (xxxij q. i) quod coniugium confirmatur officio, scilicet carnis, vt dicit glosa. Et parum<sup>c</sup> post dicitur quod antequam confirmetur, impossibilitas officij soluit vinculum coniugij aut sequitur matrimonium consummatum,<sup>d</sup> et tunc vinculum matrimoniale non dirimit.

Plura alia a doctoribus notantur, sed quia non precise sunt presentis  
163C  
speculationis, notantur autem in varijs scriptis doctorum, vbi de maleficali impedimento tractant, ideo hic est supersedendum. Tantummodo si quis difficultaret, quomodo actus ille possit impediri respectu illius mulieris et non respectu alterius, respondit Bonaventura: "Hoc est vel quia sortilegus ad hoc respectu persone determinate diabolum inuitauit, vel quia deus respectu persone cuiuslibet impedire non permittit. Occultum enim iudicium dei hic latet, vt in vxore Thobie." Qualiter autem diabolum hoc facere possit, patet ex premissis: dicit tamen hic Bonaventura quod impedit generatiuam, non impedimento intrinseco ledendo organum, sed extrinseco impediendo vsum, et est impedimentum

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: cognatos (cf. 164C; the confusion may have been aided by the identical pronunciation of ni and gn as "ny".)

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: annn-

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: parū (fōr paruo ?)

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: -suma-

artificiale, non naturale, et ita potest impedire ad vnam et non ad alias, vel tollendo excitationem concupiescentie ad illam vel aliam, et hoc per virtutem propriam vel per herbam vel per lapidem vel per aliquam naturam occultam, et satis concordat cum dictis Petri.

163D Remedium vero ecclesiasticum in foro conscientie traditur xxxij | q. viij “Si per sortiaras,” vbi sic dicitur: “Si per sortiaras atque maleficas artes nonnunquam occulto iusto dei iudicio permittente et diabolo preparante concubitus <non><sup>a</sup> sequitur, hortandi sunt quibus ista eueniunt vt corde contrito et spiritu humiliato deo et sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant et profusis lachrymis et largioribus elemosinis et orationibus atque ieiunijs domino satisfaciant.” Jn quibus verbis notatur quod tantummodo propter peccata et extra charitatem existentibus talia contingunt. Sequitur: “Et per exorcismos ac cetera ecclesiastice medicine munimina ministri ecclesie tales, quantum annuerit dominus, qui Abymelech et domum eius Abrahe orationibus sanauit, sanare procurent.”

Vnde summarie dicere possumus quod quinque sunt remedia que talibus sic maleficiatis licite applicari possunt, videlicet <ad> sanctorum aliquorum limina peregrinatio; et ibidem peccatorum suorum cum contritione vera confessio; signi crucis et orationis deuote multiplicatio; per 164A verba sobria licita exorcizatio<sup>b</sup> (que qualiter fieri debet | inferius patebit); et cauta maleficij ablatio<sup>c</sup> (facit ad hoc quod supra de comite tactum est, qui cum<sup>d</sup> per triennium sibi matrimonialiter copulatam virginem cognoscere non potuisset).

#### REMEDIA CONTRA MALEFICIATOS SUPER AMOREM VEL ODIUM INORDINATUM

##### Capitulum Tertium

SICUT MALEFICIUM IN POTENTIA generatiua, ita philocaptio et odium in voluntate causantur: expedit primo de eius causa, et tandem quantum possibile est de eius remedijs transcurrere.

<sup>a</sup> Confusion caused by the double negative of this clause led to various attempts to correct the sense in MSS of the Decretum. The text used here may well have lacked non, but the clause is gibberish without it.

<sup>b</sup> Ed. prin.: exoraizatio

<sup>c</sup> Ed. prin.: ob-

<sup>d</sup> Grammatically unnecessary as the sentence stands, but apparently cum generated the subj. potuisset, and a corresponding main clause has been inadvertently omitted.

Philocaptio<sup>320</sup> igitur seu amor inordinatus vnus sexus ad alterum triplici ex causa oriri potest: aliquando ex sola incautela oculorum; aliquando ex tentatione demonum solum; aliquando ex maleficio nigromanticorum et maleficarum simul et demonum.

De primo dicitur (*Jacobi* i): "Vnus quisque tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus; deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem." Sic Sichem cum vidisset Dinam exeuntem ad videndum mulieres regilonis illius, admauit eam et rapuit et dormiuit cum illa et 164B  
conglutinata est anima eius cum ea" (*Genesis* xxxiii) secundum glosam: "Infirmis anime sic accidit quando postpositis proprijs aliena negocia curat, seducitur consuetudine, et fit vna vnitate consensus cum illicitis."

De secundo, quod oriatur ex tentatione demonum principaliter. Sic Aman sororem Thamar speciosissimam admauerat et deperierat in ea valde, ita vt propter amorem eius egrotaret (*ij Regum* xiiij). Non enim in toto tam corruptus esse potuit<sup>321</sup> mente vt in tantum facinus stupri prosileret si non grauitur a diabolo tentatus fuisset.<sup>322</sup> De hoc etiam genere amoris refertur est *Liber Sanctorum Patrum*, qui refert omnem tentationem carnalis amoris sibi in heremis substraxisse quosdam, qui tamen vltra quam credi potest amore mulierum tentabantur aliquotiens. Vnde et (*ij Corinthiorum* xi) apostolus dicit: "Datus est mihi stimulus carnis mee angelus Sathane, qui me colaphiset," vbi glosa: "Tentando per libidinem datus est mihi stimulus," aiunt quidam.<sup>323</sup> Tentatio autem cui non consentitur non est peccatum, sed materia exercende virtutis." 164C  
Hoc intelligitur de tentatione que ab hoste, non a carne, que peccatum est veniale etiam si ei non consentiatur. De his varia exempla leguntur in varijs locis.<sup>324</sup>

De tertio, quod amor hereos<sup>325</sup> proueniat ex maleficijs demonum et maleficarum,<sup>326. 327</sup> possibilitas huius maleficijs supra in questionibus prime partis ("an demones per maleficas mentes hominum ad amorem vel odium immutare et incitare valeant") ad longum deducitur: per varia

<sup>320</sup> *Start of Nider, Form. 5.5 (210C-211A), which begins: De philocaptione seu amore inordinatus vnus sexus ad alterum scire debes quod ex triplice causa oriri potest. Aliquando ex sola . . .*

<sup>321</sup> *Nider: videretur*

<sup>322</sup> *Here a quotation from a gloss in Nider is omitted.*

<sup>323</sup> *Nider: vt quidam aiunt.*

<sup>324</sup> *Nider: Et de amore habes exemplum etiam in Formicarij nostri lib. i.*

<sup>325</sup> *Nider: illicitus*

<sup>326</sup> *Nider: ydolatrarum*

<sup>327</sup> *End*

etiam gesta et acta a nobis reperta comprobatur, imo inter omnia maleficia nimium<sup>a</sup> propter sui generalitatem reputatur.

Quod si queritur: “Petrus philocaptus amore talis etc.: nescitur an primo, secundo aut tertio modo,” respondetur: odium inter coniugatos cum crimine adulterij etsi operatione demonum fieri possit, vbi tamen fisco<sup>b</sup> carnalis [concupiscentie]<sup>c</sup> amoris quis adeo inuoluitur et succenditur<sup>328</sup> vt nulla confusione, plagis, verbis aut factis ad destitendum cogi valeat;<sup>329</sup> item vbi quis sepe pulcriorem dimittit vxorem et turpissime adheret; item vbi nocturno tempore nec quiescere valent, | sed ita dementantur vt per deua queque incedere habeant (optimates, prelati et alij diuites sepissime his miserijs inuoluntur). Est quidem hoc tempus muliebre de quo Hildegardus,<sup>d</sup> vt Vincentius in *Speculo Historie* refert, predixit quod non tamdiu durabit quantum hucusque perstitit,<sup>330</sup> cum iam mundus plenus sit adulterij, precipue in optimatibus. Et quod opus scribere de remedijs qui remedia abhorrent! – tamen vt pio lectori satisfiat, aliqua breuiter tangamus.

Super philocaptionem sine maleficio. Avicenna septem remedia ponit, quando videlicet personam egrotare facit, sed parum ista nostre speculationi nisi quantum mistice anime languenti deseruiunt. Dicit<sup>331</sup> enim (libro iij) quod ex variatione pulsus et<sup>e</sup> ad nominationem amati, cum ibi radix egrotationis habetur, tunc si lex sustinet, fiat copula per matrimonium, quia sic sanantur cum obeditur nature; aut fiat applicatio medicinalium, de quibus ibidem tractat et docet; aut vt egrotus amorem suum de dilecto per licita remedia ad aliud diligendum conuertat, quod

<sup>a</sup> *Early mod. emendation; ed. prin.:* minimum

<sup>b</sup> Sc. v-

<sup>c</sup> *The phrase viscus carnalis amoris appears in Nider, so concupiscentia is presumably some sort of gloss that has been mistakenly inserted into the adaptation of the phrase.*

<sup>d</sup> Sc. -is

<sup>e</sup> *Not in Nider and obstructive of the sense*

<sup>328</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.5 (210A):* Multos audiui . . . adeo succendi vt . . . valent.

<sup>329</sup> *End*

<sup>330</sup> *Quotation of Vincent of Beauvais, Speculum Historie 31.108*

<sup>331</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.6 (216A–C):* Tradit enim Avicenna septem remedia inter cetera (li. iij). Vnum est agnoscere personam in qua captus est, quod experitur aliquis ex fassione infirmi vel ex variacione pulsus ad nominationem amati, quia sic radix egrotationis habetur . . . Aliud est copula per matrimonium si lex sustinet, quia ita quidam sanantur cum obeditur nature. Tertium est applicacio medicinalium, de quo ibidem tractat et docet. Quartum est vt amorem suum de dilecto per licita remedia ad aliud diligendum conuertat quod priori preeligere debet, et ita fugere presentiam amati, quia sic distrahitur animus. Quintum: si ille rationabilis est, corrigatur, hortetur et tribuletur, et amoris opus ostendatur esse miseria. Sextum est vt potissimum vetule ad ipsum dirigantur, qui quantum cum veritate et deo possunt vituperent corpus et dispositionem dilecti et mores cum transfiguratione facierum turpi seu deformi . . . Septimum est vt occupetur in rebus arduis, distractiujs officijs, et huiusmodi.

priori preeligere debet, et ita fugere presentiam amati, quia | sic dis- 165A  
trahitur animus; aut etiam si corrigibilis est, tribuletur, hortetur, quod  
opus amoris est maxima miseria; vel dirigantur ad ipsum qui quantum  
cum veritate et deo possunt vituperent<sup>a</sup> corpus et dispositionem dilecti  
et mores cum transfiguratione facierum turpi seu difformi; vel saltim  
ultimo vt occupentur in rebus arduis et distracciuis officijs.<sup>332</sup>

Reuera sicut animalis homo per huiusmodi remedia sanatur, ita ad  
spirituale singula capiendo interiorem hominem reformant: obediatur  
legi mentis potius quam nature; conuertit<sup>b</sup> amorem suum ad eternas  
delitias; recordetur quam momentaneum sit quod delectat et eternum  
quod cruiat; querat delitias in illa vita vbi sic inchoantur quod nunquam  
finiuntur, cuius qui amator esse noluerit, et istam perdet et illam non  
inueniet et eternis ignibus deputabitur. Ecce tria damna irrecuperabilia  
ex amore hereos prouenientia!

Super philocaptionem vero ex maleficio. Remedia in precedenti capi-  
tulo tacta non inconuenienter et hic applicari possunt, precipue autem  
exorcisatio per sacra verba quam sibiipsi | facere taliter maleficiatus potest: 165B  
quotidie angelum sanctum sibi ad custodiam a deo deputatum inuocet,  
pura confessione sanctorum limina, precipue autem beatissime virginis,  
frequentet, et sine dubio liberabitur. Sed quam vituperabile vt barbati  
homines donis naturalibus et virtutum armis abiectis seipsos tueri ren-  
nuunt<sup>c</sup> cum puellule sepissime inuicta infirmitate huiusmodi maleficia  
his armis propulerunt! Jn quarum commendationem vnum e multis in  
medium producamus.

Fuit in rurali villa quadam prope Lindawe Constansiensis diocesis  
virgo adulta facie pulcra et elegantior moribus: in huius aspectu captus  
quidam vir leuis moribus, clericus ferre<sup>d</sup> solo nomine – vtinam non sa-  
cerdos!<sup>e</sup> – qui vulnus sue mentis vltra celare non valens, venit ad laborato-  
rium dicte virginis et honestis verbis se rethe demonis exhibens primum,  
tandem ad amorem sui virginis ausus est verbis dumtaxat prouocare ani-  
mum, quod illa diuino instinctu percipiens intacta mente et corpore 165C  
respondit viriliter: “Domine, cum verbis talibus domum meam nolite  
frequentare: alioquin repulsam<sup>f</sup> sustinebitis, verecundia mediante.” Cui

<sup>a</sup> *So Nider; ed. prin.: -et*

<sup>b</sup> *Sc. -at*

<sup>c</sup> *Sc. renuunt*

<sup>d</sup> *Presumably fer|re=fere*

<sup>e</sup> *Ed. prin.: se-*

<sup>f</sup> *Ed. prin.: -pulam*

ille: “Etsi me diligere modo rennuis<sup>a</sup> verbis dulcibus monita, non post modicum coacta operibus me amabis, tibi promitto.” Erat vir ille suspectus incantator et de maleficio, sed verba hec virgo pro vento habuit nec scintillam amoris carnalis ad virum in se sensit protunc, sed euoluto non multo tempore imaginationes amorosas de viro illo cepit habere. Quod illa percipiens diuinitus inspirata ad matrem misericordie confugit et pro auxilio a filio impetrando deuotissime implorauit: et statim honestam societatem requirens peregrinari cepit ad locum heremitarum – sic enim nominatur ecclesia in honore ipsius genetricis miraculose consecrata in prefata diocesi – in qua sacramentaliter confessa, ne in ea aliquid inuenire posset malignus spiritus, et ad ipsam matrem pietatis precibus fuis protinus omnis cessauit hostis machinatio, ita vt eam post modum nunquam tangeret.

165D Supersunt tamen adhuc et barbati viri a maleficis mulierculis impertune super huiusmodi sollicitati, quasi nequaquam a philocaptione earum se contineri possent, qui tamen viriliter resistentes, quantum se vltro pulsari<sup>b</sup> illecebris imaginationibus<sup>c</sup> sentirent, tantum etiam per presidia premissa cuncta machinamenta diaboli superant.

Et vere speculum huius pugne: quidam iuuenis prediues in oppido Ysbruck, qui quantum a maleficis pulsatus fuit nec calamo exarari quis posset, semper virilem animum gerens per prefata remedia intactus euasit. Quare et merito concluditur prefata remedia contra huiusmodi morbum esse certissima, ita quod certissime ita liberantur quicumque his armis vtuntur.

Et quod de amore inordinato, hoc et de odio, cum oppositorum eadem sit disciplina, intelligendum est, licet aliqualis in modo maleficiandi cum sit differentia, etiam aliud remedium illa persona que odio habetur requirere debet. Ipse enim qui odio habet et in corde defert non de facili, si adulter est, ad amorem vxoris etiam per quascunque peregrinationes flectitur.

166A Et quia relatu maleficarum compertum est quod per serpentes huiusmodi maleficia | ad odium procurantur, eo quod dum primum instrumentum erat diaboli et in sui maledictionem recepit inimicitiam inter ipsum et mulierem, ideo et tales inimicitias ex ipsis procurare satagunt, ponendo pellem aut caput serpentis sub limine hostij camere aut domus, vnde et omnes anguli domus sunt perquirendi et innouandi quo ad inhabitationes quantum possibile est, vel alienas inhabitare domos.

<sup>a</sup> Sc. renuis

<sup>b</sup> Ed. *prin.*: -are

<sup>c</sup> Sc. -is?

Et quidem cum dictum sit quod seipsos maleficiati exorcizare valeant, intelligitur quod verba sacra, benedictiones et carmina secum deferre in collo poterunt, si quidem legere aut seipsos benedicere nescirent, que tamen qualiter facienda sint, in sequentibus patebit.

REMEDIA SUPER EOS QUIBUS VIRILIA MEMBRA  
PRESTIGIOSA ARTE AUFERUNTUR ET VBI INTERDUM IN  
BESTIALES FORMAS HOMINES TRANSMUTANTUR

Capitulum Quartum

SUPER EOS QUI PRESTIGIOSA arte illuduntur vt se virili membro carere aut in bestiales formas transmutatos esse putant: quibus | remedijs <sup>166B</sup> subleuari valeant, ex premissis satis euidenter elicitur. Nam cum tales omnino diuina gratia destituuntur, quod principium in maleficiatis existit fundamentum, non est possibile vt ferro manente in vulnere<sup>333</sup> emplastrum curatiuum apponatur: expedit ergo vt per veram confessionem deo ante omnia reconcilietur.

Demum quia, vt supra in secunda parte operis capitulo septimo tactum est, talia membra nunquam in veritate euelli aut segregari a corporalibus sed tantummodo prestigiosa arte occultari ad sensum tactus et visus, patuit etiam quod huiusmodi illusiones in gratia constitutis non ita faciliter nec actiue nec passiuè contingunt, vt videlicet eis membra auferantur aut quod in eorum visiuà potentia, quasi alijs sint ablata, deludantur, ideo et remedium in eodem capitulo expremitur cum ipso morbo, vt videlicet, quantum possibile sit, cum ipsa malefica amice se componant.

Super eos denique qui in bestiales formas se transmutatos esse putant, sciendum quod hoc genus maleficij non ita in occidentalibus sicut orientalibus regnis practicatur. (Intellige quo ad secundas personas, licet quo ad proprias maleficarum personas hoc sepius apud nos visum fuerit, ipsas <sup>166C</sup> videlicet maleficas in effigijs animalium oculis intuentium se obiecisset, vt supra capitulo octauo deductum, quare et remedia que in tertia parte operis deducuntur, super exterminium videlicet maleficarum per secularè brachium, forent applicanda.)

Et quidem quomodo orientales huiusmodi illusiones remediare solent, sic deducitur. Nam ex militaribus fratribus ordinis sancti Johannis Hierosolimitani in Rhodis veridica relatione plura de his percepimus, precipue autem quod in ciuitate Salamina regni Cypri talis casus accidit.

<sup>333</sup> ferro . . . in vulnere *is from Nider, Form. 5.5 (212A)*

Nam cum ibi portus sit maris et nauis quedam onusta mercimonij applicando<sup>a</sup> peregrinis nauim exeuntibus, vt quisque victualibus se muniret, iuuenis quidam ex eis robustus domum cuiusdam mulieris extra ciuitatem super litus maris situatam accessit et an oua haberet ad vendendum a muliere scissatur.<sup>b</sup> At mulier cernens iuuenem robustum forensem et alienum a patria, vnde minor de eo suspitio apud intraneos super eius 166D perdicionem oriri posset, “Exspecta,” inquit, “paululum et iuxta | optata singula recipies,” et dum moram faceret clausa in interiori parte domus, iuuenis ab extra, vt eum quamtotius expediret, ne nauem eum negligere contingeret, clamare cepit. Tunc mulier aliqua oua attulit, iuueni tradidit, et in casu quo nauem neglexisset et<sup>c</sup> ad eam rediret sibi iniunxit. Veloci igitur cursu ad nauem que in littore maris erat properauit, et ante ingressum, eo quod necdum alij socij omnes conuenerant, oua comedere et seipsum reficere studuit: et ecce post horam mutus effectus et quasi mente destitutus, vt post ipse referre solitus erat de seipso, ammirans quidnam sibi accidisset, conicere non poterat. Volens ergo nauim intrare ab immorantibus baculis verberatus repellitur, cunctis acclamantibus: “Ecce, ecce! Quidnam in asino? Maledicaris, bestia! Num et tu nauim intrabis?” Repulsus sic iuuenis et verba illorum qui ipsum asinum affirmabant intelligens, apud se ruminabat et quod maleficio<sup>d</sup> mulieris infectus esset cogitare cepit, precipue in eo quod nullum verbum formare poterat, cum tamen ipse omnes intelligebat. Et dum rursus nauim 167A ascendere tentaret, | grauioribus cesus verberibus, ipsum amaro corde remanere et recessum nauis conspicere opus erat. Huc illucque discurrens, cum omnes ipsum asinum estimabant, necesse erat vt tanquam bestia ab omnibus tractaretur. Compulsus igitur ad domum mulieris redijt, cui ad placitum pro conseruatione vite sue vltra triennium seruiuit, nil operis faciens manibus nisi necessaria domus in lignis et pladis<sup>e</sup> apportans, etiam que exportanda erant tanquam iumentum deportabat, hoc consolationis relicto vt licet ab omnibus alijs iumentum reputaretur, ab ipsis tamen maleficis coniunctim vel diuisim morantibus vt verus homo humanitus conuersando in incessu, statu et habitu agnoscebatur.

Quod si queritur quomodo onera sibi tanquam iumento imponebantur, dicendum quod sicut Augustinus narrat de mulieribus stabularijs que hospites conuertebant in iumenta onera portantia (li. xvij c. xvij, *De Ciuitate Dei*) et de patre Prestantij, qui se caballum seu equum

<sup>a</sup> Sc. naue . . . applicante

<sup>b</sup> Sc. scisc-

<sup>c</sup> Unnecessary

<sup>d</sup> Ed. prin.: -in

<sup>e</sup> Sc. b-

fuisse et annonam cum alijs animalibus baiulasse narravit, vtique ex illis actis de presenti iudicamus, ita quod triplex deceptio prestigiosa arte fiebat: prima quo ad homines iuuenem non vt hominem sed vt asinum 167B intuentes, quod qualiter demones faciliter procurare possunt, supra (viiij capitulo) patuit; secunda, quod illa onera non fuerunt illusoria, sed vbi vires iuuenis excedebant, demon inuisibiliter deferebat; tertia,<sup>2</sup> quod sibiipso dum inter alios conuersabatur iuuenis etiam iumentum videbatur, in imaginatione dumtaxat et estimatiua potentia, que sunt affixe organis corporalibus, non autem in ratione, que non a deo erat ligata quin se hominem sciebat, sed arte magica delusum, vt tanquam bestia estimaretur, sicut et de Nabuchodonosor ibidem explicatur.

Triennio igitur sic elapso in quarto dum quodam die ante meridiem ciuitatem prefatam intrasset et mulier a longe sequeretur, contigit quandam ecclesiam, in qua diuina celebrabantur, iuuenem sic maleficiatum preterire: audiens nolam campane, cum more Latinorum et non Grecorum in illo regno diuina peraguntur, pro eleuatione corporis Christi ad ecclesiam se conuertit, et intrare dum propter verbera et expulsionem non auderet, a foris genua et crura posteriora in terram fixit et anteriores pedes, id est, manus, simul iunctas eleuans, ex capite asinino, vt 167C putabatur, sacramentum in eleuatione intuetur. Quod prodigium dum certi Januenses mercatores conspexissent mirantes, asinum sequuntur et inter se de miro opere conferentes: ecce malefica cum baculo asinum insequitur, et quia, vt premissum est, huiusmodi maleficia illis in partibus plurimum practicantur, ad instantiam mercatorum per iudicem asinus cum malefica capitur. Interrogata et questionibus exposita crimen fatetur et, vt ad domum redire valeat, iuuenem restituere sue forme promisit. Dimissa igitur ad domum regressa, iuuenis ad pristinam formam reducitur et ipsa denuo capta debitam vltionem pro commissis suscepit, et iuuenis ad propria cum gaudio remeavit.

#### REMEDIA CONTRA OBSESSOS EX MALEFICIO

##### Capitulum Quintum

QUOD INTERDUM EX MALEFICIO demones quosdam<sup>334</sup> homines substantialiter inhabitant supra (c. ix et x) satis patuit, quibus etiam de

<sup>2</sup> *Ed. prin.*: -o

<sup>334</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.11 (237C-238C)*: Reperio autem quod v de causis aliquem contingit possideri: aliquando pro proprio maiori suo merit; aliquando pro alieno leui delicto, aliquando pro suo veniali peccato, aliquando pro graui peccato alieno, et aliquando pro magno facinore proprio.

167D causis quia non solum pro graubus criminibus proprijs | imo interdum pro proprio suo maiori merito, aliquando pro alieno leui delicto, aliquando pro suo veniali peccato, aliquando pro graui alieno peccato, et aliquando pro alieno facinore proprio,<sup>335</sup> pro quibus etiam diuersi diuersimode possidentur, quidam plus, alij minus, vt eitam Nider in suo *Formicario* recitat: non mirum si maleficio seu ad instantiam malefice demon deo permittente hominem substantialiter modo quo ibi declaratur, quod videlicet per substantiam sit intelligendum, inhabitet. Quibus autem remedijs liberari possint, quod videlicet per exorcismos ecclesie et cum hoc vera contritione vel etiam confessione, vbi pro mortali quis esset obsessus, patuit ex ibidem deductis et ex illius sacerdotis Bohemi liberatione, sed quod vltra hec duo remedia etiam tria alia valeant suffragari, videlicet eucharistie sacra communio, sanctorum locorum applicatio vel bonorum oratio, et excommunicationis absolutio, prefati doctoris discursu, quem etiam deducere expedit, cum <non> omnes necessariorum tractatuum copiam habent.

Nam de ipsa sacra communione Cassianus<sup>336</sup> (*Collatione Abbatis prima*) loquitur in hec verba. "Communionem sacrosanctam nequie spiritibus | traditam<sup>337</sup> a senioribus nostris nunquam meminimus<sup>338</sup> interdictam; quin imo etiam si possibile esset, eis quotidie impartiri eam etiam debere censebant, que ad purgationem ac tutelam corporis animeque peruenire credenda est, et que ab homine percepta eum qui in membris eius insidet spiritum seu in ipsis latitare conatur quodam exurens fugat incendio. Hoc nanque modo curatum abbatem Andronicum nuper aspeximus. Insultabit<sup>339</sup> offenso,<sup>340</sup> cum eum a celesti medicina viderit segregatum. Tanto enim<sup>341</sup> durius et frequentius attentabit affligere, quanto eum a spirituali remedio senserit longuis abdicatum." Hec Cassianus.

Et iterum de eisdem ibidem dicit: "Duo hic credere immobiliter oportet: primo, quod sine dei permissu nullus ab eis spiritibus omnino tentatur; secundo, quod omnia que nobis a deo inferuntur, siue tristia<sup>a</sup> ad presens siue leta videantur, velud<sup>b</sup> a pijssimo patre clementissimoque

<sup>a</sup> So Nider; ed. prin.: tristitia

<sup>b</sup> Sc. -t

<sup>335</sup> End

<sup>336</sup> Start of Nider, Form. 5.11 (241A-243C), which begins: ... Cassianus dicit: "Communionem ..."

<sup>337</sup> Nider: -is!

<sup>338</sup> Nider: memini

<sup>339</sup> Nider: Magis enim magis insultabit ...

<sup>340</sup> Nider: -e

<sup>341</sup> Nider: et tanto

medico pro nostris vtilitatibus irrogantur, et idcirco eos velut pedagogis<sup>a</sup> traditos humiliari vt discedentes ab hoc mundo vel purgatores<sup>b</sup> ad vitam aliam transferantur vel penali vigore plectantur, qui secundum apostolum traditi sunt in presenti Sathane in interitum carnis, vt spiritus 168B salui fiant in die domini nostri Jesus Christi.”

Sed<sup>342</sup> hic oritur dubitatio: cum apostolus dicat: “Probet seipsum homo et sic de pane illo edat,” quomodo possunt obsessi non habentes vsum rationis communicare? Respondit sanctus Thomas de hoc in *Tertia Parte* (q. lxxx), sic distinguendo de omnibus amentibus. “Aliqui,” inquit, “dicuntur non habere vsum rationis dupliciter: vno modo quia habent debilem vsum rationis (sic dicitur non videns qui male videt), et quia tales possunt aliquam deuotionem concipere huius sacramenti, non est eis hoc sacramentum denegandum; alio modo dicuntur aliqui non habere vsum rationis, quia sic a natiuitate permanserunt, et sic talibus non est hoc sacramentum adhibendum, quia in eis nullo modo processit huius sacramenti deuotio; aut non semper caruerunt vsu rationis, et tunc si prius, quando erant sue mentis compotes, apparuit in eis huius sacramenti deuotio, debet eis in articulo mortis hoc sacramentum exhiberi, nisi forte timeatur periculum vomitus<sup>c</sup> vel epuitionis. Vnde legitur ex consilio Carthaginensi (et habetur xxvi q. vi): ‘Js qui in infirmitate penitentiam petit, si casu dum ad eum inuitatus sacerdos | venit oppressus infirmitate obmutuerit<sup>d</sup> vel in frenesim 168C conuersus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem et infundatur ori eius eucharistia.’ De baptisatis qui corporaliter ab immundis spiritibus vexantur est eadem ratio, et de alijs amentibus.” Hec Thomas.<sup>343</sup>

Addit tamen in *Quarto* (dist. ix) quod demoniacis non est deneganda communio, nisi forte certum sit pro aliquo crimine a diabolo torqueri. Cui sic Petrus de Palude addit: “Jn hoc casu pro excommunicandis sunt habendi, qui traditi sunt Sathane.”<sup>344</sup>

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -os

<sup>b</sup> *So Nider; ed. prin.*: -iões

<sup>c</sup> *So Nider; ed. prin.*: -is

<sup>d</sup> *So Nider; ed. prin.*: -uit

<sup>342</sup> *The beginning of this paragraph is somewhat modified to adapt the dialogue format of Nider 241A:* (Piger): Quid ergo erit de vsum rationis non habentibus, qui se probare non possunt et sic edere de cibo (hoc secundum apostolum) non valent? (Theologus): Sanctus doctor de hoc in . . . sic distinguit . . .

<sup>343</sup> *Nider adds:* Et ad hoc Cassianum allegat.

<sup>344</sup> *Nider adds:* Hec Petrus.

Ex quibus liquet quod si aliqui sunt possessi a demone etiam propter sua crimina, habentes tamen lucida interualla et rationis vsum, postea conuertuntur<sup>a</sup> de peccatis suis vel debite confitentur, tales cum sint absoluti coram deo, nullatenus sunt a communione diuinissimi sacramenti eucharistie sequestrandi.

De sanctorum applicatione vel deuota oratione. Quomodo per hec obsessi etiam potenter liberantur, legende sanctorum referte sunt. Merita enim sanctorum martirum, confessorum, virginum exigunt vt hi spiritus nequam sanctorum in patria existentium | oratione et intercessione vincantur, quos sancti in via vicerunt.

Similiter viatorum deuote orationes liberationem<sup>b</sup> obsessorum obtinuisse sepe leguntur. Vnde ad hoc hortatur Cassianus (vbi supra): “Si,” inquit, “haberemus hanc sententiam, imo fidem, quam superius comprehendendi, vt et omnia per dominum fieri pro vtilitate animarum et dispensari vniuersa, non solum nequaquam despiciemus eos, sed etiam pro eis tanquam pro membris nostris incessanter orabimus, eisque totis visceribus ac pleno compatiemur affectu.”

De vltimo<sup>345</sup> modo absoluendi aliquem ab excommunicatione sciendum quod nec iste communis est nec forte licitus nisi habenti auctoritatem et specialem reuelationem vel probabilitatem quod possessus quis sit propter excommunicationem ecclesie, sicut apostolus (*i Ad Corinthios v*) excommunicatum a se et a plebe Corinthum fornicarium tradidit Sathane in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret in die domini nostri Jesu Christi, id est, vt glosa dicit, vsque ad illuminationem gratie contritionis vel ad iudicium. Et pseudo-doctores qui fidem perdidierant, videlicet Jmeneum et Alexandrum, tradidit Sathane, vt discerent non blasphemare (*i Ad Thimotheum i*). | “Tante enim potestatis erat apostolus,” dicit glosa, “tantamque gratiam habebat, vt recedentes a fide solo verbo traderet diabolo.”

Vnde sanctus Thomas in *Quarto* (di. xviiij), vbi magister tres effectus excommunicationis tradit, eosdem sic declarat idem doctor. “Et hoc ipso,” inquit, “quod aliquis suffragijs ecclesie priuatur triplex incommodum incurrit per tria que quis ex suffragijs ecclesie consequitur. Valent enim ad augmentum gratie eis qui habent vel ad merendum eis<sup>c</sup> qui non habent. Et quantum ad hoc magister dicit quod gratia subtrahitur per excommunicationem. Valent etiam ad custodiam virtutis, et quantum ad hoc dicit quod protectio subtrahitur, non quod omnino a dei

<sup>a</sup> So Nider; ed. prin.: conuertuntur

<sup>b</sup> So Nider; ed. prin.: -um

<sup>c</sup> So Nider; ed. prin.: ei

<sup>345</sup> Nider: sexto

prouidentia excludantur, sed ab illa que filios ecclesie specialiori modo custodit. Valent etiam ad defendendum ab hoste, et quantum ad hoc dicit quod diabolo maior potestas seuiendi in ipsum datur et corporaliter et spiritualiter, vnde in primitiua ecclesia quando oportebat per signa homines ad fidem inuitare, sic spiritussanctus visibili signo manifestabatur: ita excommunicatus corporali vexatione a diabolo innotescebat. Nec est inconueniens si ille qui non est desperatus hosti datur, quia non datur ei quasi damnandus, sed quasi corrigendus, cum in potestate ecclesie sit ex eius manu ipsum eripere cum voluerit.” Hec Thomas.<sup>346</sup> 169B

Vbi tamen exorcista ad cautelam obsessum absoluat, non videtur inconueniens, sed subdit Nider quod cauendum<sup>347</sup> est valde exorciste ne de suis viribus faciliter presumat aut iocum et ludum serio deo operi intermisceat aut superstitiosum vel suspectum aliquid de maleficio adijciat: alioquin penam vix euadet, vt declaratur per exempla.

Nam de primo refert beatus Gregorius (i *Dialogorum*) de quadam que<sup>a</sup> contra conscientiam suam a marito petente et obtinente<sup>b</sup> debiti redditionem in vigilia dedicationis ecclesie sancti Sebastiani, et<sup>c</sup> quia contra conscientiam ecclesie processioni se immiscuit, possessa est et publice furiebat. Quo viso sacerdos eiusdem ecclesie de altari syndonem tulit eamque cooperuit. Sed et hunc sacerdotem repente diabolus simul inuasit, et quia vltra vires voluit quicquam presumere, compulsus est in sua vexatione cognoscere quis esset. Hec Gregorius.

De secundo, vt nullus de officio exorcistatus sanctum ordinem concernens<sup>d</sup> iocum faciat, refert Nider se vidisse<sup>348</sup> in conuentu Coloniensi fratrem verbis satis iocosum, sed in gratia expellendi demones famosum. 169C Hic cum in terminis conuentus Coloniensis demonem in obsesso corpore artaret, iam demon petiuit a fratre locum recedendi, quo gauisus frater ait in ioco: “Jn cloacam meam vadas!” Exijt igitur demon. Nocte cum frater ventrem purgare vellet, demon eum tam dire torsit prope cloacam, vt vitam cum difficultate saluaret.

Sed et hoc precipue cauendum vt obsessi etiam per maleficas ad presidia maleficarum non ducantur.<sup>349</sup> Vnde et de prefata femina Gregorius

<sup>a</sup> Not in Nider and unnecessary

<sup>b</sup> Ed. prin.: -i

<sup>c</sup> Not in Nider and unnecessary

<sup>d</sup> Sc. -entis

<sup>346</sup> Pause

<sup>347</sup> Resume (Nider begins: Ex quo vltimo patet sextum remedium. Sed cauendum . . .)

<sup>348</sup> For De secundo . . . vidisse Nider has: Nec de officio quod exorcistatus secundum ordinem sanctum requirit quis iocum faciat. Nam vidi in conuentu . . .

<sup>349</sup> For this sentence Nider has: Cum preterea maleficorum presidia super possessos inuocantur, finis deterior quam principium sepe efficitur.

infert: “Cum,” inquit, “propinqui eam carnaliter amantes atque amando persequentes ad obtinendum salutis remedium maleficis tradidisset et per eas ad fluuium ducta et in aquam mersa multis incantationibus agitata fuisset,<sup>350</sup> dum vnus demon expelli debuit, legio subintravit et eorum distinctis vocibus iam clamare<sup>a</sup> cepit. Vnde consanguinei tandem confidentes et de hoc dolentes eam presentarunt sancto episcopo Fortunato, qui diuturnis orationibus et ieiunijs eam<sup>b</sup> ex integro sanauit.<sup>351</sup>

169D Sed quia dictum sit debere exorcistas cauere ne superstitiosum vel suspectum aliquid de maleficio adijciant, dubitare exorcista posset an certas herbas et petras etiam non benedictas adhibere posset. Responsio. Si benedictae sunt herbe, tanto melius; si vero non, vt herba quedam que alias nominatur fuga demonis, vel etiam naturas lapidum si quis adhibeat, non erit superstitiosum, dummodo credat quod<sup>352</sup> non directe de sui natura demones compellant,<sup>353</sup> quia tunc incideret in errorem quod simili modo alijs herbis aut verbis possent cogi vt error nigromanticorum fatetur, putantes<sup>c</sup> se efficere per naturales et inditas talium virtutes. Vnde<sup>354</sup> sanctus Thomas in *Quarto* (dist. vij, arti. vlti.): “Non est,” inquit, “credendum aliquibus virtutibus corporalibus demones subiacere, et ideo non coguntur inuocationibus et factis quibusdam maleficis nisi in quantum per hoc fedus cum eis initur secundum quod dicitur Jsaie xvij: ‘Percussimus fedus cum morte et cum inferno fecimus pactum.’ et illud *Job* xl: ‘An extrahere poteris Leuiathan hamo’ et sequentia verba.” Sic finaliter exponit super *Job*, dicens: “Si quis recte considerat omnia premissa, videntur pertinere ad presumptionem nigromanticorum confutandam,<sup>d</sup> qui nituntur cum demonibus pactum inire ac eos sibi subijcere vel qualitercunque constringere. Ostenso ergo quod homo non potest sua virtute diabolum superare, concludit dicens: ‘Pone super eum manum tuam.’ Subaudi ‘si potes,’ quasi diceret<sup>e</sup> ‘nullo modo tua virtute potes.’ Superatur tamen virtute diuina, vnde subdit:

170A

<sup>a</sup> *So Nider; ed. prin.*: -ore

<sup>b</sup> *So Nider; ed. prin.*: eum

<sup>c</sup> *Sc.* -antium

<sup>d</sup> *So Nider; ed. prin.*: -is

<sup>e</sup> *So Nider; ed. prin.*: q. di. (*misunderstood abbreviation?*)

<sup>350</sup> *For tradidisset . . . fuit Nider has: tradiderunt, ducta igitur per eos ad fluminum atque in aquam mersa et multis incantacionibus agitata et . . .*

<sup>351</sup> *End*

<sup>352</sup> *Start of Nider, Form. 5.12 (245A–C), which begins: Detur quod prenomina non directe de sui natura aduocant vel compellunt demone . . .*

<sup>353</sup> *Pause*

<sup>354</sup> *Resume (Nider begins: Vnde dicit . . .)*

'Memento belli, quo scilicet ego pugno contra eum.'<sup>355</sup> Et potest dici quod ponitur presens pro futuro, scilicet 'pugnabo in cruce,' vbi capitur Leviathan per hamum, scilicet per diuinitatem occultatam sub esca humanitatis, estimans<sup>a</sup> saluatorem purum hominem. Vnde<sup>356</sup> etiam postea (xli) dicitur: 'Non est potestas super terram que ei potest comparari.' Per hoc," inquit, "signatur quod nulla virtus corporalis potest adequari potestati demonis, que est potestas pure spiritualis nature." Hec de Thoma.<sup>357</sup>

Sed quia<sup>358</sup> indirecte a demone obsessus potest virtute melodie, vt Saul per citharam Dauid, vel herbe vel corporalis rei alterius sibi a naturali proprietate inexistente releuari, ideo applicari possunt, quod quidem posse fieri auctoritatibus et rationibus deducitur. Nam xxvi q. | 170B  
vij "Demonium sustinenti" dicitur: "Licet petras vel herbas habere sine incantatione," et sunt Jeronimi verba. Jtem magister in *Historia* tractans illud *Thobie* vi, vbi Raphael ait Thobie: "Cordis particulam," scilicet de pisce, quam<sup>359</sup> cepisti, "si super carbones ponas, fumus eius exterret<sup>360</sup> omne genus demoniorum, siue a viro siue a muliere, ita vt vltra non accedat ad eos," dicit: "Nec super hoc mirari debemus, cum fumus cuiusdam arboris aduste eandem vim habere videatur," quamuis etiam spirituales in se contineat sensum, scilicet de fumo spiritualis orationis. Ad idem Albertus super *Luce* ix et Nicolaus de Lyra (*i Regum* xvi),<sup>361</sup> imo et

<sup>a</sup> *Dangling participle*

<sup>355</sup> *Pause*

<sup>356</sup> *Resume as adaptation:* Vnde etiam postea (capi. xli) dicitur: Non est potestas super terram que ei comparetur. Super quo idem: Per hoc, inquit, signatur quod nulla virtus corporalis adequari potestati demonis, que est potestas spiritualis nature. Et sequitur: qui factus est vt nullum timeret. Diabolus enim est ordinatione sue nature, in qua factus est a deo vt nec hominem timeret nec aliquam creaturam corporalem. Hec de Thoma.

<sup>357</sup> *End*

<sup>358</sup> *The following is a complex adaptation of Nider, Form. 5.12 (245C):* Indirecte autem quodam modo demone obsessus potest virtute melodie vel herbe vel corporalis rei sibi a naturali proprietate inexistente cerebrum vel partem corporis lesi a demone sanare vel reducere vt tollerabilius habeant, *to which is added 244D-245A:* . . . patet illud Thobie vi, vbi Raphael ait Thobie: "Cordis particulam," scilicet de pisce, quem cepisti, "si super carbones ponas, fumus eius extrahit omne genus demoniorum siue a viro siue a muliere, vt vltra non accedat ad eos." Idem in effectu patet ibidem (viii) vbi magister in *Historia* sic addidit: "Nec super hoc mirari debemus, cum fumus cuiusdam arboris aduste eandem vim habere perhibetur." Ymo beatus Jeronimus dicit "Demonium sustinenti, licet petras vel herbas habere sine incantatione," et habetur in fo<sup>o</sup> xxvi, q. vij "Demonium sustinenti." Ad idem allegat dominus Wilhelmus Parisiensis (vltima parte Summe De vniuerso).

<sup>359</sup> *Nider:* quem

<sup>360</sup> *Pause*

<sup>361</sup> *This clause replaces a more extensive indication of the opinions of Albert and Nicholas in Nider (245D).*

Paulus<sup>362</sup> Burdegalensis (super *i Regum* xvi) hanc conclusionem tenet quod non solum concedendum videtur quod per aliqua sensibilia possunt afflicti a demonibus releuari, sed etiam per sensibilia aliqua possunt totaliter liberari – sed hoc intellige quando non atrociter affliguntur – et probat per rationem. “Nam cum demones non possint materiam corporalem secundum suam voluntatem transmutare, sed debita actiua debitis passiuis coniungendo, vt Nicolaus dicit, eadem ratione per aliquam rem sensibilem potest dispositio causari in corpore humano, per quam non fiet aptum ad suscipiendum actionem demonis. Verbi gratia: nam mania est maxime dispositiua ad alienationem mentis secundum medicos, et per consequens ad suscipiendum afflictionem demoniacam. Que quidem demoniaca passio vbi penitus curatur, penitus afflictio demonis actiua recedente passiuia in possesso recederet.

Jdem posset dici de iecore piscis, idem de melodia Dauid, ratione cuius licet primo refocillaretur Saul et leuius haberet, tamen totaliter expulsus fuit per ipsam. Vnde dicit litera: ‘Recedebat ab eo spiritus malignus,’ nec consonum est litere dicere quod hoc fiebat ex merito Dauid seu per orationes eius, quia non est verisimile quod hoc scriptura taceret, cum esset in laude eius notabiliter dictum.” Hec de Paulo prefato.<sup>363</sup> Licet nos posuerimus supra in questione quinta prime partis quod quia prefigurabatur<sup>a</sup> virtus crucis per expansionem venarum corporis Christi, ideo liberabatur Saul, et plura ibi etiam continentur que presenti speculationi seruire possunt, tantum concludamus quod rerum sensibilibus applicatio

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -agatur

<sup>362</sup> *Resume adaptation (245D–246C)*: . . . tenet Paulus Burgensis in additionibus super Primo Regum xvi hanc conclusionem, videlicet: non solum concedendum videtur quod aliqua sensibilia possunt afflicti a demonibus leuius ferre, vt scilicet Nicholaus de Lira tenet, sed quod per sensibilia aliqua a demonibus afflicti possunt totaliter liberari, quod probatur per eandem rationem quam Nicolaus adducit. Nam cum demones non possunt materiam corporalem secundum suam voluntatem transmutare, sed mediantibus actiuis qualitatibus que disponunt materiam ad suscipiendum actionem afflictiuam in corporibus ab eis obsessis, vt Nicolaus dicit, eadem ratione per aliquam rem sensibilem potest dispositio causari in corpore humano, per quam non fiet aptum ad suscipiendum actionem demonis. Verbi gratia: nam mania est maxime dispositiua ad alienationem mentis secundum medicos, et per consequens ad suscipiendum afflictionem demoniacam. Que quidem demoniaca passio, sicut potest alleuari per sensibilia medicamina, sic et penitus curari, et per consequens curata esset talis dispositio in corpore humano ad suscipiendum afflictionem demonum correspondentem tali dispositioni, et sic recedet penitus afflictio demonis actiua recedente passiuia in possesso. Jdem potest dici de iecore piscis Thobie, idem de melodia Dauid, ratione cuius licet primo refocillaretur Saul et leuius haberet, tamen totaliter expulsus fuit per eam. Vnde dicit littera: “Recedebat ab spiritu malignus.” Nec consonum est litere dicere quod fiebat ex merito Dauid seu per orationes eius, quia non est verisimile quod hoc scriptura taceret, cum esset in laudem Dauid notabiliter, de quo tamen nullam mencionem facit. Hec de Paulo.

<sup>363</sup> *End*

in exorcismis licitis non est superstitiosum. Jam autem expedit de ipsis exorcismis | aliqua disserere.

170D

REMEDIA PER LICITOS EXORCISMOS ECCLESIE<sup>a</sup> CONTRA  
QUASCUNQUE INFIRMITATES A MALEFICIS ILLATAS, ET DE  
MODO EXORCIZANDI MALEFICIATOS

Capitulum Sextum

QUIA, VT IN SUPERIORIBUS tactum est, malefice omne genus infirmitatis corporalis inferre possunt, quare et sub generali regula concludere oportet quod quicquid remedij in verbis vel operibus alijs infirmitatibus supra notatis applicari potest, hoc etiam quibuscunque alijs infirmitatibus in precedentibus non expressis, vt vbi epilentia aut lepra esset inflictā, conuenire potest, et quia inter remedia verborum exorcismi liciti computantur, de ipso etiam sepe mentio tanquam de quodam generali remedio habita est, tria principaliter de ipso sunt practicanda: primo an non habens exorcistatus ordinem, vt laicus vel secularis persona, valeat licite demones aut eius maleficia exorcizare, vbi tres alie annectuntur, qualiter videlicet sunt liciti, et de septem conditionibus que requiruntur ad carmina et ad benedictiones, vt quis valeat secum talia deferre, et tertio qualiter morbus | sit exorcisandus et demon coniurandus; secun- 171A  
dum principale: quid agendum, vbi gratia sanitatis per exorcismos non obtinetur; et tertio quo ad remedia non iam verborum sed operum, cum solutionibus certorum argumentorum.

Ad primum. Est doctoris Thome in *Quarto* (di. xxiiij) sententia: “Jn<sup>364</sup> ordine,” inquit, “exorcistatus et in alijs minoribus ordinibus omnibus, cum conferuntur, recipitur potestas, vt quis hoc vel illud ex officio facere possit, puta exorcizare, et idem a non habentibus ordinem licite fieri potest, quamuis illi hoc non habeant ex officio, sicut in domo non consecrata potest dici missa, quamuis consecratio ecclesie ad hoc ordinetur,

<sup>a</sup> Ed. prin.: eccie-

<sup>364</sup> *Start of Nider*, Form. 5.5 (215C), which begins: Ad primum di. xxiiij, quod sic in Quarto: “Jn ordine,” inquit . . . [Nider’s quotation of Aquinas is not in fact a direct quote; *Aq.*, Sent. 4.24.2.2. *Ra4*: . . . sed hoc [sc. the assertion that beads receive power from God to keep people from entering the church] magis pertinet ad gratiam gratis datam quam ad gratiam sacramenti. Et ideo dicendum quod suscipit potestatem vt ex officio hoc agere possit, quamuis etiam et hoc ab alijs fieri possit, sed non ex officio, et ita est in omnibus actibus minorum ordinum, quod possunt per alios licite fieri, quamuis illi non habeant ad hoc officium, sicut etiam in domo non consecrata potest dici missa, quamuis consecratio ecclesie ad hoc ordinetur vt in ea missa dicatur.]

vt in ea missa dicatur. Sed hoc tunc magis pertinet ad gratiam gratis datam quam ad gratiam sacramenti.”<sup>365</sup> Ex quibus verbis dici potest quod licet ad liberationem maleficiati bonum est concurrere exorcistam habens<sup>a</sup> potestatem exorcisandi morbos maleficiales, tamen etiam interdum deuote persone absque exorcismis vel cum ipsis fugare possunt huiusmodi morbos.

171B Nam fertur de quadam virgine pauperula et [et] ideo plurimum deuota, cuius<sup>366</sup> dum amicus | in pede maxime per maleficium lesus fuerat, quod iudicio medicorum patuit, eo etiam quia nullis medicaminibus sanari poterat, contigit vt virgo infirmum visitaret. Qui et statim ab ea petiuit vt pedi benedictionem aliquam applicaret: annuit illa et silenter tantummodo orationem dominicam et apostolorum symbolum cum geminatis viuifice crucis signis applicuit. Tunc statim infirmus curatum se sentiens scire voluit in remedium futurorum quid carminationis virgo applicasset. Que respondit: “Vos debili fide! Diuinis et approbatis exercitijs ecclesie non inheretis, et carmina ac remedia prohibita crebro vestris infirmitatibus applicatis: idcirco raro in corpore curamini, quia semper in anima ledimini.”<sup>367</sup> Sed si in orationum et signorum licitorum efficaciam speraretis, facillime sepe curaremini. Nihil enim vobis applicui nisi dominicam orationem et apostolorum symbolum, et iam sanatus estis.”<sup>368</sup>

171C Gratia huius exempli queritur an non alie benedictiones et carminationes seu etiam coniurationes per exorcismos habeant efficaciam, cum hic videantur reprobari: respondetur quod hec virgo non reprobauit nisi illicita carmina cum illicitis coniurationibus et exorcismis.

Pro cuius intellectu considerare oportet vnde<sup>369</sup> huiusmodi habuerunt originem et quomodo ad abusum deuenerunt. Nam principium horum fuit sanctissimum, sed sicut omnia demonis instinctu deprauantur mediantibus demonibus et malis hominibus, ita et diuina nomina. Apostoli enim et sancti viri secundum illud (*Marci* ultimo):<sup>370</sup> “In nomine meo demonia eijcient” infirmos visitarunt et orationes super eos per

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: hbs; sc. habentem

<sup>365</sup> *End*

<sup>366</sup> *Start of Nider*, Form. 5.4 (207D), which begins: Huius [sc. veterane virginis] amicus in pede graui lesus fuit maleficio, a quo nulla arte sanari poterat. Post multa autem in cassum adhibita remedit, visitaui predicta virgo infirmum . . .

<sup>367</sup> *Nider*: . . . idcirco raro in corpore et semper in anima per talia ledimini.

<sup>368</sup> *End*

<sup>369</sup> *Start of Nider*, Praec. 1.11.27 (Hh), which begins: Vnde ortum habeant benedictiones et carminationes quas vetule hodie super infirmos et viri quidam faciunt? Respondetur quod principium horum . . .

<sup>370</sup> *Nider*: xvi (which amounts to the same thing, since the last chapter is the sixteenth)

sacra verba fuderunt; deinde successu temporis sacerdotes deuoti similia rite peregerunt. Propter quod deuotissime orationes et sancti exorcismi reperiuntur in antiquis hodie ecclesijs ad omnia que homines facere vel pati poterant per deuotos viros applicati olim sine omni superstitione, sicut etiam hodie literati et sacre theologie doctores reperiuntur qui infirmos visitantes similia verba egrotis applicant, et non solum demoniacis. Sed – heu!<sup>371</sup> – superstitiosi homines a se multa vana et illicita ad instar horum inuenerunt quibus hodie vtuntur circa infirmos et iumenta, nec clerus amplius ex sua desidia licitis vtitur verbis visitando infirmos, propter quod | Guilhelmus dictus Durandi, glosator Raimundi, dicit quod talia prefata sacerdos religiosus aut discretus aut etiam laicus vir siue mulier excellentis vite, probate discretionis facere potest, fusa oratione licita super infirmum, non super pomum aut super cingulum et similia, sed super infirmantes iuxta illud euangeliste:<sup>372</sup> “Super egros manus imponent” etc. Nec sunt huiusmodi persone prohibende a talibus nisi forte timeatur quod ad exemplum illorum indiscreti et superstitiosi alij carminationis sibi vsurpent abusum, tuentes se exemplo illorum.<sup>373</sup> Hi ergo superstitiosi carminatores reprehenduntur a predicta virgine, et dixit illos habere debilem fidem, imo malam qui tales consulerent.

Iterum autem gratia huius declarationis queritur quibus verbis carmina et benedictiones censentur licite vel superstitiose, et de modo quo debent applicari, et an demon sit coniurandus et morbus exorcisandus.

Ad primum.<sup>a</sup> Quod quia hoc dicitur licitum in cultu christiane religionis quod non est superstitiosum,<sup>b</sup> et superstitiosum<sup>c</sup> dicitur,<sup>374</sup> vt notatur ex glosa super illo *Ad Collosenses* secundo (“Que sunt rationem habentia in superstitione”), quod supra | modum religionis seruatur, vnde ibi dicitur: “Superstitio est religio supra modum seruata, id est religio modis vel circumstantijs malis et defectuosis<sup>375</sup> practicata,” etiam superstitiosum est quicquid traditione humana nomen religionis vsurpat absque superioris auctoritate, vt imnos iungere ad missas defunctorum, prefationem interrumpere, symbolum in missa cantandum abbreviare

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: primum

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: superstitiosum

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: superstitiosum

<sup>371</sup> *Not in Nider!*

<sup>372</sup> *For illud euangeliste Nider has: dictum Marci vlti.*

<sup>373</sup> *End*

<sup>374</sup> *Start of adaptation of Nider, Praec. 1.11.23 (Dd) (see n. 461).*

<sup>375</sup> *End*

aut in organis et non in choro decantare, in missa respondentem non habere, et his similia.

Sed ad propositum nostrum. Modo quando fit aliquod opus ex virtute religionis christiane, vt vbi quis vellet infirmo subuenire per aliquam orationem vel benedictionem per verba sacra, de qua materia nunc intendimus, talis habet considerare septem conditiones, que si reperiuntur, talis benedictio consetur licita, et si fiat per modum adiurationis per virtutem diuini nominis et per virtutem operum Christi, que ex sua natiuitate, passione, preciosa morte et ceteris innotuerunt, per que etiam diabolus victus et eiectus fuit, dicentur<sup>a</sup> ille benedictiones, carmina et exorcismi liciti et hi qui practicant possunt dici exorciste aut  
 172B incantatores liciti iuxta<sup>376</sup> Jsidorum (viii *Ethimologiarum*): “Incantatores dicuntur qui artem aliquam verbis peragunt.”

Est prima conditio consideranda, vt ex doctrina sancti Thome (*Secunda Secunde* q. xcii) elicitur, vt verba non contineant aliquid quod pertineat ad inuocationem demonum, expressam vel tacitam.<sup>377</sup> Quid sit “expressa” patet, quid “tacita”: hoc consideratur ex intentione et ex opere: intentione, vt vbi operans non curat siue a deo siue a diabolo habeat in suo opere intentum, dummodo finem optatum consequatur; opere, vt vbi opus quod facit non habet aliquam proprietatem ex natura ad producendum talem effectum, de qua non solum medici et astrologi imo et theologi habent iudicare per quem modum nigromantici faciunt imagines, anulos et lapides artificiales, que vtique nullam habent naturalem inclinationem ad effectos quos ipsi expectant sepiissime, vnde et in eorum operibus diabolus se habet immiscere.

Secundo<sup>378</sup> considerandum<sup>379</sup> est ne benedictiones seu carmina contineant alique nomina ignota, quia secundum Crisostomum talia metuenda sunt ne in eis aliquid superstitionis lateat.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -ent

<sup>376</sup> *Start of Nider, Praec. 1.11.26 (Gg), which begins: Questio xxxvi: vtrum licitum sit per carmina scripta vel verba sacra benedicere infirmos homines vel iumenta, et an licitum sit eadem secum deferre et portare que incantationis speciem habere videntur. Incantatores enim dicuntur qui artem aliquam verbis peragunt, vt dicit Jsidorus (viii Ethimo.). Respondet Thomas (Secunda Secunde, vbi supra) quod sic, septem conditionibus seruatis. Vna est vt videaturne verba aliquid contineant quod pertineat ad inuocationes demonum expressas vel tacitas.*

<sup>377</sup> *Pause*

<sup>378</sup> *Resume (Nider begins: Secunda: ne contineant ignota nomina, quia secundum . . .)*

<sup>379</sup> *From here to the end of quotation, Nider adapts Aq., Summa 2/2.96.4. Co.: Similiter etiam videtur esse cauendum, si contineat ignota nomina, ne sub illis aliquid illicitum lateat. [Quote of Chrysostom omitted.] Est etiam cauendum ne aliquid falsitatis contineat, quia sic eius effectus non posset expectari a deo, qui non est testis falsitatis. Deinde secundo cauendum est ne cum verbis sacris contineatur ibi aliqua vana, puta aliqui characteres inscripti preter signum crucis, aut si spes habeatur in modo scribendi aut ligandi aut in quacumque huiusmodi vanitate que ad diuinam reuerentiam non pertineat, quia hoc iudicaretur superstitiosum.*

Tertio<sup>380</sup> ne materia verborum aliquid falsitatis contineat, quia sic eius effectus non posset expectari a deo, cum | ipse non sit testis falsitatis. Sic enim quedam vetule in suis carminibus vtuntur rigmatizando: “Beata virgo Jordanem transiuit<sup>a</sup> et tunc sanctus Stephanus ei obuiauit, eam interrogauit,” et multas alias fatuitates. 172C

Quarto<sup>381</sup> ne ibi contineantur vana et caracteres inscripti preter signum crucis.<sup>382</sup> Vnde breuia que portantur a soldatis reprehenduntur.

Quinto<sup>383</sup> ne spes habeatur in modo scribendi aut ligandi aut in quacunque huiusmodi vanitate, que ad diuinam reuerentiam non pertineat, quia hoc iudicaretur superstitiosum.<sup>384, 385</sup>

Sexto<sup>386</sup> vt in alligatione, prolatione diuinorum verborum vel scripture sacre respectus solum habeatur ad ipsa sacra verba et ad intellectum eorum et ad dei reuerentiam seu ad virtutem diuinam a qua expectatur effectus vel ad sanctorum reliquias a quibus etiam prefata expectantur secundo, licet a deo principaliter.

Septimo<sup>387</sup> vt committatur effectus qui expectatur diuine voluntati, qui scit vtrum sanitas vel tribulatio plus prosit inuocanti vel minus vel an obsit, et hanc conditionem ponit Thomas | in *Prima Secunde* in materia 172D de gratia et (di. xv) in *Quarto*.

Vnde<sup>388</sup> concludamus quod si nulla dictarum conditionum opus inferat, illud erit licitum: probat Thomas super illud (*Marci vltimo*): “Signa eos qui crediderint” et post “In nomine meo demonia eijcient”

<sup>a</sup> Ed. prin.: tras-

<sup>380</sup> Nider: -a

<sup>381</sup> Nider: -a

<sup>382</sup> Pause

<sup>383</sup> Resume (Nider begins: Quinta ne . . .)

<sup>384</sup> Nider (and Aq.) add: esse

<sup>385</sup> End of Aq.

<sup>386</sup> Nider: -a

<sup>387</sup> Nider: -a

<sup>388</sup> From here on Nider is adapted: Alias erit licitum si nulla dictarum septem conditionum opus inferat. Probat Thomas per illud Mar. vlt., Christo dicente: “Signa eos qui crediderint, hec sequentur: in nomine meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent” etc. Item non minoris sanctitatis sunt verba dei quam sanctorum reliquie, dicente Augustino: “Non est minus verbum dei quam corpus Christi.” Sed secundum omnes licet reliquias sanctorum secum reuerenter portare: ergo qualitercunque nomen dei inuocetur rite per orationem dominicam, per salutationem angelicam vel alio modo licito, spes haberi potest in eo committendo effectum diuine voluntati. Ex predictis elicit fatuus doctor quod predictis seruatis conditionibus per diuina verba licitum est arcece serpentes, et eadem ratione, vt dicit, quecunque animalia, si solus respectus habeatur ad sacra verba et ad diuinam virtutem. De serpentibus tamen caute est agendum in incantationibus, quia, vt dicit, sepe tales habent illicitas obseruantias, et per demones sortiuntur effectum, precipue in serpentibus, quia serpens fuit primum demonis instrumentum ad hominem decipiendum.

etc., “serpentes tollent”: ex quo elicit quod predictis seruatis conditionibus per diuina verba licitum est arcere serpentes.<sup>389</sup> Jtem probat premissa ulterius: non<sup>390</sup> minoris sanctitatis sunt verba dei quam sanctorum reliquie, dicente Augustino: “Non est minus verbum dei quam corpus Christi,” sed secundum omnes licet reliquias sanctorum secum reuerenter portare: ergo<sup>391</sup> qualitercunque nomen dei inuocetur rite per orationem dominicam, per salutationem angelicam, per eius natiuitatem,<sup>a</sup> passionem, per quinque vulnera, per septem verba que protulit in cruce, per titulum triumphalem, per tres clauos, et aliorum armorum militie Christi contra diabolum et eius opera, omnino erunt licita et spes potest haberi in eis, committendo effectum diuine voluntati – et hoc quod dic-  
 173A tum est de coartatione serpentium, idem intellige de alijs animalibus – quando solus respectus habetur ad sacra verba et ad diuinam virtutem. De ipsis tamen caute est agendum in incantationibus, quia, vt dicit doctor, tales<sup>392</sup> incantatores sepe habent illicitas obseruantias et per demones sortiuntur effectum, precipue in serpentibus, quia serpens fuit primum demonis instrumentum ad hominem decipiendum.<sup>393</sup>

Nam in ciuitate Saltzburgensi quidam incantator erat: hic quadam die ad spectaculum aliorum cunctos serpentes ad quandam foueam incantare voluit et interimere ex spacio, vt fertur, vnus miliaris. Congregatis ergo vndique serpentibus dum ipse supra foueam staret, nouissime quidam ingens et horribilis serpens foueam intrare difficultabat, et sepe quasi ipsum abscedere permetteret et libere serpere quo vellet motibus innuebat. Sed cum ille ab incantatione eius desistere nolebat, alijs omnibus in fouea interemptis, quia statim ibi moriebantur et necesse erat vt et ille horribilis intraret, stans serpens ex opposito incantatoris  
 173B supra foueam saltum fecit et in ipsum incantatorem irrulit et ventrem eius vt cingulum<sup>b</sup> stringens ipsum incantatorem secum in foueam traxit et interemit. Qua ex re perpenditur non nisi pro vtilitate, ad fugandum videlicet ab hominum habitationibus, talia sunt virtute diuina practicanda, et cum dei timore et reuerentia.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -e

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: ζ- (=z-)

<sup>389</sup> *This sentence is a paraphrase of Aq., Summa 2/2.96.4.Ag1 and Rut*

<sup>390</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 2/2.96.4.Ag3: . . . non minoris . . . corpus Christi. Sed reliquias sanctorum licet homini collo suspendere vel qualitercumque portare ad suam protectionem. Ergo pari ratione licet homini verbo vel scripto verba sacre scripture ad suam tutelam assumere.*

<sup>391</sup> *End of Aq.*

<sup>392</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 2/2.96.4.Raz: Sed plerumque tales precantationes habent illicitas obseruantias et per demones sortiuntur effectum, et precipue in serpentibus, quia serpens fuit primum demonis instrumentum ad hominem decipiendum.*

<sup>393</sup> *End of Nider (and Aq.)*

Quo ad secundum, videlicet quomodo sunt huiusmodi exorcismi<sup>a</sup> vel carmina deferenda et ad colla suspendenda vel in vestimentis insuenda. Videtur autem quod talia sint illicita. Nam Augustinus (ij *De Doctrina Christiana*): "Ad superstitionem pertinent mille<sup>394</sup> magicarum artium et ligature et remedia, que medicorum quoque disciplina condemnat, siue in precantationibus siue in quibusdam notis quos characteres vocant siue in quibusdam rebus suspendendis atque insignandis."<sup>395</sup> Item Crisostomus (*Super Matheum*): "Quidam aliquam partem euangelij scriptam circa collum portant. Sed nonne quotidie euangelium in ecclesia legitur et auditur ab omnibus? Cui ergo in auribus euangelia posita nihil prosunt, quomodo eum possunt circa collum suspensa saluare? Deinde, vbi est virtus euangelij: in figuris litterarum an in intellectu sensuum? Si in figuris, | bene circa collum suspendis; si in intellectu, ergo melius in corda posita prosunt quam circa collum suspensa."<sup>396</sup> 173C

Sed hic est responsio doctorum, precipue sancti Thome (vbi supra, ar. iiij, vbi querit an suspendere diuina verba ad collum sit illicitum): quod in omnibus incantationibus vel scripturis suspensis duo<sup>397</sup> cauenda videntur. Primo quidem quid sit quod scribitur: vtrum sit ad inuocationes demonum pertinens manifeste. Tunc non solum superstitiosum imo illicitum et apostasia a fide iudicatur, vt supra tactum fuit sepe. Similiter etiam cauendum ne contineat ignota nomina etc. (accipe condiciones supra positas), et tunc sicut licitum est huiusmodi super infirmos ore proferre, ita licitum est illa secum deferre.<sup>398</sup>

Prefati autem doctores respectum habent et damnant quando quis ad figuras et literas scriptas maiorem<sup>b</sup> haberet aduertentiam et respectum quam ad intellectum verborum. Et si dicatur quod laicus non intelligens verba non potest habere respectum ad intellectum eorum, respondetur: habeat respectum ad virtutem diuinam, et illam committat diuine voluntati, vt faciet quidquid placitum fuerit sue pietati. 173D

Quo ad tertium, an simul demon sit coniurandus et morbus exorcisandus vel econuerso aut vnum sine altero. Responsio. Hic plura sunt

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -issmi

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -c

<sup>394</sup> *Aq.*: molimina.

<sup>395</sup> *Quotation from Aq.*, Summa 2/2.96.2.SC

<sup>396</sup> *Quotation from Aq.*, Summa 2/2.96.4.SC

<sup>397</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 2/2.96.4.Co.: ... cauendum est ne cum verbis sacris contineantur ibi aliqua vana, puta aliqui characteres inscripti, preter signum Christi. Aut si spes habeatur in modo scribendi aut ligandi aut in quacunq[ue] huiusmodi vanitate, que ad diuinam reuerentiam non pertineat, quia hoc iudicaretur superstitiosum.

<sup>398</sup> *End*

aduertenda: primo an demon semper sit quando maleficiatus affligitur; secundo cuiusmodi res possit exorcisari aut adiurari; tertio de modo exorcisandi.

Ad primum. Cum iuxta Damascenum demon ibi est vbi operatur, videtur quod maleficiato semper presens sit, cum eum affligat. Item in legenda beati Bartholomei. Tunc videtur sanare demon quando cessat a lesione. Responsio. Quod demon presens sit maleficiato et afflicto, hoc potest intelligi dupliciter, vel quo ad suum esse vel quo ad suum effectum. Primo modo presens est in principio dum maleficium intromittit; secundo modo per se non dicitur presens in suo effectum, sicut etiam cum doctores querunt an diabolus cum qualibet culpa mortali hominem substantialiter inhabitat, dicunt quod non per se sed per suum effectum, sicut dominus inhabitare dicitur seruum quantum ad suum dominium. Aliud tamen de obsessis.

174A Quo ad secundum, cuiusmodi res possunt exorcizari. Notandum est super doctoris Thome in *Quarto* (dist. vi) sententiam, vbi dicit quod<sup>399</sup> quia propter peccatum hominis diabolus accipit potestatem in hominem et in omnia que in vsum hominis veniunt in ipsius nocumentum, et cum etiam nulla conuenientia<sup>400</sup> est Christi ad Belial, ideo quodocumque aliquid sanctificandum est ad cultum diuinum, prius exorcizatur, vt liberatum a potestate diaboli, qua illud in nocumentum hominis assumere poterat, deo consecratur. Et hoc patet in benedictione aque, in consecratione templi et in omnibus huiusmodi. Vnde cum prima sanctificatio qua homo deo consecratur sit in baptismo, oportet quod etiam homo prius exorcizetur quam baptisetur: multo fortiori ratione quam alie res, quia in ipso homine est causa quare diabolus potestatem accepit in alia que sunt propter hominem, scilicet peccatum originale vel actuale, et hec significant ea que in exorcismo dicuntur, vt cum dicitur: "Recede ab eo, Sathana," et huiusmodi<sup>a</sup> et similiter ea que ibi fiunt.<sup>401</sup>

174B Ad propositum ergo conqueritur an morbus sit exorcisandus et demon adiurandus et quid illorum primo. Respondetur: morbus non exorcisatur, sed ipse homo morbatus et maleficiatus, sicut in puero non exorcisatur infectio fomitis sed puer infectus; item sicut prius puer exorcisatur et post diabolus adiuratur vt recedat, ita maleficiatus prius exorcisatur et post diabolo et eius facture imperat vt recedat; item sicut sal

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: huius

<sup>399</sup> *Start of Aq.*, Sent. 4.6.2.3a.Co. (also quoted in *Nider*, Form. 5.6 (214B-D), but the fuller form here derives from the text of *Aq.* himself)

<sup>400</sup> *Aq.*: conuentio

<sup>401</sup> *End*

et aqua exorcisantur, ita maleficiato omnia que in ipsius vsum conuerti possunt, vt cibaria et potagia, exorcisare et benedicere plurimum expedit. Jtem licet ritus exorcismi tenet in baptisandis, vt fiat exufflatio versus occidentalem partem et abrenunciatio, secundo manuum<sup>a</sup> ad celum erectio cum sacra fidei confessione et professione christiane religionis, et tertio oratio, benedictio et manus impositio, et quarto denudatio et oleo sancto vnctio et post baptismum communitio et candide<sup>b</sup> vestis induitio,<sup>c</sup> tamen non est necesse vt hec<sup>d</sup> circa maleficiatum exorcisandum fiant, sed quod primo pure et debite sit confessus, candelam accensam, si potest, teneat et sacram communionem recipiat, et loco vestis candide candela<sup>174C</sup> benedicta in longitudine corporis Christi aut ligni crucis nudo corpore circumligatus maneat.

Dici ergo potest: "Exorciso te Petrum (aut Barbaram) infirmam, sed sacro fonte baptismatis regeneratam, per deum viuum + per deum verum + per deum sanctum + per deum qui te suo precioso sanguine redemit, vt fias homo exorcisatus, vt effugiat atque discedat a te omnis fantasia et nequitia diabolice fraudis, omnisque spiritus immundus adiuratus per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Amen.

"Oremus. Deus misericordie, deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum quos diligis corripis et quos recipis pie ad emendationem coerces: te inuocamus, domine, vt famulo, qui in corpore patitur membrorum debilitatem, gratiam tuam conferre digneris, vt quicquid terrena fragilitate corruptum, quicquid diabolica fraude violatum est, vnitati corporis ecclesie membrum redemptionis annecte.<sup>e</sup> Miserere, domine, gemituum, miserere lachrymarum eius, et non habentem fiduciam nisi in misericordia tua ad tue sacramentum reconciliationis<sup>174D</sup> admitte. Per Christum, dominum nostrum. Amen.

"Ergo, maledicte diabole, recognosce sententiam tuam. Da honorem deo viuo et vero, da honorem domino Jesu Christo, vt recedas ab hoc famulo cum tua factura, quem dominus noster Jesus Christus suo precioso sanguine redemit."

Demum secundo et tertio iterum exorcisat (vt supra) eum orationibus: "Oremus. Deus qui facture tue semper pio<sup>f</sup> dominaris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris, et famulum tuum ex aduersa

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -n

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -didore (cf. 174C)

<sup>c</sup> *Sc.* -dutio

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: hic

<sup>e</sup> *So ed. prin.* (imperative in place of annectas?)

<sup>f</sup> *Ed. prin.*: -e

valitudine corporis laborantem placatus respice et visita et salutari tuo et<sup>a</sup> celestis gratie presta ei medicinam. Per Christum dominum nostrum. Amen.

“Ergo, maledicte diabole,” etc. vt supra.

Pro tertio exorcismo oratio: “Deus, infirmitatis humane singulare presidium, auxilij tui super infirmum nostrum ostende virtutem, vt ope misericordie tue adiutus (vel adiuta) ecclesie tue sancte incolumis representari mereatur. Per Christum dominum nostrum. Amen.”

Et semper aspergat cum aqua benedicta.

175A Et nota quod hic modus prescribitur, non quod omnino ita fieri debeat aut quod alij exorcismi non sint maioris efficacie, | sed vt modus exorcizandi et adiurandi habeatur. In antiquis enim historijs et ecclesiarum libris interdum deuotiores et efficaciores exorcismi reperiuntur. Sed quia in omnibus dei reuerentia sit preponenda, agat secundum hoc vnusquisque quantum expediens fuerit.

Conclusiue ex premissis concludendo propter simplices. Sit modus iste exorcizandi maleficiatum, vt primo puram faciat confessionem iuxta capitulum allegatum sepe “Si per sortiarias”; demum fiat diligens inquisitio per singulos angulos et in lectisternijs, culcitris et sub limine hostij, si fortassis instrumenta maleficij caute possent inueniri: inuenta etiam statim sunt ad ignem proijcienda. Expediret etiam vt cuncta renouarentur in lectisternijs et indumentis; habitationem etiam et domum mutaret.

175B In casu vero quo nil inuentum fuerit, tunc exorcizandus, si potest, ecclesiam intrabit mane, et quanto dies sanctiores, vt festa beate virginis aut vigilie existunt, tanto melius. Sacerdos etiam confessus et in bono statu amplius proficiet. Teneat itaque exorcizandus candelam in manu benedictam melius quo poterit, sedendo aut genua flectendo, et qui assunt deuotas orationes pro eius liberatione fundant. Et incipiat letaniam inchoando: “Adiutorium nostrum in nostro domino,” et habeat respondentem: aspergat ipsum aqua benedicta, et stola circumdabit colulum et subinferat psalmum: “Deus in adiutorium,” et prosequatur letaniam vt moris est super infirmos, dicendo ad inuocationem sanctorum: “Ora pro eo (vel orate), et propitius esto. Libera eum, domine,” singula prosequendo vsque ad finem, vbi orationes sunt dicende. Tunc loco orationum incipiat exorcismum, et continuabit modo prescripto vel alio meliori, vt sibi videbitur. Possent etiam huiusmodi exorcismi continuari ad minus ter in septimana, vt sic multiplicatis intercessoribus gratia obtineatur sanitatis. Verum post omnia communicandus est

<sup>a</sup> *Seemingly unnecessary*

eucharistie sacramento, licet quidam ante exorcismum hoc faciendum putant.

Et in confessione attendat confessor si aliquo vinculo excommunicationis esset innodatus vel si vnquam temere innodatus absolutionem a suo iudice non recepisset. Tunc enim licet ad cautēlam eum absoluat, <sup>175C</sup> tamen reddita sospitate a suo iudice qui eum ligauerat querat.

Attendendum quod vbi exorcista non habet ordinem exorcistatus,<sup>a</sup> tunc procedere potest per orationes et si legere nouit scripturas legat euangelia quattuor prima euangelistarum; item euangelium: “Missus est angelus,” et passionem domini, que omnia magnam habent virtutem ad expulsionem operum diaboli. Item euangelium sancti Johannis: “In principio erat verbum” scribatur et ad collum infirmi suspendatur. Et sic gratia sanitatis a deo expectetur.

Verum<sup>402</sup> si quis quereret de differentia inter aque benedictę asperisionem et exorcismum, cum vtrumque in effectu contra demonis molestiam ordinatur, respondit sanctus Thomas (vbi supra, dist. vi): Diabolus impugnat nos ab exteriori et interiori: aqua ergo benedicta ordinatur contra impugnationem diaboli que est ab exteriori, sed exorcismus contra impugnationem diaboli que est ab interiori. Vnde illi contra quos datur dicuntur energumini ab “en,” quod est “intra,” et “geron,”<sup>b</sup> “labor,”<sup>403</sup> quasi intus laborantes.<sup>404</sup> In maleficiato | ergo exorcizando vtrumque <sup>175D</sup> adhibetur cum vtrobique molestentur.

Verum quo ad secundum principale: quid agendum vbi gratia sanitatis per exorcismos non obtinetur. Responso. Licet sex<sup>405</sup> ex causis hoc fieri possit, est tamen vna septima super quam iudicium nostrum suspenditur. Nam quod aliquis non liberatur, aut hoc est propter paruitatem fidei circumstantium aut ipsum egrotum offerentium aut propter peccata maleficium sustinentium aut propter accomoda remedia adhibere negligentium<sup>c</sup> aut propter exorciste aliquod in fide vitium aut propter

<sup>a</sup> Ed. prin.: t̄xor-

<sup>b</sup> So ed. prin.; Aq.: ergon

<sup>c</sup> So Nider, sc. -am (cf. 176A)

<sup>402</sup> *Start of Nider, Form. 5.6 (215B), which begins:* (Piger): Habeo adhuc dubia de exorcismo . . . secundo qua sit differentia inter effectum aque benedictę et exorcismi, cum vtrumque contra demonis molestiam ordinetur. . . (Theologus): . . . Ad secundum respondet [sc. sanctus doctor] (dist. vi), dicens: Diabolus . . .

<sup>403</sup> *The words ab . . . labor are intruded into Nider's quote of Aq. from the original text of Aq., Sent. 2.6.2.3a. Ra3*

<sup>404</sup> End

<sup>405</sup> *Start of Nider, Form. 5.2 (198B), which begins:* Sex ex causis non liberatur [i.e., a woman whose possession by a demon could not be cured by exorcism] aut propter paruitatem fidei offerentium aut propter peccata demonium sustinentium aut propter accomoda remedia adhibere negligentium . . .

reuerentiam virtutum in alio existentium aut propter purgationem vel meritum maleficium patientium. De primis quattuor<sup>406</sup> docet euangelica veritas (*Mathei xvij* et *Marci ix*) in patris<sup>a</sup> vnici<sup>b</sup> filij sui lunatici et discipulorum Christi presentia. Primo enim offerens et turba fide carebat, vnde pater cum lachrymis orauit: “Credo, domine! Adiuua incredulitatem meam.” Et ad turbam Jesus ait: “O generatio incredula et peruersa, quousque | ero vobiscum?”  
176A

De secundo, videlicet de sustinente demonem. Jesus increpabat eum, scilicet filium, quia, vt beatus Jeronimus ibi dicit, propter peccata sua a demone fuerat oppressus.

De tertio, de neglectu debitorum remediorum, patet quia non fuerunt presentes boni et perfecti viri, vnde Crisostomus ibi dicit: “Columne fidei, videlicet Petrus, Iacobus et Johannes, non aderant, sicut in transfiguratione Christi presentes erant, nec oratio et ieiunium aderat, sine quibus, Christus ait: ‘Hoc genus demoniorum non eijcitur.’” Vnde Orige<sup>c</sup> ibi dicit: “Si aliquando oportuerit circa<sup>407</sup> curationem aliquid patientium remanere, non admiremur, neque interrogemus neque loquamur quasi audienti spiritui in mundo, sed abigamus ieiunijs et orationibus nostros spiritus malignos.” Et glosa dicit: “Hoc genus demonij, id est, ista carnalium voluptatum mutabilitas, ad quam scilicet spiritus ille inclinabat, non vincitur nisi spiritus oratione confirmetur et caro per ieiunium maceretur.”

De quarto, exorciste vitio, presertim in fide, patet ibidem de Christi  
176B discipulis presentibus, vnde postea | secreto discipuli querentes<sup>d</sup> causam sue impotentie, respondit: “Propter incredulitatem vestram. Amen dico vobis: si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic tollere” etc. Vbi<sup>408</sup> Hilarius: “Crediderunt quidem apostoli, sed nondum erant perfecti in fide. Nam domino in monte morante cum alijs tribus, et illis cum turba residentibus, quidam tepor eorum fidem relaxauerat.”

De quinto patet in *Vitas Patrum*, vbi legimus aliquando obsessos non liberatos per sanctum Anthonium sed per eius discipulum Paulum fuisse liberatos.

<sup>a</sup> So Nider; ed. prin.: p̄ris (unice suggests that this was interpreted as partis.)

<sup>b</sup> So Nider; ed. prin.: -e

<sup>c</sup> Sc. Origenes (cf. 47A)

<sup>d</sup> So Nider; sc. discipulis querentibus

<sup>406</sup> Nider: primis

<sup>407</sup> Nider: nos circa

<sup>408</sup> Nider: vnde

De sexto<sup>409</sup> patuit supra, quia non semper cum quis liberatur a culpa, liberatur a pena, sed remanet interdum pena in vindictam et satisfactionem precedentis delicti.

Et adhuc aliud remedium, de quo fertur quod plures fuerint liberati, videlicet quod maleficiati de nouo fuerunt baptisati, licet sub conditione. Super quo, vt premisi, nil determinare audemus, verissimum tamen existit quod cum debite quis ante baptismum non fuit exorcisatus, vtique diuina permissione diabolus semper maiorem recipit in talem potestatem.

Patet ex premissis, nec ambiguum est, quin plures negligentie siue 176C a sacerdotibus non bene dispositis, vbi iam quantum impedimentum prenotatum tangitur, videlicet exorciste vitium, committuntur, siue a vetulis que tempore necessitatis debitum modum baptisandi non seruant. Nec tamen asserere volo quin sacramenta a malis conferri possint, et quod imo quantumcunque malus baptizat et conficit, dummodo debite sub debita forma verborum, materia in intentione baptizat ordinatus et conficere intendat:<sup>410</sup> sic a simili in exorcizando rite procedat, non suffusus aut violentus. Vnde et sine actuali vel habituali intentione – et vtinam non cespitando et verba necessaria obmutendo! – huiusmodi sacris officijs se immisceant.<sup>a</sup> Reuera sicut ad conficiendum quattuor essentialia deseruiunt, scilicet materia, forma, intentio, ordo, modis tamen preactis, et vbi vnum defuerit, nec conficere poterit, ita circa exorcismos suo modo asserere oportet.

Nec obiectio valet quod sine exorcismis in primitiua ecclesia baptizabantur aut etiam quod nunc characterem baptismalem sine eo valeat 176D baptizatus recipere, quia sic Gregorius inuanum<sup>b</sup> exorcismos instituisset et ecclesia in suis cerimonijs potius erraret. Quare nec ausus sum omnino reprehendere qui maleficiatos sub conditione vellent rebaptizare et neglecta fortassis recuperare. Fertur etiam de illis qui nocturno tempore in somnis per alta edificia sine lesione solent incedere, quod vtique opus esse maligni spiritus tales sic deferentis<sup>c</sup> plures asserunt. Hi cum rebaptizantur, melius habere noscuntur, et mirum quod vbi nominibus proprijs annuuntur, subito ad terram colliduntur ac si fortassis illud nomen non debite in baptismo fuerit impositum.

<sup>a</sup> *The verb lacks the necessary negative, which has perhaps been omitted through confusion caused by non in the parenthetical clause.*

<sup>b</sup> *Sc. in vanum (treated as a single word; cf. incassum)*

<sup>c</sup> *Ed. prin.: -es*

<sup>409</sup> *End (Nider adds: patebit infra, vbi de maleficiatis habebimus)*

<sup>410</sup> *Cf. Aq., Sent 4.6.1.2a. Co.: . . . et ideo requiritur intentio baptizantis, et similiter in omnibus alijs sacramentis requiritur intentio ministri cum debita materia et forma. . .*

Expedit lectorem esse attentum super sex illa impedimenta. Licet enim super energuminos aut possessos et non super maleficiatos sonant, tamen quia equa virtus vtrobique requiritur diuina, imo dici potest quod maioris sit difficultatis maleficiatum curare quam energuminum aut possessum, ideo illa impedimenta si ibi possunt habere locum et a fortiori super maleficiatos.

- 177A Quod tali ratione | probatur. Nam vt supra patuit (capitulo decimo), aliqui possidentur interdum pro nullo proprio delicto sed pro leui alieno et varijs alijs de causis, in maleficio autem quando adulti maleficiuntur, vt plurimum eis contingit, quia in anime necationem grauissime a demone ab intus possidentur. Vnde duplex labor circa maleficiatos, vbi simplex circa possessos ab extra, requiritur de hac grauissima possessione. Cassianus<sup>411</sup> (*Collatione Abbatis Sereni*)<sup>412</sup> dicit: “Illi sunt vere miseri ac miserabiles iudicandi qui cum se vniuersis criminibus flagicijsque contaminant: non solum nullum in eis verisimiliter<sup>413</sup> signum diabolice suppletionis ostenditur, sed nec<sup>414</sup> aliqua quidem operibus eorum condignatentatio nec vllum flagellum correptionis infertur. Non enim merentur celerem temporis istius expeditamque medicinam, quorum duricia et impenitens cor penam vite presentis excedens thesaurizant sibiipsis iram
- 177B et indigationem in die ire et reuelationis iusti iudicij dei, | in quo vermes<sup>a</sup> eorum non <moriantur et ignis non><sup>b</sup> extinguetur.” Et iterum idem Cassianus comparando<sup>415</sup> corporalem possessionem ad<sup>416</sup> anime per peccatum paulo ante dicit: “Multo grauius,” inquit, “constat illos vehementiusque vexari, qui cum corporaliter ab ipsis affligi<sup>417</sup> minime videantur, animo tamen perniciosius possidentur, eorum scilicet vicijs et voluptatibus inuoluti. Secundum apostoli nanque sententiam, a quo quis superatur, eius seruus efficitur nisi quod in hoc isti desperatius egrotant, quod cum sint eorum mancipia, nec impugnari se ab illis nec dominatum eorum ferre cognoscunt.”<sup>418</sup> Ex quibus elicitur quod a fortiori maleficiati in corpore, non tamen possessi a demone ab extra sed ab intra quo ad anime necationem, grauius propter plura impedimenta sanantur.

<sup>a</sup> So Nider; ed. prin.: -is

<sup>b</sup> So Nider

<sup>411</sup> Start of Nider, Form. 5.12 (246C–D)

<sup>412</sup> Nider: Sereni prima

<sup>413</sup> Nider: visibiliter

<sup>414</sup> Nider: ne

<sup>415</sup> Nider (erroneously): operando

<sup>416</sup> Nider: et

<sup>417</sup> Nider: supplere (i.e., -eri)

<sup>418</sup> End

Quo ad tertium principale, scilicet quo ad remedia non iam verborum sed operum. Super cuiusmodi remedia notandum quod quia opera illa sunt duplicia, licita omnino et non suspecta aut suspecta et non omnino licita, et de primis | supra tactum est immediate capitulo quinto circa 177C finem, vbi dubitatio ponitur super herbas aut petras, vt maleficia repellant, quomodo hoc licitum sit, de secundis vero remedijs, que videntur esse suspecta, non tamen omnino illicita, nunc tractandum. Aduertere oportet capitula que in secundo principali huius secunde partis operis tacta sunt, de quatuor remedijs quorum tria censentur illicita, quartum autem non omnino illicitum sed vanum. De quo et canoniste loquuntur quod licitum est vana vanis contundere, sed quia nos inquisitores huius opinionis sumus cum sanctis doctoribus, quod in casu quo remedia per sacra verba et exorcismos licitos non sufficiunt, et hoc propter impedimenta superius tacta in numero sex aut septem, quod tunc tales maleficiati hortandi sunt ad patientiam equanimiter ad tollerandum mala presentis vite in suorum criminum purgationem, et non vltius querere quocunque modo supersticiosa et vana remedia, ideo si quis premissis 177D licitis exorcismis non contentus ad huiusmodi vana adminus remedia, de quibus supra tactum est, se transferre voluerit, sciat hoc non nostra voluntate aut admissione fieri.

Sed quod posita et enucleata fuerunt ibidem talia remedia, factum fuit vt tantorum doctorum, vt Scoti, Hostiensis, etc., ex parte vna et aliorum theologorum ex parte altera dicta quocunque modo concordarentur, fatemur ergo cum sancto Augustino in quodam sermone contra sortilegos et diuinatores (et intitulatur *Sermo de Augurijs*), vbi dicit: “Fratres,<sup>419</sup> nostis me frequentius supplicasse vt consuetudines paganorum et maleficorum minime seruare deberetis, sed hoc proficit apud aliquos parum. Et quia si vobis non dixero pro me et pro vobis, redditurus sum in die iudicij rationem et vobiscum mihi necesse erit eterna supplicia sustinere, ergo apud deum me absoluo dum iterum atque iterum ammoneo et contestor vt nullus ex vobis diuinos aut sortilegos requirat, nec eos de | qualibet re aut causa aut infirmitate interroget, quia quicunque fecerit hoc malum, statim peribit in eo baptismi sacramentum 178A

<sup>419</sup> *Start of adaptation of Augustine, Fragmentary Sermon 278.r*: Bene nostis, fratres carissimi, me vobis frequentius supplicasse et paterna sollicitudine commonuisse, pariter et contestatum esse vt illas sacrilegas paganorum consuetudines obseruare minime deberetis, sed quantum ad me multorum relatione peruenit, apud aliquos parum proficit admonitio mea: quia si vobis ego non dixero, et pro me et pro vobis malam sum redditurus rationem in die iudicij, et vobiscum mihi erit necesse eterna supplicia sustinere, ego me apud deum absoluo dum iterum atque iterum admono pariter et contestor vt nullus ex vobis caragos vel diuinos vel sortilegos requirat, nec de qualibet eos aut causa aut infirmitate interroget...

et continuo sacrilegus et paganus efficitur, et nisi penitentia subuenerit, statim in eternum peribit.”<sup>420</sup> Et postea subdit: “Nullus<sup>421</sup> dies exeundi et redeundi obseruat. Fecit enim deus omnia bona valde et<sup>a</sup> qui vnum diem et alterum statuit. Sed quotiens necessitas vrget faciendi aliquid aut exeundi, signate vos in nomine Christi, et symbolum vel orationem dominicam fideliter dicentes securi in dei adiutorio agatis.”<sup>422</sup>

His autem quidam supersticiosi et filij huius seculi non contenti errores erroribus accumulare volentes vltra intellectum et intentionem Scoti et canonistarum his argumentis se defendere conantur. Quia<sup>423</sup> enim res naturales habent quasdam virtutes occultas, quarum ratio ab homine assignari non potest, sicut quod adamas trahit ferrum et multa alia que Augustinus (xxi *De Ciuitate Dei*) enumerat, ideo<sup>424</sup> inquirere de huiusmodi rebus pro sanitate acquirenda, vbi exorcismi et naturales  
178B medicine deficiunt, non erit illicitum, licet videatur vanum. Hoc autem fieret, vbi quis per imagines non nigromanticas sed astrologicas vel per annulos et huiusmodi<sup>b</sup> sanitatem in se vel in alio procurare vellet.

Item arguunt: sicut<sup>425</sup> corpora naturalia subduntur corporibus celestibus, ita etiam corpora artificialia,<sup>c</sup> puta imagines, sortiuntur quasdam virtutes occultas speciem consequentes ex impressione corporum celestium: ergo etiam corpora artificialia, puta imagines, sortiuntur aliquam virtutem occultam a corporibus celestibus ad aliquos effectus cau-sandos. Ergo vti eis et alijs huiusmodi<sup>d</sup> non est illicitum.<sup>426</sup>

Preterea,<sup>427</sup> demones possunt multipliciter corpora transmutare, vt Augustinus (iij *De Trinitate*) dicit et patet in maleficiatis: ergo licet vti etiam eorum virtute ad tollendum illa.<sup>428</sup>

<sup>a</sup> *Unnecessary (clumsy adaptation)*

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: huius

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -ilia

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: huius

<sup>420</sup> *Pause*

<sup>421</sup> *Resume*: Nullus ex vobis obseruet qua die de domo exeat, qua die iterum reueratur, quia omnes dies deus fecit, sicut scriptura dicit, et factus est primus dies et secundus dies et tertius, similiter et quartus et quintus et sextus et sabbatum, et illud: fecit deus omnia bona valde . . . sed quoties vobis in quacunque parte fuerit necessitas properandi, signate vos in nomine Jesu Christi, et symbolum vel orationem dominicam fideliter dicentes securi de dei adiutorio iter agite.

<sup>422</sup> *End*

<sup>423</sup> *Start of Aq.*, Summa 2/2. 96.2. Ag1

<sup>424</sup> *End (Aq. adds*: videtur quod vti huiusmodi rebus ad corpora immutanda non sit illicitum)

<sup>425</sup> *Start of Aq.*, Summa 2/2. 96.2. Ag2

<sup>426</sup> *End*

<sup>427</sup> *Start of adaptation of Aq.*, Summa 2/2. 96.2. Ag3: Preterea, demones etiam multipliciter possunt corpora transmutare, vt dicit Augustinus (iij *De Trinitate*). Sed eorum virtus a deo est. Ergo licet vti eorum virtute ad aliquas huiusmodi immutationes faciendas.

<sup>428</sup> *End*

Sed reuera in oppositum sunt dicta omnium sanctorum doctorum, vt satis et sparsim hincinde patuit. Vnde ad primum<sup>429</sup> dicitur quod si res naturales simpliciter adhibentur ad aliquos effectus producendos ad quos putantur habere naturalem virtutem, non est illicitum. Si vero adiungantur vel characteres aliqui vel aliqua quecunque ignota et vane obseruationes,<sup>430</sup> que manifestum est naturalem non habere super hoc efficaciam, erit superstitiosum et illicitum.<sup>431</sup> Vnde sanctus Thomas (*Secunda Secunde*, q. xcvi, ar. ij in pede questionis) tractans hanc materiam dicit quod<sup>432</sup> in his que fiunt ad aliquos effectus corporales inducendos, vt puta sanitatem vel aliquid huiusmodi,<sup>a</sup> considerandum est vtrum videantur naturaliter posse tales effectus causare, et quia licet causas naturales adhibere ad suos effectus, ideo non est illicitum;<sup>433</sup> si autem videantur non posse naturaliter tales effectus<sup>b</sup> causare, consequens est quod non adhibentur ad hos effectus causandos tanquam cause, sed solum quasi signa, et sic pertinent ad pacta significationum cum demonibus inita. Vnde Augustinus (xxi *De Ciuitate Dei*): “Alliciuntur demones per creaturas quas non ipsi sed deus condidit delectabilibus pro sua diuersitate diuersis, non vt animalia cibus, sed vt spiritus signis per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum, rituum.”<sup>434</sup> 178C

Ad secundum dicit idem doctor: virtutes<sup>435</sup> naturales corporum naturalium consequuntur eorum formas substantiales quas sortiuntur ex impressione corporum celestium, et ideo ex eorundem impressione sortiuntur quasdam virtutes actiuas. Sed corporum artificialium forme procedunt ex conceptione artificis, et cum nihil aliud sint quam compositio, ordo et figura, vt dicitur i *Phisicorum*, non possunt habere naturalem virtutem ad agendum. Et inde est quod ex impressione celestium corporum nullam virtutem sortiuntur in quantum sunt artificialia, sed solum secundum materiam naturalem. Falsum est ergo quod Porphyrio videbatur, vt Augustinus dicit (x *De Ciuitate Dei*): herbis, lapidibus et animantibus et sonis certis, quibusdam etiam vocibus et figurationibus atque figmentis, quibusdam etiam obseruatis in celi auersione motibus siderum, fabricari in terra ab hominibus potestates idoneas varijs effectibus siderum 178D

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: huius

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -cttus

<sup>429</sup> *Start of Aq.*, Summa 2/2.96.2. *Ra1*, which begins: Ad primum ergo dicendum quod...

<sup>430</sup> *For* aliqua... obseruationes *Aq. has*: aliqua nomina vel alique quecunque varie obseruationes

<sup>431</sup> *End*

<sup>432</sup> *Start of Aq.*, Summa 2/2.96.2. *Co*.

<sup>433</sup> *For*... quia... illicitum *Aq. has*: ... sic enim non erit illicitum licet enim causas...

<sup>434</sup> *End*

<sup>435</sup> *Start of Aq.*, Summa 2/2. 96. 2. *Ra2*

exequendis,<sup>a</sup> quasi effectus magicarum artium ex virtute celestium corporum provenirent. Sed sicut Augustinus ibi subdit, totum hoc ad demones pertinet ludificatores animarum sibi subditarum.

179A Vnde etiam imagines quas astronomicas vocant ex operatione demonum habent effectum. Cuius signum est quod necesse est eis inscribi quosdam characteres, qui<sup>b</sup> naturaliter nihil operantur. Non enim est figura principium actionis naturalis, sed in hoc distant astronomicæ imagines a nigromanticis, quod in nigromanticis fiunt expresse inuocationes,<sup>436</sup> vnde et ad expressa pacta cum demonibus<sup>c</sup> inita pertinent; astronomicæ ad tacita pacta propter figurarum et characterum signa.<sup>437-438</sup>

Ad<sup>439</sup> tertium. Non est homini potestas super demones commissa, vt eis licite vti possit ad quodcumque voluerit, sed est ei contra demones bellum indictum. Vnde nullo modo licet homini demonum auxilio vti per pacta tacita vel expressa.<sup>440</sup> Hec Thomas.

Ad propositum. Quia dicit “nullo modo,” nec etiam quibuscunque vanis, quibus videlicet se demon quocunque modo possit immiscere. Si tamen sunt adeo vana vt et fragilitas humana pro recuperanda sanitate illa aggreditur, doleat de preteritis, caueat de futuris, orat<sup>d</sup> vt sibi debitum dimittatur et in tentationem non amplius inducatur, inquit Augustinus  
179B in fine regule.

REMEDIA CONTRA GRANDINES ET SUPER IUMENTA  
MALEFICIATA

Capitulum Septimum

QUALITER DENIQUE IUMENTA MALEFICIATA possint remediari; similiter et tempestates aeris. Notanda sunt primo quedam remedia illicita que a quibusdam practicantur. Nam quidam verbis aut factis superstitiosis, vt qui vermes in digitis aut membris per quedam verba et

<sup>a</sup> *So Aq.; ed. prin.: -as*

<sup>b</sup> *So Aq.; ed. prin.: que*

<sup>c</sup> *Ed. prin.: do-*

<sup>d</sup> *Sc. -et*

<sup>436</sup> *Aq.: inuocationes et prestigia quedam*

<sup>437</sup> *This clause appears in Aq. as: sed in alijs imaginibus sunt quedam tacita pacta per quedam figurarum seu characterum signa*

<sup>438</sup> *End*

<sup>439</sup> *Start of Aq., Summa 2/2. 96. 2. Ra 3, which begins: Ad tertium dicendum quod ad dominium pertinet diuine maiestatis, cui demones subsunt, vt eis vtatur deus ad quodcumque voluerit. Sed homini non est potestas . . .*

<sup>440</sup> *End*

carmina illicita curant, de quibus carminibus qualiter cognoscuntur ut sint licita vel non in precedenti capitulo tactum est. Alij sunt qui super iumenta maleficiata non aquam benedictam spargunt, sed ori infundunt.

Primum remedium verborum esse illicitum ultra premissa Guilhelmus (sepe allegatus) sic demonstrat. Si<sup>441</sup> enim verbis inesset virtus (et dicamus verbis ut verbis), tunc ex quinque modis esset vnus: vel ex parte materie, id est, aeris; aut ex parte forme, hoc est, soni; aut ex modo significandi; aut ex parte omnium simul. Non primum, quia aer } non interficit nisi sit venenosus. Sonus etiam non, quia excellens obiectum 179C corrumpit potentiam. Nec tertium, quia tunc hoc nomen "diabolus" vel "mors," "infernus" illa nocerent semper, et "sanitas," "bonitas" semper prodessent. Item nec omnia simul, quia totum aggregatum ex partibus inualidis etiam totum est inualidum.<sup>442</sup>

Nec valet si obijcitur: deus contulit vim verbis, sicut herbis et lapidibus, quia si que virtutes insunt quibusdam verbis aut sacramentalibus aut alijs benedictionibus et carminibus licitis, has habent in se non ut verba, sed ex institutione et ordinatione diuina et ex pacto dei, sicut si dominus diceret: quicumque hoc fecerit, faciam ei hanc gratiam, et sic verba in sacramentis efficiunt quod signant, quamuis secundum alios etiam habent virtutem intrinsecam. Sed prima opinio quia iam deseruit, ideo amplectitur.

De alijs autem verbis et carminibus patet ex premissis quod ut verba sunt verba composita vel prolata aut figurata nihil efficiunt, sed inuocatio nominis diuini et obsecratio, que est persacra quedam protestatio <ad> committendum effectum diuine voluntati, prosunt.

Remedia etiam operum, que illicita videntur, ut supra tactum est. Et etiam vbi in partibus Suevie plurimum practicatur quod prima die may ante ortum solis mulieres villane exeunt et ex siluis vel arboribus

<sup>441</sup> *Start of adaptation of William of Auvergne. De Legibus 27: Si enim ista virtus inesset verbis, esset eis ex necessitate uno quatuor modorum, hoc est, vel a parte materie sue, hoc est, aere, aut a parte forme sue, hoc est, soni siue sonationis, aut a parte significatorum aut ex omnibus his aut aliquibus illorum. De primo quidem modo manifestum est tibi quia impossibile est nisi cum aer veneno aut alia causa corruptus fuerit, ut mortem inferat. . . [second method entirely changed] . . . Tertia via similiter erronea est et impossibilis, videlicet ut a parte signati sit huiusmodi virtus verbis atque nominibus. Si enim malitia et nocumenta signati prestarent hanc virtutem nocendi verbis atque nominibus, nomen mortis atque inferni mortem et tormentum intolerabile necessario inferrent audientibus. Amplius. Bonitas atque salubritas signati secundum hoc virtutem praestarent verbis atque nominibus, et hoc iuxta magnitudinem siue immensitatem bonitatis. Quare tanta virtus esset vnique nominum creatoris ut ad prolationem ipsorum et omnia mala tollerentur ab audientibus et omnia bona prestarentur eisdem. . . Quarte vero vie impossibilitas ex precedentibus facile patefiet. Cum enim ad predictam virtutem prestandam nullum iuuat, malifstum esse debet tibi quia nec omnia illa simul prestare possunt.*

<sup>442</sup> *End*

deferunt ramos de salicibus vel alios frondes et ad modum circuli plectentes in introitu stabuli suspendunt, asserentes quod per integrum annum iumenta cuncta illesa a maleficis remanent et preseruantur: hoc quidem remedium secundum opinionem illorum qui dicunt vana vanis contundere posse non esset illicitum, sicut nec etiam qui per carmina ignota morbos expellerent. Sed sine offensione procedendo dicamus quod si prima die vel secunda mulier vel quicumque egrediatur non habens respectum ad solis occasum vel ortum colligit herbas, frondes aut ramos cum oratione dominica aut simbolo fidei, suspendit illa super hostium stabuli bona fide committens effectum custodie diuine voluntati, non erit reprehensibilis, vt supra in precedenti capitulo ex verbis 180A Hieronimi<sup>443</sup> (et habetur | xxvi q. vlti.):<sup>444</sup> "Licet herbas et petras habere etiam sustinenti demonium sine incantatione."<sup>445</sup>

Ad idem. Sunt qui intra vineas aut segetes signum crucis, frondes aut flores benedictos in die palmarum continent, erigunt et asserunt quod vndique frugibus per grandines lesis segetes in eorum campis illesi remanserunt, de quibus iuxta distinctionem tactam discernendum videtur.

Ad idem. Sunt qui pro conseruatione lactis, ne videlicet vacce per maleficia priuentur, integrum liquorem lactis quem die sabbati colligunt pauperibus gratis pro deo distribuunt, et per huiusmodi elemosinam asserunt vaccas etiam sub vbertate ampliori lactis a maleficis preseruari. In quo opere nihil supersticiosum iudicatur, dummodo pietatis causa<sup>a</sup> quam pauperibus exhibent etiam diuinam pietatem implorare pro conseruatione iumentorum taliter proponunt vt tamen effectum custodie diuine prouidentie pro suo beneplacito relinquunt.

180B Preterea, Nider in suo *Preceptorio* (precepto primo, ca. xi) dicit quod etiam per<sup>446</sup> carmina scripta et verba sacra licet iumenta sicut homines infirmos benedicere et per ea que incantationis speciem habere videntur, dummodo septem premissae conditiones seruantur.<sup>447</sup> Dicit etiam quod a<sup>448</sup> deuotis personis et virginibus experientiam habuerit<sup>449</sup> quod adhibito signo crucis super vaccam et dominica oratione cum salutatione angelica trines vel circiter cessat opus demonis, si est per maleficium.<sup>450</sup>

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: cām (=causam)

<sup>443</sup> *Start of Nider, Praec. 1.11.28 (Ii), which begins:* Vnde xxvi, q. vlti. dicitur (et est auctoritas beati Hieronimi)

<sup>444</sup> *Ed. prin.*: vlti., a false reading that appears in *Nider, Praec. 1.11.9 (E)*; the correct reference (vij) appears when the same passage is quoted in *Praec. 1.11.28 (Ii)*

<sup>445</sup> *End*

<sup>446</sup> *Start of adaptation of Nider, Praec. 1.11.26 (Gg) (quoted in n. 376)*

<sup>447</sup> *End*

<sup>448</sup> *Start of Nider, Praec. 1.11.34 (Oo)*

<sup>449</sup> *For experientiam habuerit Nider has: expertum habeo*

<sup>450</sup> *End*

Et in suo *Formicario*: "Constat<sup>451</sup> quod malefici de ritibus ecclesie veneratis et seruatis sua maleficia prepediri fatentur, vt per aque benedictae aspersionem, per salis consecrati sumptionem, per candelarum in die purificationis et palmarum in die palmarum consecratarum vsum licitum et per similia, quia ad hoc talia ecclesia exorzisat, vt vires demonis imminuant.<sup>452-453</sup>

Preterea, quia malefice, quando volunt iumentum priuare liquore lactis, solent ex illa domo in qua iumentum moratur modicum lactis vel butiri ex illo iumento coagulatum<sup>a</sup> petere, vt et sic consequenter valeant per suam artem iumentum maleficari, ideo sint caute mulieres a quibus suspecte huiusmodi petunt, ne eis in minimo mutuent aut donent. 180C

Preterea, sunt certe mulieres que dum sentiunt quod in coagulando butirum nil proficiunt, sicut in vasis oblongis<sup>b</sup> ad hoc aptis laborare solent, tunc si subito ex suspecte malefice domo modicum butiri habere possunt, tria frustra seu bolos ex illo butiro faciunt, et sub sanctissime trinitatis inuocatione (patris et filij et spiritussancti) illa frustra in vasculum projiciunt et sic omne maleficium fugatur. Vbi iterum incidit vanum vanis contundere, tantummodo ex eo quod butirum a malefica suspecta habet mutuare: quod si absque hoc sub inuocatione sanctissime trinitatis orationem dominicam adiungendo, etiam si de proprio butiro siue alieno, si proprium non haberet, tres pecias immitteret, effectum diuine voluntati committens, irreprehensibilis maneret, licet commendanda non esset, propter tres videlicet pecias butiri immissas; commendanda autem si per aspersionem aque benedictae, salis exorcizati immisionem cum oratione, vt supra, maleficium fugaret. 180D

Preterea, quia sepe omnia iumenta maleficijs interficiuntur, aduertere debent quibus talia accidunt, vt sub limine hostij stabuli aut persepe<sup>c</sup> vel<sup>d</sup> vbi adaquantur terra amoueatur et alia terra cum aspersione aque benedictae ad illa loca reponatur, quia sepe malefice fesse sunt maleficij aliqua instrumenta ad illa loca occultasse, fesse quod ad instantiam demonum tantummodo foueam facere habebant, demon autem maleficium reposuisse,<sup>e</sup> quod quidem maleficium res vilissima erat, vt lapis, lignum vel mus aut serpens aliquis. Constat enim quod diabolus maleficia operatur

<sup>a</sup> Sc. -i

<sup>b</sup> Ed. prin.: -lang-

<sup>c</sup> Ed. prin.: pre- (in pleno)

<sup>d</sup> Unnecessary (cf. 143D)

<sup>e</sup> Sc. reposuit

<sup>451</sup> *Start of Nider, Form. 5.4 (20&A)*

<sup>452</sup> *Nider: min-*

<sup>453</sup> *End*

per se nec in illis rebus indiget consensum aut et perditionem malefice querit, vnde et ipsam aliquo modo cooperari cogit.

181A Contra grandines vero et tempestates vltra ea que supra de signo crucis erecto hoc remedium practicitur. Lapilli enim tres ex grandine in ignem sub inuocatione sanctissime trinitatis proijciuntur, oratio dominica cum angelica salutatione bis aut ter adiungitur. Euangelium Johannis: “In principio erat verbum” cum signo crucis vndique contra tempestatem ante et retro et ex omni parte terre subinfertur, et tunc cum in fine replicat trinies: “Verbum caro factum est,” et trinies ex post dixerit: “Per euangelica dicta fugiat tempestas ista,” subito, si quidem tempestas ex maleficio fuit procurata, cessabit. Hec verissima experimenta nec suspecta iudicantur. Hoc ipsum enim quod lapilli in ignem proijciuntur, si absque inuocatione diuini nominis fieret, supersticiosum censeretur.

Quod si dicatur: nunquid sine illis lapillijs sedari posset tempestas, responderetur vtique per alia sacra verba. Proijciens autem intendit diabolium molestare, dum eius facturam per inuocationem sanctissime trinitatis destruere conatur, ad ignem potius quam ad aquam proijcit, quia cicius dum resoluuntur, eo etiam cicius eius factura destruitur, effectum<sup>a</sup> tamen custodie diuine voluntati committit.

181B Est ad hoc quod malefica<sup>454</sup> quedam, a iudice interrogata an per aliquem modum tempestates a maleficis concitate sedari potest, respondit: “Possunt, per hoc videlicet: | ‘Adiuuro vos grandines et ventos per quinque vulnera Christi et per tres clauos qui eius manus et pedes perforarunt et per quattuor euangelistas sanctos, Matheum, Marcum, Lucam et Johannem, vt in aquam resoluti descendatis.’”<sup>455</sup> Fatentur<sup>456</sup> etiam multe, licet quedam sponte, quedam in torturis et difficulter, quod quinque sunt per que multum impediuntur, aliquando in toto, aliquando in parte, aliquando ne in persona<sup>b</sup> hominis fiant, aliquando ne in suis amicis: et sunt<sup>c</sup> fidem integram vel dei precepta<sup>457</sup> seruantibus,

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -ctñ

<sup>b</sup> *So Nider; ed. prin.*: -ā

<sup>c</sup> *Nider*: videlicet (et sunt *appears to be a clumsy or abortive attempt to change the following participial clauses to a parenthetical comment with finite verbs, but the necessary changes were not made*)

<sup>454</sup> *Start of adaptation of Nider, Form. 5.4 (208D), which begins*: Subintulit iudex tercio querendo: “Possuntne per aliqua tempestates tales remediari a vobis concitate et a demonibus?” Respondit: “Possunt . . .”

<sup>455</sup> *End*

<sup>456</sup> *Start of Nider, Form. 5.4 (207B), which begins*: Nam ita fatebantur [sc. maleficos multipliciter impediiri posse] multi in torturis et dificulter quidam, alij vero sponte. Et quantum ex predicti Petri verbis in Summa collegi, quinque sunt . . .

<sup>457</sup> *Nider*: precepta in caritate

se signo crucis et oratione munientibus, ritus et ceremonias ecclesie colentibus, publicam iusticiam bene exequentibus et Christi passionem verbo vel mente ruminantibus.<sup>458</sup> Vnde et Nider (vbi supra): "Ea de causa vniuersaliter vel communiter<sup>459</sup> in ecclesia campane contra auram pulsantur, tum vt tanquam <per><sup>a</sup> tubas deo consecratas demones recedant a suis maleficijs, tum etiam vt populus excitatus deum contra tempestates inuocet. Et eandem ob causam cum altaris sacramento et sacris verbis ad auram sedandam proceditur|communiter ex antiquissima consuetudine 181C ecclesiarum in Gallia et in Germania."<sup>460</sup>

Sed quia hic modus circa deortationem sacramenti ad auram sedandam videtur multis quoddam superstitiosum, non intelligentes<sup>b</sup> quod<sup>c</sup> regulas per quas agnoscitur aliquid superstitiosum vel non, ideo considerandum<sup>461</sup> est quod quinque dantur regule seu considerationes per quas quilibet cognoscere potest an opus deo exhibitum sit superstitiosum, id est, supra modum christiane religionis obseruatum vel sit ad debitum cultum et honorem deo exhibendum, tam in cordis quam corporis actibus ex vera virtute religionis progrediens. Jsta enim eliciuntur ex glosa super illud apostoli (*Ad Collosenses* ij): "Que sunt rationem habentia sapientie in superstitione," que dicit: "Superstitio est religio supra modum seruata," vt etiam supra tactum est.

Prima est: quod in omnibus operibus nostris cum gloria dei debeat esse principalis finis noster iuxta illud: "Siue manducatis siue bibitis siue aliud quid faciatis, omnia in gloriam dei facite," ideo in omni opere ad religionem pertinens<sup>d</sup> christianam attendatur|an opus sit ad gloriam dei, 181D et homo in opere det principaliter gloriam deo, ita quod per ipsum opus

<sup>a</sup> So Nider

<sup>b</sup> Sc. -ibus

<sup>c</sup> Grammatically unnecessary

<sup>d</sup> Sc. -enti

<sup>458</sup> End

<sup>459</sup> Start of Nider, Praec. 1.11.34 (Pp)

<sup>460</sup> End

<sup>461</sup> Start of adaptation of Nider, Praec. 1.11.23 (Dd): Questio xiiij: anne possunt alique regule dari per quas agnoscatvr vtrum aliquid sit superstitiosum vel non. Dicitur autem superstitio, vt patet Coll. ij super illo: "Que sunt rationem habentia sapientie in superstitione." Glosa enim dicit ibi quod superstitio est religio supra modum seruata, id est, modis vel circumstantijs malis et defectuosis. Est vero religio virtus inclinans ad exhibendum deo ratione sue excellentie debitum cultum et honorem tam in cordis quam in corporis actibus. Et respondetur secundum Thomam (Secunda Secunde, q. xcij) quod sic, saltem in genere et literatis, prout ex verbis elicitur eius sancti. Et sunt quinque. Prima est: cum gloria dei sit finis noster principalis, quem in omnibus querere debemus, attendatur an opus sit ad gloriam dei, et homo in opere deo det principaliter gloriam per ipsumque opus mens hominis deo subijcitur iuxta illud (1 Cor. x): "Siue manducatis siue bibitis siue aliud quid faciatis, omnia in dei gloriam facite."

et mens hominis deo subijciatur.<sup>462,463</sup> Et quidem licet propter hanc regulam cerimonialia vel etiam iudicialia veteris testamenti iam in nouo non exercentur, cum sciamus illa sub figura, hec autem in veritate iam esse propalata, tamen deportatio sacramenti vel reliquiarum ad auram sedandam non videtur contra hanc regulam militare.

Item cum secunda<sup>464</sup> regula sit quod attendatur an opus quod fit sit ad corporis exercitium vel refrenatiuum concupiscentie vel abstinencie corporalis, modo tamen virtuti debito, hoc est, secundum ritum ecclesie vel secundum moralem doctrinam, quia apostolus dicit (*Ad Romanos* xij): “Rationabile sit obsequium vestrum,”<sup>465</sup> et<sup>466</sup> propter hanc secundam regulam fatue faciunt vouentes non pectinare caput sabbato vel ieiunare die dominico tanquam meliori die et similia,<sup>467</sup> non videtur iterum quod deportatio sacramenti etc. sit supersticiosum.

182A Item cum tertia<sup>468</sup> regula sit quod attendatur an opus sit secundum statutum vniuersalis ecclesie vel secundum sacre scripture testimonium vel saltem secundum particularem<sup>469</sup> ecclesie ritum aut de consuetudine generali, que secundum Augustinum pro lege habenda est<sup>470</sup> – vnde<sup>471</sup> et beatus Gregorius scribit Anglorum episcopo conquerenti quod sunt diuerse ecclesie consuetudines in missarum celebratione, respondit Gregorius: “Placet vt siue in Romana siue in Galliarum seu in quacunque ecclesia aliquid inuenisti quod plus omnipotenti deo possit placere, sollicitate eligas”;<sup>472</sup> diuerse<sup>473</sup> enim consuetudines ecclesie in cultu diuino in nullo veritati repugnant, et ideo seruande, et eas preterire illicitum est<sup>474</sup> – ideo vt in principio tactum est, antiquissime consuetudines ecclesiarum Gallie et quarundam Germanie cum decreuerint eucharistiam ad

<sup>462</sup> For ideo . . . subijciatur, cf. *Aq.*, Summa 2/2.93.2.Co.: . . . quicquid homo faciat ad gloriam dei, et ad hoc quod mens hominis deo subijciatur et etiam corpus per moderatam refrenationem concupiscentiarum secundum dei et ecclesie ordinationem et consuetudinem eorum quibus homo conuiuit non est superfluum in diuino cultu.

<sup>463</sup> Pause

<sup>464</sup> Resume (*Nider begins*: Secunda: videatur an opus quod fit et quod pertinet ad aliquam abstinenciam corporalem vel corporis exercitium vtrum sit refrenatiuum concupiscentie modo virtuti debito secundum ritum . . .)

<sup>465</sup> Pause (*Nider adds*: loquendo de corporalibus exercitijs)

<sup>466</sup> Start of a later passage in same question of *Nider*, which begins: Propter idem [*sc. the first rule*] et propter regulam secundam fatue faciunt . . .

<sup>467</sup> End

<sup>468</sup> Resume quotation of the earlier passage of *Nider*, which begins: Tertia: videatur an opus . . .

<sup>469</sup> *Nider*: -is

<sup>470</sup> Cf. *Aq.*, Summa 2/2.93.2.Co.: . . . consuetudinem communem, que secundum Augustinum pro lege habenda est . . .

<sup>471</sup> Start of *Nider's* quotation of *Aq.*, Summa 2/2.93.1.Ag3

<sup>472</sup> Pause in *Nider* (and end of *Aq.*)

<sup>473</sup> Start of *Aq.*, Summa 2/2.93.1.Ra3

<sup>474</sup> End

auram <sedandam> deportare, non poterit hoc esse illicitum, verum quod non in patulo sed in sacrario abscondito et incluso.

Item cum quarta<sup>475</sup> regula sit quod inspiciatur quod opus quod fit habeat naturalem proprietatem ad effectum qui expectatur<sup>476</sup> – alias enim si hoc non habet, censetur superstitiosum, ex | qua consideratione 182B  
caracteres ignoti et nomina suspecta, etiam imagines astronomice et nigromantice refutantur omnia tanquam suspecta<sup>477</sup> – ideo et ex hac consideratione non possumus dicere quod deportatio reliquiarum aut eucharistie contra diabolicas infestationes sit superstitiosum, imo religiosissimum, cum ibi tota salus nostra contra aduersarium contineatur.

Item cum quinta<sup>478</sup> regula sit vt attendatur quod opus quod fit non prebeat occasionem scandali vel ruine, quia tunc licet non esset superstitiosum, tamen propter scandalum esset dimittendum vel differendum vel occulte sine scandalo faciendum:<sup>479</sup> ideo si deportatio talis sine scandalo fieri potest, vel saltem occulte, tunc non est obmittendum. Ex ista enim regula sepe obmittuntur benedictiones per verba deuota, siue super infirmos siue vt ad collum alligentur, et hoc a secularibus. “Obmittuntur” dico quod saltem non publice fiunt vbi occasionem ruine in alijs simplicibus prestare possent.

Hec sufficiant quo ad remedia contra grandines per | verba et opera 182C  
licita.

#### REMEDIA QUEDAM OCCULTA CONTRA QUASDAM OCCULTAS DEMONUM INFESTATIONES

##### Capitulum Octauum

SED IAM ITERUM SUSPEDITUR iudicium ad scribendum remedia contra quedam terre frugum nocumenta que per vermes interdum et scinifes per turmas ad longissima terrarum spacia in aere volantes, ita vt superficiem terre cooperire videantur, radicitus cuncta virentia tam in

<sup>475</sup> *Resumed adaptation of Nider:* Quarta: inspiciatur an opus adhibitum vel exercitium ad effectum qui expectatur habeat naturalem proprietatem vel non, de quo phisici, medici et astrologi, inquantum tales multa iudicare possunt, et theologi.

<sup>476</sup> *Pause*

<sup>477</sup> *Cf. Ag., Summa 2/2.96.2.Rat.:* . . . si simpliciter adhibentur res naturales ad aliquos effectus producendos ad quos putantur naturalem habere virtutem, non est superstitiosum neque illicitum. Si vero adiungatur vel characteres aliqui vel aliqua nomina vel alie quecunque varie obseruationes que manifestum est naturaliter efficaciam non habere erit superstitiosum et illicitum.

<sup>478</sup> *Resume (Nider begins:* Quinta: consideretur si opus non est merito res alicuius scandali dati prebens occasionem . . .)

<sup>479</sup> *End*

vinetis quam segetibus et graminibus consummatos<sup>a</sup> immittuntur. Item remedia contra pueros opere demonum cambitos.

Ad primum tamen dicendum iuxta sanctum Thomam (*Secunda Secundae*, q. xc, vbi petit an<sup>480</sup> liceat adiurare irrationalem creaturam): respondit quod sic, per modum tamen compulsionis. Que referri tunc debet ad diabolum, qui in nocumentum nostrum vtitur irrationalibus creaturis, et talis est modus adiurandi in ecclesie exorcismis per quos  
 182D demonum potestas | excluditur ab irrationalibus creaturis. Si enim intentio referretur quo ad irrationalem creaturam, quo ad se, que nihil intelligit, vana esset.<sup>481</sup> Ex quo datur intelligi quod per exorcismos licitos et adiurationes possunt depelli, diuina tamen assistente clementia taliter vt prius populo ieiunia, processiones et alie deuotiones iniungantur. Propter adulteria enim et multiplicationem criminum huiusmodi mala immittuntur, vnde et ad confessiones homines inducendi sunt. In nonnullis etiam prouincijs excommunicationes fulminantur, sed tunc vim adiurationis super demones sortiuntur.

Est et alia horribilis dei permissio super homines, vbi interdum mulieribus subtractis proprijs filijs et pueris alieni a demonibus supponuntur. Et hi quidem pueri vulgariter campsores (in almanico “wechs-elkind”) nuncupati sunt in triplici differentia. Nam aliqui sunt semper macilenti eiulantes, cum tamen quattuor mulieres nulla vbertate lactis  
 183A vnum | lactare sufficerent. Aliqui vero sunt incuborum demonum opere producti, quorum tamen filij non sunt sed proprie illius hominis et viri cuius semen receperunt vt succubi vel in somnis viros polluentes. Hos enim pueros interdum diuina permissione supponunt subtractis proprijs filijs. Est et tertium genus vbi interdum demones in specie paruulorum apparentes nutricibus se coniungunt. Commune in omnibus tribus quod multo ponderosi: macillentes non crescunt et nulla vbertate lactis, vt premissum est, lactantur. Et sepius dicuntur euanuisse.

Quare autem diuina pietas talia permittit? Dici potest quod ex duplici causa: primo, quia parentes pueros nimis diligunt, vnde propter eorum vtilitatem talia permittuntur; secundo, quia presumendum est quod huiusmodi mulieres quibus talia accidunt vt plurimum sunt supersticiose, et in multis alias a demonibus seducuntur. Vnde et dominus verus zelotes secundum rectum zelum, qui est vehemens amor in propriam  
 183B sponsam, ex quo alium non solum | accedere non patitur, sed nec signa

<sup>a</sup> Sc. consumentes

<sup>480</sup> *Start of Nider, Praec. 1.11.30 (LL), which begins: Questio xxx: vtrum licet adiurare irrationem creaturam. Respondet Thomas (ibidem) quod sic . . .*

<sup>481</sup> *End*

adulterij vel suspicionis vt maritus zelosus super animam quam precioso sanguine emit et per fidem desponsauit, sustinere potest in tactu, colloquio, appropinquatione quocunque modo cum inimico diabolo et aduersario salutis. Et si signa adulterij maritus zelosus non patitur, quantum tunc turbatur quando adulterium committit? Vnde non mirum si proprij subtrahantur filij et adulterini supponuntur.

Et quidem vt fortius ista imprimantur, et quantum deus animam zelatur et non vult nec signa suspensionem causantia pati, patet ex antiqua lege, vbi vt populum suum funditus elongaret ab idolatria, prohibuit non solum idolatriam sed multa alia que occasionem possent prebere ad idolatriam et que etiam in se non videntur habere vitilitatem, quam tamen in suo mistico sensu mirabiliter retinent. Vnde non solum dixit (*Exodi* xxij): "Maleficos non patieris viuere super terram," sed et hoc adiunxit: "Non habitet<sup>182</sup> in terra tua, ne forte peccare te faciat,"<sup>183</sup> sicut copulatrix occiditur et peruagari inter homines non permittitur. Nota 183C zelum dei: (*Deuteronomi* xxij) deus precepit, nidum cum ouis aut pulis, desuper cubantem matrem non deberent simul seruare, sed matrem permittere auolare, quia hoc gentiles ad fecunditatem vel sterilitatem vertebant. Zelotes dominus in suo populo noluit tale signum adulterij pati. Sic iam vetule inuentionem denarij signum magni fortunij et per oppositum vbi thesaurum somniarent iudicant.

Item precepit omnia vasa cooperiri et vasculum non habens operculum immundum censer. Error erat vt venientes de nocte demones<sup>a</sup> aut, vt vetule dicunt, "die seeligen" (sed sunt malefice vel demones in earum effigijs) debent omnia consumere, vt post abundantius tribuant. Colorant quidam et dicunt "schrettil": sunt contra determinationem doctorum quod preter homines et angelos non sunt alie creature rationales, vnde non sunt nisi demones.

Item *Leuitici* xviiiij: "Ne in rotundum attondetis comam nec radetis barbam." Jlla enim | faciebant ydolatre in venerationem idolorum. 183D

Item *Deuteronomi* xxij: vt viri non induerentur vestibus mulierum nec econuerso, quod ille in venerationem dee Veneris et alij in venerationem Martis et dee Priapis.

Item ea de causa iussit destrui aras idolorum, et Ezechias destruxit serpentem eneam quando populus ei voluit offerri, dicens: "Cuprum est." Et ea de causa inhibuit somnia non obseruari et auguria et precepit

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -ibus

<sup>182</sup> *Vulgate* Ex. 22:33: -ent

<sup>183</sup> *Vulgate*: -ant

vt vir aut mulier in quo phitonicus spiritus esset occideretur, sicut iam sunt “warsegerin” nuncupati.

Que omnia quia suspicionem generant ad adulterium spirituale, ideo, vt dictum est, ex zelo quem deus habet ad animas sibi desponsatas, sicut sponsus ad sponsam, inhibuit. Sic etiam et nos predicatorum et animarum rectores aduertere debemus quod nullum sacrificium deo magis acceptum quam zelus animarum, vt Hieronimus (*Super Ezechielem*) attestatur.

184A Vnde et consequenter in tertia parte operis de exterminio maleficarum quo | ad vltima remedia tractandum erit. Hoc ipsum enim vltimum ecclesie refugium ad quod etiam ex diuino obligatur, vt dictum est, precepto: “Maleficos ne patiaris viuere super terram.” Vbi et remedia contra maleficos sagittarios includuntur, cum et hoc ipsum genus nisi per seculare brachium poterit exterminari.

*Remedium dum quis intuitu commodi temporalis se ex toto  
demoni deuouit<sup>a</sup>*

Sicut experientia sepe docuit per veram confessionem, licet a diaboli potestate liberabantur, tamen diu exposit grauissime molestati, et precipue nocturnis temporibus, fuerunt, et hoc in eorum penam deus permisit. Signum autem quod liberati erant ex illo agnoscebatur, quia pecunia in bursis aut capsulis post confessionem deficiebat. Super quo plurima gesta deduci possent, sed breuitatis causa obmittuntur.

<sup>a</sup> Capitulum Nonum *should follow*

PARS 3



SEQUITUR TERTIA PARS TOTIUS OPERIS SUPER MODOS  
EXTERMINANDI VEL ADMINUS PUNIENDI PER DEBITAM  
IUSTICIAM IN FORO ECCLESIASTICO ET CIUILI, ET  
HABEBIT QUESTIONES XXXV, GENERALIS TAMEN ET  
INTRODUCTORIA PREMITTITUR

VTRUM MALEFICE ET EARUM fautores, receptores et defensores ita 184B  
subijciuntur iudicio ecclesiastico diocesanorum et ciuili quod ab earum  
inquisitione valeant heretice prauitatis inquisitores esse exonerati.

Et arguitur quod sic. Nam in c. "Accusatus" § "Sane" (*Libro Sexto*)  
dicitur: "Sane cum negocium fidei, quod summe priuilegiatum existit,  
per occupationes alias non debeat impediri, pestis inquisitores heretice  
a sede apostolica deputati de diuinationibus aut sortilegijs, nisi heresim  
saperent manifeste, intromittere se non debent nec punire talia exer-  
centes, sed relinquere suis iudicibus puniendos." Nec videtur ob stare  
quod heresis maleficarum hic non exprimitur, tum quia eisdem penis in  
foro conscientie puniuntur ("De Consecratione," di. ij "Pro Dilectione":  
"Si diuinorum et maleficorum peccatum occultum sit, interponitur  
penitentia xl dierum; si notorium, eucharistia denegatur, et quorum<sup>a</sup> in  
eadem pena etiam idem iudicium decernitur") tum etiam quia eadem  
vtrouque videtur esse culpa, cum sicut | sortilegi iudicium sortiuntur,<sup>b</sup> 184C  
ita malefice nocumenta creaturarum a demonibus expectant et exigunt,  
vtrouque quod a solo deo querendum est a creaturis illicite requirentes,  
vnde vtrouque peccatum ydolatrie, ad quem sensum *Ezechie* xxi notatur  
quod rex Babylonis stetit in biuio in capite duarum viarum, commiscens  
sagittas interrogauit idola.<sup>1</sup>

Preterea, si dicatur quod capitulum restringit diuinatores et sortilegos  
super crimen heresis in quo subesse debent iudicio inquisitorum, cum  
dicit "nisi heresim saperent manifeste," ita quod adminus diuinatores  
et sortilegi hereticales sint eis subiecti, contra, quia tunc essent dandi  
diuinatores artificiales, de quibus nullibi in scripturis fit mentio.

Preterea, si malefice sunt inquisitorum iudicio subiecte, hoc erat  
propter crimen heresis, sed quia facta maleficarum sine heresi possunt  
fieri, probatur: nam sicut conculcare corpus Christi in luto, quod valde  
horrendum esset peccatum, potest fieri sine errore in intellectu, et per  
consequens etiam sine heresi, quia stat firmiter aliquem credere ibi esse 184D

<sup>a</sup> *Either sc. eis qui or delete the following in (presumably clumsy adaptation)*

<sup>b</sup> *Ed. prin.: -unt*

<sup>1</sup> *Quotation from Nider, Pracc. 1.10 (F)*

corpus, proijcere<sup>a</sup> tamen in lutum ad complacendum demoni ex aliquo pacto, ideo vt optatum finem, puta thesauri inventionem vel simile, obtineret, ita et facta maleficarum sine errore fidei, licet non absque grandi peccato, fieri possunt. Vnde in illo casu vtique iudicium inquisitorum subterfugiunt et suis iudicibus relinquuntur.

Preterea, sicut Salomon dijs suarum vxorum reuerentiam exhibuit propter complacentiam, nec tamen propterea apostasiam perfidie incurrebat, quia mente fidelis et veram fidem semper retinuit, ita et malefice propter reuerentiam quam exhibent diabolo propter pactum initum mente fidem retinentes non sunt propterea heretice nuncupande.

Preterea, si dicatur quod omnes malefice fidem habent abnegare, vnde et heretice iudicande, contra, quia in casu quo etiam mente et corde abnegarent adhuc non heretice sed apostate nuncupantur, et cum sit  
185A differentia inter hereticum et apostatam, et heretici inquisitorum iudicio subijciuntur, vtique malefice eorum iudicium subterfugere habent.

Preterea, (xxvi, q. v) dicitur: “Episcopi eorumque ministri omnibus modis elaborare studeant vt perniciosam et a zabulo inuentam sortilegam et magicam artem ex parrochijs suis penitus eradicare studeant,<sup>2</sup> et si aliquem virum aut mulierem huius sceleris sectatorem inuenerint, turpiter dehonestatum de suis parrochijs eijciant” etc., vnde cum capitulum dicat “suis iudicibus relinquunt,” et quia loquitur in plurali tam de ecclesiastico quam ciuile iure, ideo adminus per capitulum allegatum subijciuntur diocesanorum iudicio.

Quod si diocesani etiam seipsos exhonorare<sup>b</sup> vellent, prout inquisitores prefatis iam tactis argumentis rationabiliter facere videntur velentque maleficarum punitionem ad temporales iudices retorquere, his argumentis probabiliter hoc facere possent.

Habetur in c. “Vt inquisitionis” § “Prohibemus”: “<Prohibemus> quoque destrictius prefatis<sup>3</sup> dominis temporalibus et rectoribus ipsorumque officialibus, ne ipsi de hoc crimine, cum sit mere ecclesiasticum, quoque<sup>c</sup> modo cognoscant vel iudicent” et loquitur de crimine heresis. Sequitur ergo quod vbi crimen non est mere ecclesiasticum, sicut est crimen in huiusmodi maleficis, que<sup>d</sup> propter damna temporalia que ab eis inferuntur a ciuili et non ab ecclesiastico debent puniri.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -eret

<sup>b</sup> *Sc. exon-*

<sup>c</sup> *Sc. quam (so canon)*

<sup>d</sup> *Unnecessary and obstructive of the sense*

<sup>2</sup> *Canon*: eradicent

<sup>3</sup> *Canon*: potestatibus, dominis

Preterea, (C. "De iudeis" l. vlti. in fine) dicitur: "Cernat preterea bona sua proscrip̄ta et mox sanguinis pena destinandus qui fidem Christi<sup>4</sup> expugnabit peruersa doctrina." Quod si dicatur quod lex loquitur de iudeis conuersis et post redeuntibus ad ritum Iudeorum, instantia non valet, imo argumentum amplius per hoc fortificatur, eo quod cum tales propter apostasiam a fide iudex ciuilis habet punire, ergo etiam maleficas fidem abnegantes, cum abnegatio fidei in toto vel in parte sit fundamentum maleficarum.

Preterea, licet in solutione dicatur quod pro eodem apostasia et heresis sit capienda, adhuc tamen ecclesiasticus iudex non se habet de eis introumittere | sed ciuilis. Nam occasione questionis heresum nullus debet populum commouere, sed preses debet per se prouidere (in *Autentico*, "De man. princ.," id est, "De mandatis principum," Colla. iij § "Neque occasione," vbi dicitur: "Neque occasione religionum heresumque questionis permittas alicui prouinciam commouere aut aliter quadam preceptione iniungi prouinciam<sup>5</sup> cui presides, sed ipse prouidebis cum competenti vtilitate fiscalibus et que alia sunt perscrutari et non permittere aliquid fieri circa nostras preceptiones occasione religionum"). Patet ex his quod de expugnante fidem nullus debet se introumittere nisi preses.

Preterea, si cognitio, iudicium et punitio talium maleficarum non spectaret totaliter ad ciuilem iudicem, quomodo leges de his tribus se introumittere possent? Nam C. "De maleficis" lex "Nemo," lex "Culpa," lex "Nullus" omnes illos quos vulgus maleficos vocat capitali pena subiicit, et etiam lex<sup>a</sup> "Militi"<sup>b</sup> bestijs obijcere decernit qui magica arte vite innocentum insidiantur; item quod questionibus et tormentis ad interrogandum subijci debeant, et quod ad eorum accusationem quilibet admitti debeat, et quod nullus fidelium sub pena exilij et amissione omnium bonorum cum eis participat cum multis alijs penis annexis, que legenti illas leges occurrunt.

Econtrario vero et pro veritate legum doctores talium maleficarum punitionem in ecclesiasticum iudicem possunt retorquere, vt simul copulatiue habeant cognoscere et iudicare, et hoc sic probatur. In crimine canonico preses cum metropolitano habet discernere et non metropolitanus per se sed adiuncto preside: patet in *Autentico*, "De mandatis principum" § "Si vero": "<Si vero> canonicum sit quod queritur, vna cum metropolitano prouincie hoc disponere et decernere providebis, siue alij

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: et e.l.

<sup>b</sup> *Sc.* multi

<sup>4</sup> *Code.* alterius

<sup>5</sup> *Code.* quandam preceptionem iniungi prouincie

episcopi<sup>a</sup> dubitant” (glosa: “id est, in fide, quo casu solus cognoscet”) “siue alij quidam” (glosa: “tunc episcopus cum preside solus cognoscet”) 186A “et cause deo dare amabilem et decibilem | terminum, qui et decen- ter orthodoxam custodiat fidem et indemnitate[m] procuret fiscalibus et nostos subiectos seruet inuolatos” (glosa: “id est, eos non corrumpat in fide”).

Preterea, princeps secularis, licet puniat pena sanguinis, non tamen per hoc iudicium ecclesie excludit, cuius est cognoscere et diffinire, imo necessario presupponit, vt patet C. “De summa trinitate et fide catholica,” lege prima in fine et *Extra*, “De hereticis,” c. “Ad abolendam” et c. “Vergentis” et c. “Excommunicamus” primo et secundo. Jmo eadem pena est et secundum leges et secundum canonem, vt patet C. “De hereticis,” lege “Manacheos” et lege “Arriani,” vnde et ad eos pertinet, precipue insimul et non diuisim, talium punitio.

Preterea, sicut leges decernunt clericos a proprijs iudicijs emendari et non a temporalibus seu secularibus, eo quod crimen ecclesiasticum in eis censetur, ita et maleficarum crimen cum sit partim ciuile et partim ecclesiasticum propter damna temporalia et fidem quam violant: ideo ad vtriusque partis iudices pertinet ad cognoscendum, iudicandum et puniendum.

186B Et fortificatur ratio in *Autentico* (“Vt clerici apud proprios iudices” § “Si vero” coll. vi), vbi dicitur: “Si vero ecclesiasticum sit delictum egens castigatione ecclesiastica et mulcta, deo amabilis episcopus hoc discernat nihil communicantibus clarissimis prouincie iudicibus. Neque enim volumus talia negocia omnino scire ciuiles iudices, cum oporteat talia ecclesiastice examinari et emendari animas delinquentium per ecclesiasticam mulctam secundum sacras et diuinas regulas, quas et nostre sequi non dedignantur leges.” Hec ibi). Vnde et per oppositum crimen mixtum ab vtrisque est puniendum.

186C Responso. Cum principalis intentio nostra in hoc opere sit ab inquisitione maleficarum, quantum cum deo fieri posset, nos inquisitores partium superioris Almanie exonerare suis iudicibus ad puniendum relinquendo, et hoc propter negocij arduitate[m], dum tamen indemnitate<sup>b</sup> fidei et saluti animarum non eo minus prouideretur, quare et presens opus aggressi sumus, ipsis iudicibus modos cognoscendi, diffiniendi et sententiandi relinquendo, ideo ad ostendendum<sup>c</sup> quod episcopi contra maleficas in multis procedere possint etiam seclusis inquisitoribus, licet ipsi episcopi sine temporali et ciuili iudicio, vbi punitio transit in

<sup>a</sup> So *Code; ed. prin.*: quidam

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -e

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: ostend-

vindictam sanguinis, non ita procedere valeant, expedit certas opiniones aliorum inquisitorum in diuersis regnis Hispanie in medium deducere et illas, salua eorum semper reuerentia, cum sub ordine vno predicatorum militamus, infringere, vt eo clarior in singulis habeatur intellectus.

Est itaque eorum opinio quod omnes malefici, sortilegi, diuinatores, nigromantici et breuiter sub quocunq[ue] genere diuinationum existant et qui fidem sacram semel susceperunt et professi sunt iudicio inquisitorum subiaceant, taliter vt in tribus que notantur in c. “Multorum querela” (in principio “De hereticis” in *Clementinis*) nec inquisitor sine episcopo nec episcopus sine inquisitore procedere habeat, licet in quinque alijs vnus sine altero procedere valeat (si cui placet, capitulum legat et inueniet). Vnum autem e tribus | est sententia diffinitiu[a] ad quam vnus 186D sine altero non debet procedere, et hoc vbi prefati heretici sunt habendi. Addunt insuper blasphemos et quocunq[ue] modo demones inuocantes, et excommunicatos qui in excommunicatione stetissent per annum animo contumaci in causa fidei vel etiam in non causa fidei sub certis casibus, et plura alia includunt per que autoritas ordinariorum nimis eneruatur, et nobis inquisitoribus ampliora onera imponuntur, minus securi<sup>2</sup> coram tremendo iudice qui vtique districtam a nobis supercommissi officij exiget rationem.

Et quia eorum opinio non infringitur nisi eorum fundamentum sit annullatum, ideo notandum quod principale fundamentum per glosatores canonum et precipue super c. “Accusatus” et § “Sane” et super verba “heresim sapiant manifeste” accipitur. Fundant insuper se super dicta theologorum Thome, Alberti, Bonauenture in *Secundo Sententiarum* (distin. vij): ex his specialiter aliqua expedit recitare.

Nam vbi capitulum dicit, vt in argumento primo deductum est, 187A quod inquisitores heretice prauitatis de sortilegijs et diuinationibus se non debent intromittere nisi heresim sapiant manifeste, dicunt quod<sup>6</sup> sortilegi vel diuinatores sunt duplices, scilicet artificiales et hereticales,

<sup>2</sup> Sc. securis

<sup>6</sup> *Start of adaptation of Eym. 2. 42 (336 1A-C):* . . . hic distinguendum est de diuinatores et sortilegis, scilicet quod diuinatores et sortilegi sunt in duplice genere. Quidam sunt sortilegi et diuinatores meri, sicut sunt qui agunt mere ex arte chyromantie, qui ex manus lineamentis diuinant et iudicant de effectibus naturalibus et conditionibus hominis, vel qui ex equalitate vel inequalitate festucarum aliquid presens sed absconsum ab eis iudicatum [*variant: iudicant*] diuinando, et consimiles. Et isti candunt in tit. “De Sorc. et Diui” et istis non se habet intromittere inquisitor per frequenter allegatum c. “Accusatus.” Et de his loquitur c. “Ex tuarum” (Extra “De sortileg”), vbi dicitur quod Vlricus presbyter cum quodam infami, hoc est diuinatore (dicit glosa), ad secretum locum perrexit, non ea intentione vt demonem inuocaret sed vt cum inspectione astrolabij furtum quoddam inueniret, quasi dicat quod est mere diuinatio vel sortilegium. Quidam autem sunt sortilegi et diuinatores non meri sed ad hereses contracti, vt sunt demonibus honorem latrerie vel dulie impendentes, puerum rebaptizantes vel similia facientes, et hoc pro diuinando futura

et primi dicuntur meri diuinatores, quia videlicet mere ex arte agunt, de quibus etiam loquitur capitulum “Ex Tenore” (*Extra*, “De Sortilegijs”), vbi dicitur quod Vldaricus presbiter cum quodam infami (“hoc est, diuinatore” dicit glosa) ad secretum locum perrexit, non ea intentione vt demonem inuocaret, quasi dicat quia hoc fuisset hereticum, sed vt cum inspectione astrolabij furtum quoddam inueniret, quasi dicat quod est mera diuinatio vel sortilegium. Secundi vero hereticales dicuntur diuinatores qui in eorum arte demonibus aliquem honorem latræ vel dulie impendunt, qui diuinando futura predicere conantur vel aliquid simile quod heresim sapiat manifeste exercent, et tales iudicio inquisitorum, sicut et alij heretici, subiacent.<sup>7</sup>

187B Et<sup>8</sup> quod hec sit mens capituli probant per canonistas glosantes verbum “saperent.” Nam Johannes Andree super allegato capitulo “Accusatus” et verbum “saperent” dicit ita: “Saperent,” sicut est circa aras idolorum nepharias preces emittere, sacrificia offerre, demones consulere, eorumque responsa suscipere: vel associant sibi propter sortes exercendas hereticos, vel faciunt predicta cum sanguine vel cum corpore Christi, vel in sortibus vt possint habere responsa puerum rebaptizant, vel his similia.”<sup>9</sup> Ad eundem sensum allegant archidiaconum super eodem capitulo et § “Sane” et super eodem verbo “saperent.”<sup>10</sup> Jtem allegant Johannem Monachi, Raymundum, Guilhelmum de Monte Lauduno.<sup>11</sup>

Jtem probant<sup>12</sup> per determinationem ecclesie ex concilio Acquirensi: (xxvi q. v) “Episcopi”, vbi huiusmodi mulieres supersticiose infideles

seu cordis intima penetrando, que quidem sapiunt heresim manifeste. Et tales sortilegi et diuinatores inquisitoris iudicium non euadunt, sed hereticorum legibus puniuntur per allegatum c. “Accusatus.”

<sup>7</sup> End

<sup>8</sup> *Start of Eym. 2.43 (340 1A–C)*, which begins: Secundo probatur hec eadem conclusio ex dictis doctorum canonistarum. Nam Ioannes Andree super c. “Accusatus” § “Sane” verbo “Saperent” (*Extra* “De Heret” lib. sex.) dicit ita . . .

<sup>9</sup> End

<sup>10</sup> *Cf. Eym. 2.43 (340 1C)*: Archidiaconus vero super eodem. c. et § “Sane” et verbo “Saperent . . .”

<sup>11</sup> *Cf. Eym. 2.43 (340 1D)*: . . . Ioannes autem Monachus super eodem c. et § et verbo “Saperent” dicit sic . . . ; (2D): . . . Guillelmus de monte Lauduno super antedicto verbo “Saperent” dicit ita . . . Bartholomeus Raymundi super eodem verbo “Saperent” dicit ita . . .

<sup>12</sup> *Start of Eym. 2.43 (340 2D–341 1D)*: Tertio eadem conclusio seu casus probatur ex dictis ecclesie determinationum. Nam xxvi questio. v capitu. “Episcopi” dicitur sic: [extensive quotation of the canon]. Ex his apparet quod perdicte scelerate mulieres in perfidia perseuerant, a recta via deuiant atque fide, et earum mentibus infidelibus demones obijciunt et deludunt. Si ergo iste mulieres, de quibus non constat quod sacrificia offerant demonibus inuocatis, perfidie et infideles et a recta via deuiantes in prefato decreto in concilio Acquirensi dicte et habite sunt, et per consequens, si baptizate sunt, vt heretice habende sunt, quia christianum a recta via et fide deuiare et infidelitatem recipere est proprie hereticare: quanto magis christiani honorem latræ exhibentes et sacrificantes demonibus inuocatis dicendi et habendi sunt perfidi, a recta via deuiantes, et infideles infidelitate christianorum, que est heresis, et per consequens heretici sunt habendi?

nominantur, cum dicitur: "Vtinam he sole in sua perfidia perissent!" Et perfidia in christiano dicitur heresis, vnde et inquisitorum hereticorum iudicio sunt subiecti.<sup>a-13</sup>

Probant insuper per theologos:<sup>14</sup> primo<sup>15</sup> per sanctum Thomam in *Secundo Sententiarum*, distinctione vij, vbi querit | vtrum vti auxilio demonis sit peccatum, vbi inter alia hec verba dicit super illud *Isaie viij* ("Nunquid non populus a deo suo requiret visionem?"): "In omnibus in quibus complementum operis ex virtute demonis expectatur est apostasia a fide propter pactum initum cum demone, vel verbotenus, si inuocatio intersit, vel facto aliquo, etiam si sacrificia desint."<sup>16</sup> Ad idem allegant Albertum (in eodem suo scripto et distin.);<sup>17</sup> item Petrum de Tharenthesia;<sup>18</sup> item Petrum de Bona Ventura nouiter canonizatum<sup>b</sup> (qui tamen non Petrus nominatur, cum fuerit verum nomen suum); item Alexandrum de Halis et Guidonem ordinis Carmelitarum.<sup>19</sup> Qui omnes dicunt quod demones inuocantes sunt apostate et per consequens heretici, vnde inquisitorum hereticorum iudicio subiecti.

Sed quod prefati inquisitores per hec et per quecunque ab eis allegata non possunt sufficienter probare quin etiam prefati sortilegi etc. iudicio ordinariorum seu episcoporum seclusis inquisitoribus possunt subiacere, et quod inquisitores a talium diuina<sup>torum</sup>, nigromanticorum seu etiam maleficorum <inquisitione><sup>c</sup> se possunt exonerare, non

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -ietti

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -o

<sup>c</sup> *Cf.* 186B, 192D, 193C

<sup>13</sup> *End*

<sup>14</sup> *Cf. Eym. 2.43 (339 1A)*: Hec conclusio seu casus potest deduci tripliciter: primo ex dictis sanctorum doctorum theologum...

<sup>15</sup> *Start of adaptation of Eym. 2.43 (339 2B-D)*: Idem sanctus Thomas (ij *Sententiarum*, dist. vij, articulo vltimo in corpore questionis, vbi querit vtrum vti auxilio demonis sit peccatum) dicit sic: "Respondeo dicendum quod ea que sunt supra facultatem humane nature a solo deo requirenda sunt, et ideo sicut grauiter peccant qui illud quod est dei creature impendunt per idolatrie cultum, ita etiam grauiter peccant qui ea que a deo expectanda sunt auxilio demonum implorant. Et huiusmodi est vaticinatio de futuris, vt dicitur *Isaie viij*: 'Nunquid non populus a deo suo requirit visionem pro viuus et mortuis'" etc. Et similiter etiam in alijs operibus magicis in quibus complementum operis ex virtute demonis expectatur. In omnibus enim est apostasia a fide propter pactum initum cum demonibus vel verbotenus, si inuocatio intersit, vel facto aliquo, etiam si sacrificia desint."

<sup>16</sup> *End*

<sup>17</sup> *Cf. Eym. 2.43 (339 2D)*: Dominus etiam Albertus doctor magnus ordinis fratrum predicatorum, qui fuit archiepiscopus Ratisponensis, super ij *Sententiarum*, distin. seprima, articulo vltimo in corpore questionis...

<sup>18</sup> *Cf. Eym. 2.43 (340 1A)*: Idem tenet dominus Petrus de Tarantasia ordinis predicatorum, qui postmodum fuit papa Innocentius V...

<sup>19</sup> *Cf. Eym. 2.43 (340 1A)*: Et dominus Petrus de Bonauentura, qui fuit cardinalis, et etiam Alexander de Alex de ordine fratrum minorum omnes predictis assentiuntur super ij *Sententiarum* dist. vij, et nonnulli alij magistri in theologia, et specialiter dominus frater Guido de ordine Beate Marie de Carmelo, episcopus Maioricensis et post Elnensis...

quod illi inquisitores male faciunt inquirendo super tales vbi episcopi non inquirunt, in quo casu potius inquisitores illi sunt commendandi, sic probatur. Inquisitores non habent se intromittere nisi super crimen heresis, et cum hoc oportet quod illud crimen sit manifestum: patet per frequenter allegatum capitulum “Accusatus” et § “Sane.” Quo stante tunc iterum arguitur: cum quis aliqua committit que absque vicio heresis committere potest, quantuncunq̄ illa sunt graua et enormia, adhuc non est vt hereticus iudicandus, licet sit puniendus. Ex quo sequitur quod vbi quis non est iudicandus vt hereticus sed vt malefactor puniendus, inquisitor non se debet intromittere, sed debet talem iuxta tenorem canonis suis iudicibus ad puniendum relinquere. Quo iterum stante, sequitur quod omnia inducta per glosatores, canonistas et theologos, vt  
 188A demones inuocare, eis sacrificare etc., | vt supra tactum est, nisi ex vicio heresis processerint, inquisitores non se debent intromittere, sed suis iudicibus, vt supra, relinquere. Quo iterum stante, cum prefata sepissime sine vitio heresis fieri possunt, in quo<sup>a</sup> casu talia facientes non sunt vt heretici habendi aut condonandi: subscriptis probatur autoritatibus et rationibus.

Nam ad hoc quod aliquis sit proprie hereticus quinque requiruntur. Primum est vt sit error in ratione. Secundum est quod error ille sit circa ea que sunt fidei vel contra veritatem determinationis ecclesie in his que pertinent ad fidem vel bonos mores et necessaria ad consecutionem vite eterne. Tertium est quod error talis sit in illo qui catholicam fidem professus est. Alias enim esset iudeus vel paganus, non hereticus. Quartum est quod talis error in eo qui fidem suscepit sit taliter quod aliquam veritatem de Christo confiteatur pertinentem ad diuinitatem vel humanitatem:<sup>b</sup> alias si totum discrederet, esset apostata. Quintum est vt talem errorem pertinaci voluntate et obstinata eligat et sequatur.

188B Et quod de heresi et heretico sic sumpto capitulum “Accusatus” et verbum “Saperent” intelligatur, glosas tamen canonistarum non reprobando sed saluando, sic probatur. Nam quod primum requiratur, scilicet error in intellectu, hoc notum est omnibus per communem regulam; duo requiruntur vt quis dicatur hereticus: vnum materiale, scilicet error in ratione, alterum formale, scilicet pertinacia in voluntate. Patet et per Augustinum: “Hereticus est qui nouas et falsas opiniones aut gignit aut sequitur.”

Ratio etiam adest, quia heresis est species infidelitatis, et infidelitas est in intellectu subiectiue, sicut et fides (sibi contraria et opposita habent fieri circa idem). Quo stante, factum vel opus quodcunq̄ sine errore

<sup>a</sup> Sc. eo?

<sup>b</sup> Ed. prin.: diuinitatem (cf. 191D)

non facit hereticum, vt puta si quis fornicatur aut mechatur: licet agat contra veritatem que dicit: "Non mechaberis," ex hoc non est hereticus nisi credat vel opinetur fornicari esse licitum.

Et ratio est, quia quandocunque aliqua duo necessario requiruntur ad constitutionem alicuius, deficiente altero eorum impossibile est illud esse, quia dato opposito | quod sine illo possit esse, iam non neces- 188C  
sario requiretur ad constitutionem illius, sicut quia ad constitutionem domus necessario requiritur fundamentum, paries, tectum, ideo altero deficiente non habetur domus.

Sic ergo quia ad heresim constituendam requiritur error in intellectu necessario, nullum factum absolute sine errore in intellectu facit hereticum, et propter hoc nos inquisitores Germanie dicimus cum beato Antonino in secunda parte *Summe* sue hanc materiam pertractantis quod baptizare<sup>20</sup> imagines, adorare demones, eis thurificare, conculcare corpus Christi in luto et omnia huiusmodi que sunt valde horrenda peccata, nisi sit error in intellectu, non faciunt hominem hereticum. Et ideo si quis faceret ista, vt puta baptizaret imaginem, non male sentiens de sacramento baptismi nec de eius effectu nec credens istum baptismum esse aliquid nec habere effectum ex vi sua, sed facit hoc propter aliquem finem facilius assequendum a demone cui querit propter hoc complacere, ita quod aliquo pacto implicito vel expresso illud agat vt demon sibi vel 188D  
alicui faciat quod petit, secundum quod characteribus et figuris secundum artes magicas ab hominibus demones pacto expresso vel tacito inuocantur ad desideria eorum explenda, dummodo non petant a demone quod sit supra facultatem eius nec quantum ad potentiam nec quantum ad cognitionem, sic scilicet quod non male sentiat de potestate aut cognitione demonis, sicut essent illi qui crederent quod demon possit necessitare liberum arbitrium hominis, vel illi qui crederent quod demon omnino ex tali pacto et in omnem euentum quantuncunque a deo non permissus posset facere quod petunt, vel qui crederent quod posset omnino scire alteram partem futuri contingentis vel effectum aliquem facere qui est proprius soli deo: tales enim non est dubium quod haberent errorem in intellectu et male de potestate demonis sentirent et per consequens suppositis alijs conditionibus que requiruntur ad heresim essent heretici<sup>21</sup> et ordinariorum simul et inquisitorum iudicio subiecti.

Sed<sup>22</sup> si ex causis predictis facerent non male sentientes de baptismo | 189A  
et alijs predictis, prout communiter fit, eo quod ipso facto malefici

<sup>20</sup> *Start of Ant., Summa 3.12.5 (1163A-1164A)*

<sup>21</sup> *Pause*

<sup>22</sup> *Resume*

et nigromantici, cum sciunt ipsum diabolum esse inimicum fidei et aduersarium salutis, iam coguntur in eorum cordibus sentire magnam vim esse in fide, et quod nulli falsitati subiacere potest, cui pater mendacij tantum preesse noscitur, ideo licet talia facientes peccarent grauissime, non tamen essent heretici. Et ratio est, quia non male sentiunt de sacramento, licet eo male et sacrilege vtantur, vnde sunt magis sortilegi quam heretici<sup>23</sup> et de numero illorum de quibus allegatum capitulum “Accusatus” pretendit non subiacere iudicio inquisitorum, cum non manifeste sapiant heresim, imo vix occulte et quasi nullo modo.

Et<sup>24</sup> eodem modo de adorantibus demonem et sacrificantibus ei, quia si hoc faciunt credentes diuinitatem esse in demonibus vel credentes quod cultus latræ sit eis exhibendus vel quod omnino ex exhibitione talis cultus assequantur quod requirunt a diabolo, non obstante dei prohibitione seu etiam permissione, tales essent heretici. Sed si ista faciunt  
189B non ita sentientes de demone, sed vt aliquo pacto cum demone facilius per ista exequantur ab ipso quod intendunt, tales non sunt heretici ex natura rei, licet grauiter peccent.<sup>25</sup>

Et quidem pro maiori declaratione sunt alique obiectiones mouende.

Nam<sup>26</sup> obstare videtur quod secundum iura symoniacus non<sup>a</sup> est hereticus, vt (i q. i) “Quisquis per pecuniam,” et tamen non habet errorem in intellectu. Nam symoniacus non est hereticus proprie sed large propter quandam similitudinem, quia ex quo vendit vel emit sacra, ita agit ac si estimaret donum gratie pecunia posse possideri secundum Thomam.<sup>27</sup> Sed non hoc estimando, sicut communiter accidit, non est hereticus, quia non hoc credit, sed bene verum esset si hoc crederet, scilicet donum gratie posse pecunia possideri.

Item, obstare videtur<sup>28</sup> quod dicitur (“De hereticis,” “Quicumque” et allegato c. “Accusatus”) quod adorans hereticum est hereticus: sed grauius peccat qui adorat demonem quam qui adorat hereticum, ergo etc.<sup>29</sup>

<sup>a</sup> *Logically unnecessary*

<sup>23</sup> *Pause*

<sup>24</sup> *Resume*

<sup>25</sup> *Pause*

<sup>26</sup> *Resume (Ant. begins: Non obstat quod secundum iura . . .)*

<sup>27</sup> *Cf. Aq., Sent. 4.25.3.1b.Co.: . . . simoniaci non sunt proprie et per se loquendo heretici, cum non habeant aliquam falsam opinionem, sed dicuntur heretici propter similitudinem actus, quia ita operantur ac si estimarent donum spiritussancti pecunia possideri, que estimatio esset heretica.*

<sup>28</sup> *For obstare videtur Ant. has: non obstat*

<sup>29</sup> *Pause (Ant. gives a short discussion of whether someone who adores a heretic is a heretic, which is transferred to 190D)*

Item,<sup>30</sup> qui iudicandus est vt hereticus videtur esse hereticus, quia iudicium debet sequi rei veritatem. Sed talis iudicandus est hereticus. 189C  
 Nam ecclesia non potest iudicare nisi de his qui patent – occultorum enim cognitor est deus et iudex (dist. xxxiiij, “Erubescant”) – sed ea que sunt in intellectu non possunt patere nisi ex factis extrinsecis visis vel probatis: ergo talis faciens talia est iudicandus hereticus.

Preterea, impossibile videtur quod aliquis faciens talia, scilicet conculcando corpus Christi et huiusmodi, nisi male sentiat de corpore Christi: probatur hoc, quia impossibile est maliciam esse in voluntate, quin sit error in intellectu, cum et secundum philosophum omnis malus est ignorans seu errans. Cum ergo talia facientes habeant maliciam in voluntate, ergo habent errorem in intellectu.

Respondetur ad ista.

Et primo super primum et tertium quia coincidunt.<sup>31</sup>

Duplex est iudicium, scilicet dei qui videt interiora, hominum qui non possunt iudicare de interioribus nisi per exteriora, vt argumentum fatetur tertium.<sup>32</sup> Modo ille qui iudicatur vt hereticus iudicio dei est vere hereticus ex natura rei. Deus enim nullum iudicat hereticum nisi habentem errorem fidei in intellectu. Sed ille qui iudicatur hereticus iudicio hominum non | oportet quod sit hereticus 189D  
 ex natura rei, sed quod fecerit tale factum per quod apparet ipsum male sentire de fide, et per consequens iuris presumptione hereticus reputatur.

Et si queratur an ecclesia habet statim iudicare tales qui sic adorant demones vel baptizant imagines hereticos et punire sicut hereticos,<sup>33</sup> responsiones nota: primo quod ad discernendum istud magis pertinet ad canonistas quam theologos. Canoniste dicunt: iuris presumptione hereticus reputatur et vt hereticus est puniendus; theologus dicit:<sup>34</sup> primo<sup>35</sup> iudicio sub correctione sedis apostolice quod non, quantum est ex natura rei, quicquid sit iuris presumptione. Et ratio potest esse ista: quia quancumque aliquis effectus dependere potest ex duplici causa, nunquam ex natura rei ex illo effectum potest iudicari precise altera causa. Cum igitur iste effectus qui est adorare demonem vel eius auxilium ad maleficandum

<sup>30</sup> *Resume (1164A, which begins: Item si arguatur in contrarium sic: qui iudicandus...)*

<sup>31</sup> *For et... coincidunt Ant. has: ad primum*

<sup>32</sup> *Clause not in Ant.*

<sup>33</sup> *End of direct quotation*

<sup>34</sup> *For canoniste... dicunt Ant. has: respondeo quod istud magis pertinet ad canonistas quam ad theologos tamen...*

<sup>35</sup> *Direct quotation resumed*

190A postulare imaginem baptizando<sup>a</sup> vel infantem viuum offerendo vel occi-  
dendo vel aliud huiusmodi,<sup>b</sup> potest<sup>c</sup> procedere ex duplici causa, scilicet  
vel credendo demonem | adorandum et sibi sacrificandum et imagines  
capere sacramentales effectus, vel quia aliquo pacto facto cum demone  
facio vt facilius obtineam quod volo a demone in his que non sunt supra  
facultatem suam, vt supra tactum est,<sup>36</sup> non debeo statim iudicare ex tali  
effectu precise alteram causam, scilicet quod hoc faciat vt male sentiens  
de fide. Vnde quando constat de huiusmodi effectu, vltius inquirendum  
est de causa, et si ex errore et peruersitate fidei hoc fecit, iudicandus  
est hereticus<sup>37</sup> et iudicio inquisitorum cum ordinarijs subiacebit, sed si<sup>38</sup>  
ex alia causa, iudicandus vt sortilegus et vilissimus peccator.<sup>39</sup>

190B Alia responsio ad nostrum propositum. Quicquid sit ex omnibus dic-  
tis et allegatis, constat quod omnes diuinares et malefici, qui iudicantur  
heretici iuris presumptione et non ex natura rei, ordinariorum iudicio et  
non inquisitorum subiacent, nec prefati inquisitores aliorum regnorum  
per allegationes canonum et glosatorum se tueri possunt, eo quod tales  
demonibus sacrificantibus<sup>d</sup> et adorantibus<sup>e</sup> iudicant hereticos iuris pre-  
sumptione et non ex natura rei. Textus autem dicit quod debeant sapere  
heresim manifeste, id est, sapere intrinsece et ex natura rei, et sufficiet  
nobis inquisitoribus de hereticis ex natura rei infectis se intromittere,  
alios suis iudicibus relinquendo.

Et quia dictum est quod inquirendum est de causa, vtrum ex errore  
fidei hoc fecerit vel non, vtique hoc facile erit. Nam sicut<sup>40</sup> habitus  
fidei cognoscitur per actum fidei, qui est credere et confiteri ea que sunt  
fidei, et habitus castitatis per caste viuere, ita ecclesia potest iudicare  
aliquem hereticum inquirendo si habet actum discredendi<sup>f</sup> seu male  
sentiendi de aliquo articulo fidei:<sup>41</sup> sic etiam et malefica que fidem in toto

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: baptz-

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: huius

<sup>c</sup> *So Ant.*; *ed. prin.*: possunt (*in pleno*)

<sup>d</sup> *Sc.* -es

<sup>e</sup> *Sc.* -es

<sup>f</sup> *So Ant.*; *ed. prin.*: discernendi

<sup>36</sup> *Clause not in Ant.*

<sup>37</sup> *Pause*

<sup>38</sup> *Resume*

<sup>39</sup> *Pause*

<sup>40</sup> *Resume (Ant. begins: Sed dices: quomodo ecclesia iudicabit aliquem hereticum si ex facto statim non potest iudicare, cum interiora non possit? Respondeo: hereticus cognoscitur per actus et distinctus habitus per distinctos actus. Sicut habitus. . .)*

<sup>41</sup> *End*

vel in parte abnegauit vel corpus Christi vilissime tractauit, homagium prestitit, vtrum huiusmodi ad complacendum demoni tantum fecerit, imo si in toto abnegauit etiam corde, iam iudicabitur vt apostata et deficiet quarta conditio que habet concurrere ad hoc vt quis proprie dicatur hereticus.

Quod si huic determinationi obijcitur bulla et commissio nobis ab Innocentio octauo facta, vbi malefice iudicio inquisitorum subijciuntur, respondetur: per illa non excluditur quin et dyocesani etiam vsque ad sententiam diffinitiuam contra eas procedere possint per illa antiqua iura, vt dictum est, cum hec bulla potius in partem sollicitudinis nobis inquisitoribus tradita sit, quam et operi<sup>a</sup> quantum possumus cum dei adiutorio exhibemus.

Vnde et primum argumentum non suffragatur inquisitoribus illis, sed potius contrarium concludit, cum tales simoniaci tantummodo iuris presumptione censentur heretici, de quibus ordinarij per se iudicare possunt irrequisitis inquisitoribus, imo nec inquisitores de simoniacijs varijs se intromittere habent et pari ratione de alijs qui tantum iuris presumptione heretici iudicantur. Nam contra episcopos scismaticos procedere non possunt et prelatos alios superiores, vt patet in c. "Inquisitionis" ("De hereticis," *Libro Sexto*), vbi sic dicitur: | "Inquisitores heretice prauitatis ab apostolica sede seu alijs quibuslibet deputati<sup>b</sup> de huiusmodi crimine inquirere contra episcopos<sup>c</sup> nequeunt aut eius pretextu procedere contra eos, nisi in literis commissionis sedis apostolice quod hoc possint continetur expresse. Si tamen inquisitores ipsi episcopos vel alios superiores prelatos sciuerint vel inuenerint circa crimen hereseos commisisse aut eos de huiusmodi diffamatos existere vel suspectos, id tenebuntur sedi apostolice nunciare."

Ad secundum similiter patet ex prehabitis responsio. Nam<sup>42</sup> adorans hereticum est tunc hereticus si adoret ipsum credens esse adorandum seu honorandum propter suam doctrinam et opinionem;<sup>43</sup> si autem honorat ipsum propter aliquod temporale sine aliquo errore fidei in intellectu, non est proprie hereticus, sed iuris fictione vel presumptione seu similitudinarie, quia agit sicut male sentiret de fide, sicut ille quem adorat,<sup>44</sup> vnde nec inquisitorum iudicio subiacebit.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -e

<sup>b</sup> *So canon; ed. prin.*: -is

<sup>c</sup> *So canon; ed. prin.*: eos vt (presumably a misunderstood abbreviation)

<sup>42</sup> *Start of Ant.*, Summa 3.12.5 (1163E-1164A)

<sup>43</sup> *Seu . . . opinionem: not in Ant.*

<sup>44</sup> *End*

191A Ad tertium patet ex premis̄sis, quia licet<sup>45</sup> iudicatur ab ecclesia vt hereticus propter facta extrinseca visa et probata, non tamen sequitur quod semper sit hereticus ex natura rei, sed iuris presumptione sic reputatur,<sup>46</sup> vnde et in illo casu inquisitorum iudicium subterfugit, quia non sapit heresim manifeste.

Ad quartum dicendum<sup>a</sup> quod falsum presupponit, quia non<sup>47</sup> est possibile quod aliquis conculcet corpus Christi absque hoc quod male sentiat vel peruersitatem fidei habeat de corpore Christi, quia potest hoc facere sciens se peccare et credens firmiter ibi esse corpus Christi, facit tamen hoc vt placeat demoni et facilius obtineat quod vult ab eo. Et licet omnis malus erret, non tamen errore intellectus, qui est heresis, seu errans male sentiens de his que sunt fidei<sup>48</sup> sed de his que sunt virtutis alicuius cuius contrarium in vicijis operatur, et tantum de primo principali quod ad heresim proprie sumptam<sup>b</sup> requiritur et secundum quod iudicio inquisitorum debet hereticus subiacere.

191B Nec obstat si dicatur: tamen etiam contra diffamatos aut suspectos leuiter, vehementer aut violentēter de heresi et qui non videntur sapere heresim manifeste inquisitor potest procedere. Respondetur: inquirere potest et procedere super tales inquantum sunt suspecti aut diffamati de heresi proprie dicta, de qua eciam nunc loquimur, vt sepe tactum est, que habet errorem in intellectu et alia quatuor sequentia annexa.

Quorum secundum<sup>49</sup> est vt talis error sit circa ea que sunt fidei vel contra veritatem determinationis ecclesie in his que pertinent ad fidem et bonos mores et necessaria ad consecutionem vite eterne. Si enim error sit de his que non pertinent ad fidem, puta quod credat quis solem non maiorem terra et huiusmodi, non est periculosus error. Error autem contra sacram scripturam, contra articulos fidei, contra determinationem ecclesie, vt supra, est heresis (arguitur xxiiij q. i: “Hec est fides”).

Jtem quia determinatio dubiorum circa fidem pertinet principaliter ad ecclesiam et precipue ad pontificem summum, Christi vicarium, Petri

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -dnm

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -um

<sup>45</sup> *Start of Ant.*, Summa 3.12.5 (1165A–1166A), which begins: Non ergo ex natura rei talis iudicandus est hereticus, etsi iuris presumptione secundum glosatores iuris iudicetur. Posset tamen ecclesia statuere valde rationabiliter quod talia facientes, scilicet adorantes demones vel imagines baptizantes et huiusmodi, etsi non haberent errorem fidei in intellectu, vt heretici punirentur.

<sup>46</sup> *Pause*

<sup>47</sup> *Resume*

<sup>48</sup> *Pause*

<sup>49</sup> *Resume (Ant. begins: Secundum quod requiritus ad heresim est quod error sit circa . . .)*

successorem, vt expresse dicitur (xxiiij q. i) "Quotiens," et contra determinationem ecclesie nullus doctor vel sanctus suam sententiam defendit, vt dicit Thomas (*Secunda Secunde*), nec Hieronimus nec Augustinus nec alius, sicut ergo asserens pertinaciter contra fidem est hereticus, ita et contra determinationem ecclesie in his que pertinent ad fidem et necessaria ad salutem pertinaciter asserens est hereticus. Ipsa enim ecclesia nunquam errasse in fide probatur, vt dicitur (xxiiij q. i) "A recta" et alijs capitulis. Signanter autem dicitur quia asserens contra determinationem ecclesie non simpliciter sed in his dumtaxat que pertinent ad fidem et salutem est hereticus. Nam in alijs contrarium sentiens non est hereticus, sicut quod ius non potest separari ab vsu in rebus vsu consumptibilibus, quod declarauit et determinauit Johannes xxij in *Extrauagantis*<sup>50</sup> "Ad conditorem," vbi dicit contradicentes huic sententie esse contumaces et rebelles ecclesie, non hereticos.

Tertium quod requiritur est quod error sit in illo qui catholicam veritatem est professus. Si quis enim nunquam esset professus fidem christianam, non esset proprie hereticus sed simpliciter infidelis, vt iudeus et gentilis, qui foris sunt. Vnde Augustinus (*De Ciuitate Dei*): "Videns diabolus genus humanum a cultura idolorum et demonum liberari, hereticos mouit qui sub vocabulo christiano doctrine resisterent christiane." Oportet ergo quod error sit in illo qui in baptismo suscepit fidem christianam ad hoc vt sit hereticus.

Quartum quod requiritur est quod talis error sit in eo qui fidem suscepit taliter quod aliquam veritatem de Christo confiteatur pertinentem ad diuinitatem vel humanitatem. Si enim nullam veritatem penitus confiteretur, magis proprie apostata quam hereticus censeretur (sic Julianus apostata), et distinguitur vnum ab altero, licet aliquando vnum sumatur pro alio.<sup>51</sup> Sub hac conditione reperiuntur certi qui intedum egestate et molestijs varijs afflictis corpus et animam tradunt diabolo et fidem abnegant, dummodo in eorum necessitatibus et ad possidendum diuitias et honores dyabolus eis assistat. Nouimus certos nos inquisitores et post aliquos penitentes qui vtique absque errore fidei in intellectu, quia tantummodo propter commoda temporalia talia commiserunt, vnde nec heretici proprie nec iterum apostate ex corde, vt Julianus, licet magis apostate censentur.

Ex corde vero apostate si<sup>52</sup> nolunt resilire, vt heretici impenitentes tradentur curie seculari. Si autem velint, recipiuntur prout heretici

<sup>50</sup> Ant.: -i

<sup>51</sup> End

<sup>52</sup> Start of Eym. 2.49 (364 2E-365 1A)

penitentes iuxta c. “Ad abolendam,” § “Presenti” (“De hereticis,” *Libro Sexto*). Concordat Raymundus (ti. “De apostatis,” c. “Reuertentes”), vbi dicit quod reuertentes ab apostasie perfidia cum fuerint heretici tanquam reuertentes ab heresi sunt recipiendi,<sup>53</sup> et hic sumitur vnum pro alio, vt prius tactum est. Et subdit: “Illi<sup>54</sup> vero qui metu mortis fidem abnegant”<sup>55</sup> – hic tu accipe: “qui propter comodum temporale diabolo fidem abnegant et erroribus non credunt” – “licet<sup>56</sup> iure<sup>57</sup> heretici non sint”<sup>58</sup> – nota hic quod non sunt proprie heretici; subdit – “postquam<sup>59</sup> non habent in mente errorem, iudicio tamen ecclesie que<sup>a</sup> habet per exteriora de interioribus iudicare, heretici habendi sunt”<sup>60</sup> – nota hic iuris fictionem<sup>b</sup> – “et<sup>61</sup> si reuertantur, vt penitentes heretici recipiendi sunt. Non enim metus mortis est metus cadens in constantem virum ad fidem Christi abnegandam.”<sup>62</sup> Sic et tu accipe propter comoda temporalia. Vnde concludit: “Sanctius<sup>63</sup> est mori quam abnegare vel vesci ydoloticis, vt dicit Augustinus (et recitatur xxxij q. iij).”<sup>64</sup> Simile iudicium de maleficis fidem abnegantibus esset, vt vbi resilire vellent, reciperentur vt penitentes absque hoc quod curie seculari relinquerentur. Omnibus tamen modis ad gremium ecclesie recipiuntur, vbi petunt, et curie seculari, si non traduntur, relinquuntur, et hoc propter damna temporalia illata, prout in modis sentiendi patebit.

Et omnia prefatus ordinarius exequitur, ita quod etiam inquisitor suas vices illi committere potest in hoc dumtaxat casu apostasie. Secus est in alijs casibus sortilegiorum.

192C Quintum<sup>65</sup> quod requiritur ad hoc<sup>66</sup> vt quis proprie sit hereticus est vt talem errorem firmata voluntate et obstinata eligat et pertinaciter sequatur opiniones. Vnde secundum Hieronimum heresis ab electione est dicta, et ideo secundum Augustinum non qui falsas opiniones gignit

<sup>a</sup> *So Eym.; ed. prin.: -i*

<sup>b</sup> *Ed. prin.: -e*

<sup>53</sup> *Pause*

<sup>54</sup> *Resume*

<sup>55</sup> *Pause (Eym. adds: et erroribus non credentes)*

<sup>56</sup> *Resume*

<sup>57</sup> *Eym.: in re (variant reading of vere)*

<sup>58</sup> *Pause*

<sup>59</sup> *Resume*

<sup>60</sup> *Pause*

<sup>61</sup> *Resume*

<sup>62</sup> *Pause*

<sup>63</sup> *Resume (Eym. begins with: nam)*

<sup>64</sup> *End*

<sup>65</sup> *Start of Ant., Summa 3.12.5 (1166 1A–B)*

<sup>66</sup> *Ad hoc: not in Ant.*

vel sequitur, sed qui pertinaciter defendit hereticus est censendus. Vnde si quis non pertinaci malicia sentiret aliquid contra fidem sed ignorantia, paratus corrigi si quid<sup>67</sup> sentit falsum ostenderetur<sup>a</sup> sibi esse contra fidem vel sacram scripturam vel determinationem ecclesie (xxiiiij, q. iij “Dixit apostolus”), et ideo ipse Augustinus dicebat: “Errare potero, hereticus non ero,” quia scilicet paratus corrigi, cum sibi fuerit ostensus error, et constat quod quotidie inter doctores circa diuina sunt varie opiniones et aliquando contradictorie, ita quod necesse est alteram esse falsam, et tamen nulla earum reputatur falsa donec per ecclesiam fuerit determinata (arguitur xxiiiij, q. iij, “Qui in ecclesia”).<sup>68</sup>

Ex quibus omnibus concluditur quod probare<sup>b</sup> maleficos subiacere iudicio inquisitorum vel etiam alios quocunque modo demones inuocantes per dicta canonistarum super allegatum verbum | “saperent” in c. 192D “Accusatus” comprehensum non sufficienter probatur, cum tales ab eis heretici iudicantur quadam iuris fictione, nec etiam per dicta theologorum, cum et ipsi tales nominant apostatas verbo vel opere, non autem mente et corde, de quo errore verbum “saperent” pretendit.

Et licet iudicantur vt heretici, non tamen propter hoc sequitur quod episcopus sine inquisitore non possit ad sententiam diffinitiuam contra eos procedere aut carceri ad penam deputare aut tormentis exponere, imo in casu quo hec decisio non videatur sufficere ad hoc vt nos inquisitores simus a maleficarum inquisitione exonerati, nolumus tamen hoc via iuris exigere, cum vices nostras in his dumtaxat super sententiam ferendam ipsis dyocesanis committere possumus. Hoc enim habetur in<sup>69</sup> c. “Multorum querela” in principio (“De hereticis” in *Clementinis*), vbi sic dicitur: “Multorum querela . . .” et infra: “vt negocium inquisitionis huiusmodi eo prosperetur felicius, quo deinceps eiusdem labis indago 193A sollertius,<sup>70</sup> diligentius et cautius peragetur, ipsum tam per diocesanos episcopos quam per inquisitores a sede apostolica deputatos omni carnali <amore>,<sup>c</sup> odio vel timore aut cuiusmodi<sup>71</sup> commodi temporalis

<sup>a</sup> So *Ant.*; *ed. prin.*: -tendetur

<sup>b</sup> *Unnecessary and to be ignored*

<sup>c</sup> *So canon*

<sup>67</sup> *Ant.*: quod

<sup>68</sup> *End*

<sup>69</sup> *Start of Eym. 3.97 (577 2A–C), which begins: Vtrum inquisitor possit procedere sine episcopo siue diocesano ordinario, et episcopus sine inquisitore. Respondemus quod sic, nisi in tribus casibus in quibus vnus sine alio non potest, vt patet in c. “Multorum” in principio, “De her.” in Clem. vbi dicitur sic: “Multorum querela” et infra: “Vt . . . [first part of quotation follows].”*

<sup>70</sup> *Canon: solennius*

<sup>71</sup> *Canon: cuiuslibet*

affectione semotis decernimus exerceri, sic quod quilibet de predictis sine alio citare et arrestare seu capere ac tute custodie mancipare ponendo in compedibus et manicis ferreis, si ei visum fuerit faciendum, super quibus<sup>a</sup> ipsius conscientiam oneramus, necnon inquirere contra illos de quibus pro huiusmodi negotio secundum deum et iusticiam viderit expedire. Duro tamen tradere carceri<sup>72</sup> qui potius<sup>73</sup> ad penam quam ad custodiam videatur<sup>b</sup> vel tormentis exponere illos aut ad sententiam procedere contra eos episcopus sine inquisitore aut inquisitor sine diocesano aut eius <officiali vel><sup>c</sup> episcopali sede vacante capituli super hoc delegato, si sui ad inuicem copiam habere valeant, infra octo dierum spacium<sup>d</sup> postquam iniucem se requisierint, non valebit, et si secus presumptum fuerit, nullum sit et irritum ipso iure.<sup>74</sup> Post sequitur ad nostrum 193B propositum:<sup>75</sup> “Verum si episcopus vel eius seu capituli sede vacante delegatus<sup>e</sup> cum inquisitore aut inquisitor cum altero eorundem propter premissa nequeat aut noluerint<sup>76</sup> personaliter conuenire, potest episcopus vel eius seu capituli sede vacante delegatus inquisitori et inquisitor episcopo vel eius delegato seu sede vacante illi qui ad hoc fuerit per capitulum deputatus super illis committere vices suas vel suum<sup>f</sup> significare per litteras consilium et consensum.” Ex<sup>77</sup> quo patet quod licet in quinque casibus vnus sine altero, in tribus vero minime procedere possit,<sup>78</sup> quia tamen vnus alteri vices suas committere potest, presertim quo ad sententiam ferendam, ideo et nos hoc per presentes facere decreuimus alijs inquisitoribus in suis limitibus remanentibus.

Ad argumenta ergo respondendo.

Patet ex premissis ad sex prima argumenta pro inquisitoribus militanti decisis quod eorum inquisitioni malefice et sortilegi non videntur subijci.

<sup>a</sup> Canon: faciendum super quo; ed. prin.: super quibus faciendum

<sup>b</sup> For this elliptical expression, cf. magis esse ad in 82C

<sup>c</sup> So canon

<sup>d</sup> So canon; ed. prin.: -o

<sup>e</sup> So canon; ed. prin.: -o

<sup>f</sup> So canon; ed. prin.: -as

<sup>72</sup> Canon adds: ac arcto

<sup>73</sup> Canon: magis

<sup>74</sup> Pause

<sup>75</sup> The subsequent quotation is from Eym. 3.99 (580 1E), it being noted in 1D that this is a continuation of the quotation given in 3.97

<sup>76</sup> Canon: nolint

<sup>77</sup> Resume

<sup>78</sup> End (Eym. continues: Quod autem vnus sine alio procedere ad sententiam non possit, ante istam Clementinam iam erat cautum in c. “Per hoc” (“De Heret.,” Lib Sex.), sed perfectius habetur hic in c. “Multorum” allegato.)

Ad alia autem argumenta pro diocesanis in casu quo et ipsi a maleficarum inquisitione se exonerare vellent et ciuili iudicio relinquere, patet quod non possunt hoc eadem facilitate qua<sup>a</sup> inquisitores facere, quia in crimine heresis iuxta c. "Ad abolendam" et c. "Vergentis" et c. "Excommunicamus" (vtrumque) (*Extra*, "De hereticis") iudicis ecclesiastici est cognoscere et iudicare et iudicis secularis exequi et punire, vbi sententia transit in vindictam sanguinis, secus vbi ad alias penas penitentiales. Videtur etiam quod in heresi maleficarum, licet non in alijs heresibus, etiam ipsi diocesani suas vices ad agnoscendum et iudicandum in foro ciuili committere valeat, tum <quia> vt in argumentis tangitur, hoc crimen maleficarum non est mere ecclesiasticum, imo potius ciuile propter damna que inferuntur temporalia, tum etiam quia leges speciales in punitionem maleficorum quo ad omnem viam punitionis edite cernuntur. Videtur denique quod hec via plurimum in exterminium maleficarum deseruiret et in maximum releuamen ordinariorum coram tremendo iudice super districtum examen quod exigetur, cum teste scriptura iudicium durissimum his qui presunt imminet.

193C

193D

Et secundum hanc differentiam procedemus, videlicet quod iudex secularis cognoscere et iudicare potest vsque ad sententiam diffinitiuam ad penitentiam quam ab ordinarijs recipiet, secus super sanguinem, quam per se ferre potest.

VT ERGO IUDICES TAM in foro ecclesiastico quam ciuili modos cognoscendi, iudicandi et sentiendi semper in promptu habere valeant, consequenter circa tria principaliter procedendum erit: primo quis modus inchoandi processum fidei; secundo quis modus continuandi; tertio quis modus terminandi et sentiendi in hac materia maleficarum.

Circa primum quinque difficultates: prima quis inter tres modos procedendi qui in iure tanguntur sit magis competens; secunda de numero testium; tertia an possint compelli ad iurandum; quarta de conditione testium; quinta an inimici capitales ad testificandum admittuntur.

194A

Secunda pars continet questiones vndecim: prima qualiter testes sunt examinandi et quod semper quinque persone debent esse presentes; item qualiter malefice sint interrogande generaliter et particulariter, et erit sexta in ordine libri, cum numerus mutatur eo vt lector facilius reperiet materiam optatam; secunda varia dubia declarat super responsiones negatiuas et quando sit incarceranda et quando pro manifeste

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -o

deprehensa in heresi maleficarum <sit habenda>;<sup>a</sup> tertia de modo capiendi maleficas; quarta de duobus que post captionem facienda sunt iudici et an deponentium nomina sint ei manifestanda et defensiones concedende; quinta qualiter defensiones cum deputatione aduocati sint concedende; sexta quid faciet aduocatus cum sibi testium nomina non publicantur et vbi inimiciam capitalem allegat coram iudice; septima qualiter iudex inimiciam capitalem inuestigare habet; octaua de his que iudex habet aduertere antequam delatam tormentis exponat; nona  
 194B de modo sentiendi ad | questiones et tormenta; decima super tormenta continuanda et qualiter sint tormentande et de cautelis et signis contra maleficium taciturnitatis; vndecima super finales interrogationes et cautelas a iudice obseruandas.

Tertia pars continet primo questiones tres quas iudex debet aduertere et ex quibus omnis sententia diffinitiuā debet procedere: prima an super examen candentis ferri possit sentiari; secunda de modo quo omnis sententia est ferenda; tertia ex quibus suspicionibus potest iudicare et qualiter super vnam quaque suspicionem debet sentiari.

Demum super vltimam partem de viginti modis sentiendi: quorum<sup>b</sup> tredecim sunt communes super omnem heresim, reliqui specialiter super heresim maleficarum, et quia locis suis patebunt, causa breuitatis hic non assignantur.

#### QUESTIO PRIMA SUPER MODUM INCHOANDI PROCESSUM

194C QUERITUR ERGO PRIMO QUIS sit modus competens ad inchoandum processum fidei contra maleficas.

Respondetur. Cum inter tres modos qui tanguntur *Extra*, “De accusationibus” denuncia et inquisitio, et primus est<sup>79</sup> quando aliquis accusat aliquem de crimine heresis vel fautoria coram iudice, offerendo illud se probaturum et inscribit se ad penam talionis nisi probet,<sup>80</sup> et secundus<sup>81</sup> modus quando aliquis denunciat aliquem, ita tamen quod non offert se probaturum nec vult facere partem, sed dicit quod denunciat zelo fidei

<sup>a</sup> Cf. 202A

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: quarum

<sup>79</sup> *Start of Eym. (413 2E), which begins*: Primus modus procedendi et processum incipiendi in causa fidei est per modum accusationis, et est quando . . .

<sup>80</sup> *End*

<sup>81</sup> *Start of adaptation of Eym. (415 2C)*: Secundus modus procedendi et processum incipiendi in causa fidei est per modum denuntiationis, et est quando aliquis denunciat aliquem de heresi vel fautoria vel alijs ad fidem pertinentem ipsi inquisitori sine hoc quod denunciat ratione sententie excommunicationis late per inquisitorem contra non denuntiantes.

vel ratione sententie excommunicationis late per ordinarium vel eius vicarium aut ratione pene temporalis quam secularis iudex contra non denunciante<sup>s</sup>,<sup>a.82</sup> et tertius<sup>83</sup> modus per inquisitionem, hoc est, quando non est aliquis accusator nec denunciator, sed fama laborat in aliqua ciuitate vel loco quod sint malefice, et tunc iudex habet non ad instantiam partis sed etiam ex officio procedere:<sup>84</sup> ideo aduertendum<sup>85</sup> quod primum modum procedendi iudex non | libenter admittat, tum quia non est in causa fidei vsitatus nec etiam in causa maleficarum, qui<sup>b</sup> sua maleficia occulte exercent, tum etiam quia est accusanti multum periculosus propter penam talionis que plecteretur vbi in probatione deficeret, tum etiam quia est multum litigiosus.<sup>86</sup>

Incipiat processum per citationem generalem, affigendo illam ad valuas ecclesie parochialis vel pretorij per modum qui sequitur. "Cum<sup>87</sup> nos vicarius talis ordinarij (aut iudex talis domini) totis nostris affectibus

<sup>a</sup> fert *should be supplied (clumsy adaptation)*

<sup>b</sup> Sc. que

<sup>82</sup> End

<sup>83</sup> *Start of adaptation of Eym. (416 2E):* Tertius modus procedendi et processum incipiendi in causa fidei est per modum inquisitionis, et est quando non est aliquis accusator nec denunciator, sed fama laborat in aliqua ciuitate vel loco quod aliquis dixit vel fecit aliqua contra fidem . . . et tunc inquisitor inquirat non ad instantiam partis sed ex officio.

<sup>84</sup> End

<sup>85</sup> *Start of adaptation of Eym. (414 1A):* Et attendat inquisitor quod illum modum procedendi non libenter admittat, tum quia non est in causa fidei vsitatus, tum quia est accusanti multum periculosus, tum quia est multum litigiosus.

<sup>86</sup> End

<sup>87</sup> *Start of adaptation of Eym. (409 1A-D):* "Nos, frater N. ordinis predicatorum, in dominio talis domini inquisitor heretice prauitatis a sancta sede apostolica specialiter delegatus, totis nostris affectibus inhiantes ac ex omnibus nostris precordijs affectantes populum Christianum in vnitatem et sinceritatem catholicam fidei confoueri ac ab omni peste prauitatis heretice visceraliter elongari: idcirco nos, frater N., inquisitor prefatus, cui ex iniuncto nobis officio hec incumbunt, ad gloriam et honorem recolendi nominis Jesu Christi et ad exaltationem sancte fidei orthodoxe atque ad deprensionem heretice prauitatis, vniuersis et singulis cuiuscunque gradus, conditionis, status, ordinis, religionis ac dignitatis existant, qui sunt infra terminos huius ciuitatis Talis ac Talis aut circum illam ad duas leucas, ad quorum noticiam nostra peruenerint hec mandata, auctoritate apostolica ac iniuncti sancti nobis officij, qua fungimur in hac parte, in virtute sancte obedientie ac sub excommunicationis pena precipimus et mandamus ac mandando requirimus et monemus, quatenus infra duodecim dies proxime computandos, quorum primos quatuor pro primo et reliquos quatuor primis quatuor immediatos pro secundo et vltimos quatuor pro tertio termino peremptorio ac trina monitione canonica assignamus, vt nobis reuelent si sciunt, viderunt vel audierunt aliquam personam esse hereticam, diffamatam de heresi vel suspectam aut peruerse sapientem de articulis fidei seu ecclesiasticis sacramentis ac alias a communi conuersatione, fidelium vita et moribus dissidentem, et in speciali talem heresim nunc vigentem defendere, approbare vel alias dogmatizare (ponatur que est illa vel illa): alias si nostris immo verius apostolicis antefatis monitis et mandatis non paruierint cum effectu, premissa infra pretaxatum terminum reuelando, sciant se excommunicationis mucrone percussos, quam excommunicationis sententiam in omnes in singulos taliter, vt predicatur, contumaces prefata nostra monitione canonica precunte et eorum inobedientia requirente, nunc vt extunc et tunc vt

inhiantes ac ex omnibus nostris precordijs affectantes populum christianum nobis commissum in vnitate et serenitate catholice fidei confoueri ac ab omni peste prauitatis heretice visceraliter elongari, idcirco nos, iudex prefatus, cui ex iuncto officio hec incumbunt ad gloriam et honorem recolendi nominis Jesu Christi et ad exaltationem sancte fidei orthodoxe atque ad depressionem heretice prauitatis, precipue in maleficis vniuersis et singulis cuiuscunque conditionis, status” (hic nota: | 195A si ecclesiasticus iudex inquirat, addat: “ordinis, religionis”) “aut dignitatis existant, qui sunt infra terminos huius ciuitatis aut circa illam aut opidi ad duo miliaria, ad quorum noticiam peruenerint hec mandata” (ecclesiasticus iudex adiungat: “autoritate qua fungimur in hac parte in virtutem<sup>a</sup> sancte obedientie,<sup>b</sup> ac sub pena excommunicationis”) “precipimus et mandamus ac mandando requirimus et monemus quatenus infra xij dies proxime computandos” (hic secularis iudex modo suo mandabit et penis eis consuetis) “quorum primos quattuor pro primo et reliquos quattuor primis quattuor immediatos pro secundo et vltimos quatuor pro tercio termino peremptorio<sup>c</sup> ac trina monitione canonica assignamus: nobis reuelant si quis scit, vidit vel audiuit aliquam esse personam hereticam et maleficam diffamatam vel susceptam et in speciali talia praticantem que in nocumentum hominum, iumentorum aut terre frugum 195B et damnum reipublice cedere valleant. Quod si nostris antefatis monitis et mandatis non paruerit cum effectu premissa infra taxatum terminum non reuelando, sciat se” (iudex ecclesiasticus addat: “excommunicationis mucrone percussus;” secularis iudex addat penas temporales) “quam excommunicationis sententiam in omnes et singulos taliter vt predictur contumaces prefata nostra monitione canonica preeunte et eorum obedientia requirente, nunc vt extunc et tunc vt exnunc ferimus in his scriptis absolutionem harum sententiarum nobis tantummodo reseruandum.”<sup>d</sup> (Concludat iudex secularis modo suo.) “Datum” etc.<sup>88</sup>

Nota insuper super secundum modum quod cum, vt dictum est, secundus<sup>89</sup> modus procedendi et processum fidei incipiendi est per modum denunciationis,<sup>90</sup> vbi denuncians non<sup>91</sup> offert se probaturum

<sup>a</sup> Sc. -e (so Eym.)

<sup>b</sup> Ed. prin.: -ieutie

<sup>c</sup> So Eym.; ed. prin.: -empif

<sup>d</sup> Sc. -antes (so Eym.)

(fn. 87 cont.) exnunc ferimus in his scriptis, absolutionem harum sententiarum nobis et domino nostro pape tantummodo reseruando. Datum etc.”

<sup>88</sup> End

<sup>89</sup> Start of Eym. (415 2C)

<sup>90</sup> End

<sup>91</sup> Start of Eym. (415 2C), which begins: sine hoc quod offert.

nec vult facere partem, sed dicit quod denunciatur ratione sententie excommunicationis late vel zelo fidei<sup>92</sup> et propter bonum reipublice, ideo secularis iudex hoc debet in sua citatione generali aut premissa monitione specificare quod nemo estimet se penalem fieri, etiam si in probatione defecerit, quia non offert se vt accusans sed vt denunciatus. 195C

Et tunc quia plures comparebunt ad denunciandum iudici, notare debet iudex vt procedat modo qui sequitur: primo habeat notarium et duas honestas personas siue sint clerici siue layci, vel si notarius non posset haberi, tunc loco notarij sint duo viri idonei.<sup>93</sup> Hoc enim tangitur in c. "Vt officio" § "Verum" (*Libro Sexto*), vbi ita dicitur: "Verum quia in [causa]<sup>a</sup> graui crimine cum multa oporteat cautela procedi vt in reos sine vllo proferatur errore dure ac digne seueritas vltionis, volumus et mandamus vt in examinatione testium quos recipi super hoc crimine predicto ipsumque contingentibus oportuerit adhibeatis duas religiosas et discretas personas" (hic archidiaconus in glosa: "Possunt intelligi persone honeste siue sint clerici siue layci")<sup>94</sup> sequitur: "in quarum presentia per publicam, si commode habere potestis, personam aut per duos viros idoneos fideliter eorum depositiones testium describantur." Nota ergo quod his personis adhibitis mandet denunciati iudex quod det in scriptis vel saltem dicat verbo, et tunc notarius seu iudex incipiat processum per modum qui sequitur. 195D

"JN<sup>b</sup>.<sup>95</sup> NOMINE DOMINI. AMEN. Anno a natiuitate domini etc. tali die talis mensis in presentia mei notarij et testium infra scriptorum Talis de Tali loco et Talis diocesis (vt supra)<sup>96</sup> comparuit personaliter in Tali loco coram honorabili iudice<sup>97</sup> et obtulit eidem cedulam<sup>c</sup> tenoris

<sup>a</sup> Not in the canon (presumably an interlinear note that has been introduced into the text)

<sup>b</sup> The compositor neglected to leave space within the text for the drawn capital, which had to be crammed into the narrow blank column between the two columns of text.

<sup>c</sup> Sc. sc(h)edulam

<sup>92</sup> End

<sup>93</sup> This section is a conflation of Eym. (414 1A): Quo facto [i.e., the inquisitor institutes a proceeding by accusation] ipse inquisitor . . . habito notario publico et duabus personis religiosis, si commode potest, vel saltem duabus honestis sibi assistentibus iuxta ca. "Vt officium" incipiat processum, et scribat notarius per modum qui sequitur; with 3.63 (whether the inquisitor can examine the witnesses or accused by himself with a notary) (602 1B-C), which has the same quote of "Vt officio" and gloss from the Archdeacon.

<sup>94</sup> Cf. Eym. (602 1C): Religiose persone possint hic intelligi persone honeste, siue sint clerici siue laici, sed magis videtur quod loquatur de religiosis, qui religionis habitum receperunt, vt dicit Archid. ibi in glosa.

<sup>95</sup> Start of Eym. (415 2D-416 1D)

<sup>96</sup> Parenthetical words not in Eym. (and seemingly pointless here)

<sup>97</sup> For iudice Eym. has: et religioso viro, fratre N., in terris ac dominio talis domini inquisitore heretice prauitatis a sancta sede apostolica specialiter delegato

sequentis” – inseratur tota. Si autem non per cedula[m] sed per verbo, ponatur sic: “. . . comparuit” etc.<sup>98</sup> “et denunciauit eidem<sup>99</sup> quod talis de tali loco diocesis talis asseruit et dixit<sup>100</sup> quod sciret hoc” vel “quod fecerit talia nocumenta sibi vel suis in rebus vel alijs personis.” Quo<sup>101</sup> facto in continenti faciet iurare ipsum denunciantem modo consueto vel ad quatuor dei euangelia vel super crucem erectis digitis tribus et  
 196A duobus depressis in testimonium sancte trinitatis et damnationem anime et corporis de dicenda veritate super denunciatis.

Et prestito iuramento interrogabit eum, vnde scit esse vera que denunciauit et si vidit vel audiuit. Si dicat se vidisse<sup>102</sup> aliquid, vt puta quia ibi repertus tali hora tempestatis, vel quia tetigit iumentum, vel quia intrauit stabulum, interrogabit<sup>103</sup> iudex, vbi eum<sup>104</sup> vidit et quando et quotiens et per quem modum et qui erant presentes. Si dicat quod non vidit sed quod audiuit, interrogabit eum, a quibus audiuit et vbi et quando et quotiens et quibus presentibus audiuit, formando articulos de quolibet predictorum singulariter et diuisim.

Et notarius seu scriptor ponat totum in actis seu in processu<sup>a</sup> immediate post predictam denunciationem, continuando sic: “Qua quidem denunciatione, vt premititur, facta, ipse inquisitor in continenti fecit iurare ad quatuor dei euangelia” etc. vt supra<sup>105</sup> “ipsum denunciantem de dicenda veritate super denunciatis, et interrogauit eundem, vnde  
 196B et quomodo ea que denunciauerat nouerat vel suspicionem habeat<sup>106</sup> esse vera. Respondit, quia vidit (vel audiuit). Interrogauit, vbi vidit (vel vbi audiuit), et dixit quod tali die talis mensis talis anni in tali loco. Interrogauit, quotiens vidit (vel audiuit)” etc. Et formentur articuli vt dictum est, et totum ponatur in processu. Et specialiter interrogatur,<sup>107</sup> qui sciunt cum eo in tali causa et qui possunt scire. Quibus omnibus sic peractis vltimo interrogabitur si denunciat mala voluntate, odio vel rancore, vel obmittat aliquid fauore et amore, vel alias denunciat rogatus vel subordinatus. Et postremo iniungetur ei virtute iuramenti prestiti tenere secretum quicquid ibi dixit vel per iudicem sibi dictum fuit. Et

<sup>a</sup> So *Eym.*; ed. prin.: -um

<sup>98</sup> Etc. appears in *Eym.*, but he is less drastic in his excision, adding after comparuit: personaliter in tali loco coram honorabili et religioso

<sup>99</sup> *Eym.* adds: domino inquisitori

<sup>100</sup> *Pause (Eym. continues: talia contra fidem et tenet et defendit (ponatur prout denunciabit))*

<sup>101</sup> *Resume*

<sup>102</sup> *Pause*

<sup>103</sup> *Resume*

<sup>104</sup> *Eym.*: cum vbi

<sup>105</sup> Vt supra: not in *Eym.*

<sup>106</sup> vel suspicionem habeat: not in *Eym.*

<sup>107</sup> *Eym.*: requiratur

ponetur totum in processu et in actis. Et omnibus expletis ponatur paulo infra: "Acta sunt hec in Tali loco tali die talis mensis et tali anno in presentia mei notarij vel scriptoris (adiuncto mihi Tali in vigorem officij tabellionatus)<sup>108</sup> et talium testium ad hoc vocatorum et rogatorum."<sup>2, 109</sup>

TERTIUS<sup>110</sup> MODUS PROCESSUM INCIPIENDI, qui etiam est communis et vsitatus modus, et cum hoc secretus esset,<sup>b</sup> vbi nullus accusator vel denunciator se offeret, sed fama laboraret in aliqua ciuitate vel loco de aliqua malefica et etiam tali, et propter famam iudex absque citatione generali (de qua supra) seu monitione ex officio procedere vellet, eo quod talis clamor frequens perueniret ad aures eius, tunc iterum inchoare potest processum in presentia personarum, vt supra:

"In nomine domini. Amen. Anno a natiuitate domini tali de mense tali (seu mensibus talibus) ad aures Talis officialis aut iudicis Talis<sup>111</sup> loci peruenit pluries fama publica referente ac clamosa insinuatione producente quod Talis de Tali loco dixit vel fecit talia<sup>112</sup> ad maleficia pertinentia contra<sup>113</sup> fidem<sup>114</sup> ac communem vtilitatem reipublice" et ponatur<sup>115</sup> totum prout fama laborat. Et paulo infra: "Acta sunt hec die tali mensis talis de anno tali in presentia testium Talium vocatorum et | rogatorum<sup>196D</sup> et mei notarij Talis autoritate<sup>116</sup> (seu scriptoris vigore tali)."

Sed antequam secunda pars inchoetur, videlicet qualiter huiusmodi processus est continuandus, premittenda sunt aliqua super testes examinandos, quot in numero esse debeant, et cuius conditionis.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: erog-

<sup>b</sup> *For this anomalous subjunctive cf. secundus modus esset in 208C.*

<sup>108</sup> *For vel . . . tabellionatus Eym. has: talis loci auctoritate talis et scriptoris domini inquisitoris*

<sup>109</sup> *End*

<sup>110</sup> *Start of Eym. (416 2E-417 1C), which begins: Tertius modus procedendi et processum incipiendi in causa fidei est per modum inquisitionis, et est quando non est aliquis accusator nec denunciator, sed fama in aliqua ciuitate vel loco, quod aliquis dixit vel fecit aliqua contra fidem, et clamor ad aures inquisitoris peruenit pluries publica fama deferente et clamosa insinuatione producente . . . Et hic est etiam communis et vsitatus modus procedendi. Et cum talis clamor frequens peruenit ad aures inquisitoris . . . incipiat processum per modum qui sequitur. In nomine domini. Amen. Anno a natiuitate domini tali die de mense tali ad aures religiosi viri, fratris talis, ordinis talis, domini inquisitoris heretice prauitatis a sancta sede apostolica specialiter delegati peruenit pluries fama publica referente ac clamosa insinuatione producente quod talis de tali loco dixit vel fecit talia contra fidem . . .*

<sup>111</sup> *For Talis officialis . . . loci Eym. has: venerabilis et digni viri, domini fratris Talis, ordinis talis, in dominio domini Talis domini inquisitoris heretice prauitatis a sancta sede apostolica specialiter delegati.*

<sup>112</sup> *Pause*

<sup>113</sup> *Resume*

<sup>114</sup> *Pause*

<sup>115</sup> *Resume*

<sup>116</sup> *End (Eym. continues: Talis et scriptoris domini inquisitoris et sacri officij inquisitionis)*

## QUESTIO SECUNDA DE NUMERO TESTIUM

QUIA DICTUM EST IN secundo modo de dictis testium qualiter inscribi debeant, scire numerum et conditionem illorum opus est: queritur<sup>117</sup> vtrum iudex <depositione><sup>a</sup> duorum testium legitimorum non singularium possit licite aliquam de heresi maleficarum<sup>118</sup> condemnare vel plures quam duo necessario requirantur.<sup>119</sup> (Et dicuntur testes singulares quando in dictis sunt partiales, concordant tamen in substantia seu effectu rei, vt si diceret maleficiavit mihi vaccam, alter puerum, concordarent in maleficio. Hic autem queritur vbi testes non sunt partiales sed omnino concordant.) Et respondetur<sup>120</sup> quod quamuis videantur sufficere | duo testes de iuris rigore, quia regula est quod in ore duorum vel trium stat omne verbum, tamen de iuris equitate non videntur in hoc crimine duo sufficere, tum propter criminis immanitatem – in criminibus enim probationes debent esse luce clariores (ff. “De probationibus,” “Si autem”),<sup>121</sup> et heresis precipue<sup>122</sup> talis inter maiora crimina enumeratur, et si dicatur quod in hoc crimine sufficiunt leuiore probationes, quia leui argumento quis detegitur<sup>123</sup> (C. “De hereticis,” l. ij: “leui argumento recedendo a iudicio catholice religionis et tramite hereticum se facit”), respondetur: verum<sup>124</sup> est ad presumendum, non autem ad condemnandum – tum propter iuris ordinis in hoc crimine detruncationem. In hoc enim ordo iudiciarius in fauorem fidei detruncatur, quia nec delatus videt testes iurare, nec etiam sibi publicantur, vbi posset eis graue periculum imminere, vt in c. “Statuta” (“De hereticis,” *Libro Sexto*), propter quod delatus non potest diuinare, sed tenetur  
 197A  
 197B ipse iudex per se et ex officio de testium inimicitia perquirere,<sup>125</sup> quia | excluduntur, vt infra patebit,<sup>126</sup> et etiam si deposuerunt confuse de causa scientie, eos<sup>127</sup> iterum interrogare, quod potest facere (*Extra*, “De restibus,” “Per tuas” et ff. “De questionibus,” “Repeti”). Nam quanto

<sup>a</sup> *So Eym.*

<sup>117</sup> *Start of Eym. 3.71 (614 1D–2C), which begins: Septuagesimaprima questio est vtrum . . .*

<sup>118</sup> *Not in Eym.*

<sup>119</sup> *Pause*

<sup>120</sup> *Resume (Eym. begins: Respondemus quod . . .)*

<sup>121</sup> *For si autem Eym. has: Sciant (which is correct, so the text copied here must have been corrupt)*

<sup>122</sup> *For et . . . precipue Eym. has: heresis autem*

<sup>123</sup> *Pause*

<sup>124</sup> *Resume*

<sup>125</sup> *Eym.: inquirere*

<sup>126</sup> *quia . . . patebit: not in Eym.*

<sup>127</sup> *Eym.: eorum*

magis via defendendi delato subtrahitur, tanto magis incumbit iudici<sup>128</sup> sollicitudo diligentius inquirendi.

Vbi ergo inuenirentur duo testes concordēs et legitimi contra quenquam, nec ex hoc vellem eum de tanto crimine condemnare, sed purgationem, si esset diffamatus, indicere, vel propter vehementem suspicionem, que oritur ex dictis duorum testium, facere eum abiurare,<sup>129</sup> vel questionare seu sententiam differre. Non enim videtur tutum ad vocem duorum testium hominem bone fame de tanto crimine condemnare (secus si fuerit male fame).<sup>130</sup>

De hoc archidiaconus plenius in c. “Vt officium” § “Verum” in principio (“De hereticis,” *Libro Sexto*) super verbo “Testium,” et in c. “<Jn><sup>a</sup> fidei” in fine glose illius capituli; et Johannes Andree ibidem. In c. etiam “Excommunicamus itaque” (*Extra*, “De hereticis”) § “Addicimus” dicitur quod faciat episcopus iurare tres vel plures boni testimonij viros de dicenda veritate, si sciuerint in parrochia tales hereticos ibi esse.<sup>131</sup>

AD IDEM. QUOD SI queritur<sup>132</sup> vtrum iudex per testes singulares solum vel saltem cum infamia posset iuste de tali heresi aliquem condemnare, respondetur<sup>133</sup> quod non, nec per testes singulares solum nec etiam cum infamia (*Extra*, “De testibus,” “Tam<sup>b</sup> litteris”), presertim cum in criminibus probationes debent esse luce clariores, vt supra patuit,<sup>134</sup> et in hoc crimine nemo sit ex presumptione damnandus (*Extra*, “De presumptionibus,” “Litteras”): ergo tali<sup>135</sup> indicitur purgatio ratione infamie, et abiuratio ratione suspicionis vehementis, que consurgit ex dictis testium;<sup>136</sup> tamen vbi testes sunt singulares, concordant tamen in substantia facti et euentia<sup>c</sup> facti concurrunt, tunc iudicis conscientia ibi oneratur.

Et in *Directorio*<sup>d</sup> habetur questio quotiens possint testes examinari.

<sup>a</sup> So *Eym.*

<sup>b</sup> So *Eym.*, canon; ed. prin.: cum

<sup>c</sup> Construed as neut. pl. (cf. 124A, 207C, D)

<sup>d</sup> Ed prin.: ex indirectorio; conceivably ex and in were alternatives and one was meant to be deleted.

<sup>128</sup> *Eym.*: inquisitori

<sup>129</sup> For facere . . . abiurare *Eym. has:* abiurare . . . facere

<sup>130</sup> *Eym. adds:* Concordat his Guido Fulcodius, postmodum Clemens Papa iij in q. xv questionum ad inquisitores.

<sup>131</sup> *End*

<sup>132</sup> Start of *Eym.* 3.72 (615 2D–E), which begins: Septuagesimasecunda questio est: vtrum . . .

<sup>133</sup> *Eym.*: respondemus

<sup>134</sup> For this citation *Eym. has:* C. “De probationes,” l. “Sciant cuncti”

<sup>135</sup> *Eym.*: sibi

<sup>136</sup> *End*

## QUESTIO TERCIA

197D QUOD SI QUERITUR<sup>137</sup> VTRUM iudex | testes possit compellere ad iurandum de dicenda eidem in causa fidei seu maleficarum veritatem,<sup>a</sup> et etiam pluries eos examinare, respondetur quod sic, presertim ecclesiasticus iudex, vt supra patuit in c. “Vt officium” § “Verum,” et quod testes cogendi sunt in causis ecclesiasticis veritatem deponere medio iuramento (*Extra*, “De testibus cogendis” c. “Peruenit”): alias testimonium non valebit. Et *Extra*, “De hereticis,” c. “Excommunicamus itaque” § “Addicimus”<sup>138</sup> dicitur quod archiepiscopus vel episcopus<sup>139</sup> parrochiam in qua fama fuerit hereticos habitare circumeat et ibi tres vel plures boni testimonij viros vel etiam, si expedire videbitur, totam vicinam iurare compellat. Et sequitur infra: “Si qui vero ex his iuramenti religionem obstinatione damnabili respuentes iurare forte noluerint, ex hoc ipso tanquam heretici reputentur.”

Quod autem pluries possit examinari, ita dicit<sup>140</sup> archidiaconus in c. “Vt officium” § “Verum” super verbo “Testium,” vbi dicitur sic: “Inquisitor” (hic autem iudex)<sup>141</sup> “debet | esse sollicitus vt si testes confuse deposuerunt, et de causa scientie minus plene requisiti fuerunt, quod iterato cum eis inquirat.” Nam hoc de iure fieri potest (*Extra*, “De testibus cogendis”, vt supra tactum est,<sup>142</sup> et ff. “De questionibus,” “Repeti”).<sup>143</sup>

## QUESTIO QUARTA DE CONDITIOE TESTIUM

QUESTIO SUPER CONDITIOES TESTIUM. Nota quod<sup>144</sup> excommunicati, item participes et socij criminis, item infames et criminosi

<sup>a</sup> Sc.-e (so *Eym.*)

<sup>137</sup> *Start of Eym. 3.62 (600 1A–C), which begins:* Sexagesimasecunda questio est vtrum inquisitor possit compellere ad iurandum de dicenda eidem in causa fidei veritate ac etiam pluries examinari. Respondemus quod sic. Nam inquisitor potest et debet inquirere super heretica prauitate et in tali inquisitione testes examinare, de qua testium examinatione habetur in cap. “Vt officium,” § “Verum,” “De heret.,” Lib. vi, vbi dicitur sic: “Verum quia in tam graui crimine cum multa oportet cautela procedi, vt in reos sine vllo proferatur errore dure ac digne scueritatis vltio, volumus et mandamus vt in examinatione testium, quos recipi super crimine predicto, ipsumque contingentibus oportuerit, etc. Testes autem cogendi sunt.

<sup>138</sup> *Eym.:* adjicimus

<sup>139</sup> *Eym. adds:* et idem de inquisitore

<sup>140</sup> *Eym.:* docet

<sup>141</sup> *Parenthesis not in Eym.*

<sup>142</sup> *For this clause Eym. has:* “Per tuas”

<sup>143</sup> *End*

<sup>144</sup> *Start of adaptation of Eym. 3.64 (603 1A–B):* Sexagesimaquarta questio est vtrum inquisitor excommunicatos seu participes vel socios criminis possit licite admittere ad agendum et testificandum in causa fidei. Respondemus quod sic in probationum aliarum defectu, vt patet in c. “In fidei” [quotation as in text] . . .

serui contra dominos admittuntur ad agendum et testificandum in causa fidei quacunque; item sicut hereticus contra hereticum ad testificandum admittitur, ita maleficus contra maleficum, in defectu tamen aliarum probationum et semper contra et non pro; vxor etiam et filij et familiares contra et non pro (arguitur per c. "Filij"), et hoc ideo quia eorum testimonium est magis efficax ad probandum.

De primis patet in c. "Jn fidei" ("De hereticis" ibidem): "Jn fidei fauorem concedimus vt in negotio inquisitionis heretice prauitatis excommunicati et participes vel socij criminis ad testimonium admittantur in defectu aliarum probationum contra hereticos, creditores, receptatores, fautores et defensores eorum, si ex verisimilibus coniecturis et ex numero testium aut personarum tam deponentium quam eorum contra quos agitur et deponitur qualitate aut alijs circumstantijs sic testificantes non falsa dicere presumantur."<sup>a, 145</sup>

De periuris quando<sup>146</sup> presumitur quod deponunt zelo fidei patet in c. "Accusatus" § "Licet" (vbi supra),<sup>147</sup> vbi dicitur:<sup>148</sup> "Licet vero periuri<sup>149</sup> et<sup>150</sup> post penitentiam repellantur, si tamen hi qui coram" – et infra:<sup>151</sup> "si ex manifestis indicijs apparuerit tales non animi leuitate aut odij fomite seu corruptione pecunie sed zelo fidei orthodoxe dictum suum vellent<sup>b</sup> corrigere ac modo que prius tacuerant reuelare, in fauorem fidei, nisi aliud obstiterit, stari debet tam contra se quam reliquos attestacionibus eorundem."<sup>152</sup>

Et quod infami et criminosi et serui contra dominos admittuntur, archidiaconus<sup>153</sup> in c. allegato "Accusatus" in § "Licet" super | verbo "exceptum" dicit ita: "Tanta est labes criminis heresis quod ad eius actionem etiam serui aduersus dominos suos et quilibet criminosus, etiam infames, aduersus quemlibet admittuntur, vt ij questione vij "Huic opponitur."<sup>154</sup>

<sup>a</sup> So *Eym., canon: ed. prin.*: -ant (*Presumably the ending of this verb was accidentally truncated at the end of the excerpt.*)

<sup>b</sup> *Eym. (and canon):* velle

<sup>145</sup> End

<sup>146</sup> Start of *Eym. 3.65 (605 1B-D)*, which begins: Sexagesima quinta questio est vtrum inquisitor periuros possit licite admittere ad testificandum in causa fidei seu agendum. Respondemus quod sic, vbi presumat quod deponant . . .

<sup>147</sup> For this reference *Eym. has*: "De heret.," lib. vi.

<sup>148</sup> *Eym. adds*: sic

<sup>149</sup> *Canon adds*: a testimonio

<sup>150</sup> *Canon*: etiam

<sup>151</sup> *Eym. quotes the text in full*

<sup>152</sup> End

<sup>153</sup> Start of *Eym. 3.66 (606 2A)*, which begins: Sexagesimasexta questio est vtrum inquisitor infames et criminosos aut seruos contra dominos possit licite admittere ad agendum seu testificandum in causa fidei. Respondemus quod sic, vnde archidiaconus in c. "Accusatus" . . .

<sup>154</sup> End

QUESTIO QUINTA: AN INIMICI CAPITALES AD  
TESTIFICANDUM ADMITTUNTUR

SI VERO QUERITUR<sup>155</sup> VTRUM iudex inimicos capitales alicuius delati possit in tali causa ad testificandum seu agendum admittere contra illum, respondemus quod non, vnde archidiaconus (vbi supra): “Non tamen intelligas quod in hoc crimine inimicus capitalis admittitur ad actionem (iii q. v c. ij et “De simonia”, “Licet Heli” in fine);” de hoc etiam satis notat Hostiensis in *Summa* (“De accusationibus” § “Quis possit”).<sup>156</sup>

Sed qui dicuntur inimici capitales? Nota quod quia solum ratione<sup>157</sup> inimicie quis repellitur et non quicumque repellit<sup>a</sup> sed capitalis, intelligitur quia mors inter eos est de facto illata vel fuit intentata seu ea que  
198D sunt ad mortem | inductiua aut via vel vulnera grauia et letalia sunt secuta et similia que ad peruersitatem et malignitatem agentis contra passum iudicant manifeste, propter quod presumitur quod sicut intentauit contra istum mortem corporalem per illum modum, scilicet vulnerando, intentaret etiam per istum, crimen heresis imponendo, et sicut voluit ei auferre vitam, vellet auferre famam. Quare tales inimici capitales a testimonio legitime expelluntur.

Alie vero<sup>158</sup> inimicie, presertim graues,<sup>159</sup> et prout etiam faciliter mulieres ad inimicias commouentur,<sup>160</sup> etsi non repellunt totaliter, tamen dictum eorum debilitant aliquantulum, vt non sit plena fides eorum attestationibus adhibenda, sed cum alijs adminiculis et aliorum testium dictis possunt plenam facere probationem,<sup>161</sup> presertim vbi iudex delatum interrogat anne putet se habere inimicum qui tale crimen ad mortem sibi ex inimicia imponere auderet. Si dicet ita, interrogabit que illa  
199A sit persona, et tunc iudex aduertet si illam personam | de qua suspicio est quod ex inimicia deposuerit denotauit. In tali enim casu, vbi iudex etiam de causa inimicie per alios honestos informatur, et alia

<sup>a</sup> Sc. -itur (*clumsy adaptation*)

<sup>155</sup> *Start of Eym. 3.67 (607 1A), which begins:* Sexagesimaseptima questio est vtrum inquisitor inimicos capitales alicuius delati possit in causa fidei ad testificandum seu agendum admittere contra illum. Respondemus quod non, vnde archidiaconus in c. “Accusatus” § “Licet” “De here.” lib vi super verbum “exceptum” premissio quomodo in crimine heresis et alijs criminibus exceptis admittuntur ad testificandum, agendum serui contra dominos, et criminosi et infames contra quemlibet, vt habitum est supra in questione proxima, dicit sic: “Non tamen . . .”

<sup>156</sup> *End*

<sup>157</sup> *Start of Eym. (446A–C), which begins:* . . . repellit igitur sola inimicia, non quecunque sed capitalis, vtpote quia mors inters eos . . .

<sup>158</sup> *Eym.:* autem

<sup>159</sup> *Pause*

<sup>160</sup> *Pause*

<sup>161</sup> *End (for the rest of the parag. cf. 208C–209A).*

adminicula non occurrunt et aliorum testium dicta, poterit secure talem restem repellere. Si vero delata persona diceret: "Non spero aliquem talem habere inimicum, licet interdum brigas cum mulieribus habuerim," vel si diceret: "Habeo inimicum," et non expressit debite sed quendam alium qui fortassis non deposuit, tunc dicta talis testis, etiam si alij dicerent quod causa inimicie deposuisset, iudex tamen non debet repellere sed ad plenam probationem cum alijs amminiculis conseruare.

Reperiuntur quamplures minus prouidi et circumspecti, qui huiusmodi depositiones mulierum refutare et annihilare querunt, dicentes illis standum non esse, eo quod sepissime, cum rixose sint, ex inuidia deponere solent: hi, quia ignorant astutias et cautelas iudicum, loquuntur vt ceci de coloribus, de quibus astutijs in vndecima et duodecima questione patebit.

SECUNDA PARS: QUALITER PROCESSUS EST |  
CONTINUANDUS (QUESTIO SEXTA), ET QUALITER TESTES  
SUNT EXAMINANDI IN PRESENTIA QUATTUOR ALIARUM  
PERSONARUM, ET QUALITER DELATA EST INTERROGANDA  
DUPLICITER

199B

JAM NUNC SEXTO QUERITUR qualiter processus huiusmodi aduersus maleficas in causa fidei sit continuandus. Considerandum<sup>162</sup> est primo<sup>163</sup> quod quia in causa fidei proceditur summarie, simpliciter et de plano, et absque aduocatorum et iudiciorum strepitu et figura, vt patet c. "Statuta" (*Libro Sexto*): qualiter etiam ista verba intelligantur patet *Extra*, "De verborum significatione," c. "Sepe contingit" in *Clementinis*,<sup>164</sup> vbi<sup>165</sup> dicitur: "Sepe contingit quod causas committimus et in earum<sup>a</sup> aliquibus simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicij procedi mandamus. De quorum significatione verborum a multis contenditur et qualiter procedi debeat dubitatur. Nos autem dubitationem huiusmodi, quantum est nobis possibile, decidere cupientes hac in perpetuum valitura constitutione sancimus vt iudex cui taliter causam committimus necessario libellum non exilgat, litis contestationem non postulet, tempore feriarum ob necessitates hominum indultarum a iure procedere

199C

<sup>a</sup> So *Eym.*, canon; ed. prin.: eorum

<sup>162</sup> Start of *Eym.* (417 2D-418 1A)

<sup>163</sup> Not in *Eym.*

<sup>164</sup> Pause (At this point *Eym.* only cites the chapter "Saepe contingit;" here the citation is provided in full from elsewhere in *Eym.*, after which the present section of *Eym.* resumes)

<sup>165</sup> Start of full quotation of "Saepe contingit" from *Eym.* 3:55 (588 1C-D)

valeat, amputet dilatationem, materiam litis, quantum poterit, faciat breuiorem, exceptiones, appellationes et dilationes frustratorias repellendo, partium aduocatorum et procuratorum contentiones et iurgia, testiumque superfluum multitudinem refrenando: non sic tamen iudex litem obruat, quin probationes necessarie admittentur. Citationem vero ac protestationem<sup>166</sup> iuramenti de calumnia siue de dicenda veritate ne veritas occultetur per commissionem huiusmodi<sup>a</sup> intelligimus non excludi.<sup>167</sup> Hec ibi.

Et<sup>168</sup> quia processus, vt visum est supra, est tripliciter incipiendus, quia vel propter instantiam accusatoris<sup>169</sup> vel propter zelum denunciatoris vel propter clamorem fame laborantis,<sup>170</sup> et processus<sup>b</sup> qui sit ad instantiam partis accusantis iudex in hac materia non debet acceptare, cum maleficarum facta opere demonum occultantur, nec accusator per euidenciam facti, sicut in alijs criminalibus, procedere et se defendere potest, imo |  
 199D consulere debet accusatori quod amoueat verbum accusationis et ponat denunciationis, et hoc propter accusatoris graue periculum: ideo super secundum<sup>171</sup> modum, qui et vsitatus, et similiter super tertium, in quibus proceditur <ex officio><sup>c</sup> et non ad instantiam partis, notandum quod quia dictum est in precedentibus quod iudex specialiter debet interrogare denunciantem qui sciunt cum eo in tali causa et qui possunt scire, ideo iudex faciet citari illos testes quos denuncians intimauit et qui magis videntur scire in facto.

Et scriptor continuabit processum scribendo sic: “Post que attendens ipse iudex denunciata sibi hereticalia antedicta fore ex sui natura esse<sup>d</sup>

<sup>a</sup> So *Eym.*, canon; ed. prin.: huius

<sup>b</sup> Sc. -um

<sup>c</sup> So *Eym.* (cf. 194C)

<sup>d</sup> Not in *Eym.* (perhaps a gloss on fore) and to be ignored

<sup>166</sup> *Eym.*, canon: prestationem

<sup>167</sup> End of quotation

<sup>168</sup> Resume

<sup>169</sup> Preceded by partis seu in *Eym.*

<sup>170</sup> End

<sup>171</sup> Start of adaptation of *Eym.* (423 2B–C): Secundus processus, scilicet ille qui sit ad denuntiationem alterius partem non facientis sed tantum denuntiantis, in quo proceditur ex officio et non ad instantiam partis, continuatur sic. Nam postquam denuntiatio est facta contra aliquem de heresi coram inquisitore et in scriptis redacta et in processu inserta, pro fundamento processus secundum modum de quo dictum est prius inquisitor faciet citari testes quos denuntians intimauit, et presertim illos qui magis videntur scire in facto, et continuabitur processus sic. Post que attendens inquisitor ipse denunciata sibi hereticalia antedicta fore ex sui natura talia et tam graua, que non possunt nec debent conniuentibus oculis tolerari, cum cedant in opprobrium diuine maiestatis et fidei catholice detrimentum, descendit ad se informandum et testes examinandum per modum qui sequitur. Talis testis citatus, iuratus, interrogatur etc. (vt supra).

talía et tam grauíá que non possunt nec debent conuiuentibus<sup>a</sup> oculis tollerari, cum cedant in obprobrium diuine maiestatis et tam fidei catholice quam reipublice detrimentum, descendit ad se informandum et ad testes examinandum per modum qui sequitur.<sup>172</sup>

*Interrogatoria super testes*<sup>173</sup>

“TALISTESTIS DE TALI loco citatus iuratus et interrogatus si cognoscit 200A  
Talem – (exprimendo nomen delati) – et dixit quod sic.

“Item interrogatus de causa cognitionis: et dixit quod pro eo quod vidit et locutus est sibi pluries (vel sic vel alias) quia fuerunt socij (et exprimentur cause cognitionis).

“Item interrogatus de cognitionis tempore: et dixit quod sunt decem anni (vel tot).

“Item interrogatus de fama illius (et presertim ad ea que sunt fidei): et dixit quod quo ad moralia est homo bone fame (vel male), quantum autem ad ea que sunt fidei dixit quod est fama in Tali loco quod practicat alique contra fidem vt maleficus.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: conuiuent-

<sup>172</sup> *End*

<sup>173</sup> *Start of adaptation of Eym. (418 1D–2C)*: Forma examinationis testium. Talis de talis loco, testis productus, citatus, iuratus et interrogatus si cognoscit Talem (exprimendo nomen accusati) dixit quod sic. Item interrogatus de causa cognitionis dixit quod pro eo quod vidit et locutus est cum eo pluries, et etiam quia sic vel sic. (Exprimat causas, vtpote si est de genere suo vel fuerint socij, et sic de alijs causis cognitionis.) Item interrogatus de tempore cognitionis dixit quod sunt decem anni (vel tot). Item interrogatus de fama illius Talis, et presertim quo ad ea que sunt fidei, dixit quod quo ad moralia est homo bone fame (vel male fame, vt testificabitur). Quantum autem ad ea que sunt fidei dixit quod est fama in Tali loco quod dixit vel fecit talia contra fidem catholicam, vel quod est talis secte et eam tenet et defendit, vel quia est bone fame quo ad ea que sunt fidei. Interrogatus quid est fama dixit quod est id quod communiter dicitur. Item interrogatus si vidit aut audiuit Talem dicentem vel facientem aliquid contra fidem dixit quod sic: talia etc. Interrogatus vbi vidit fieri supradicta vel dici dixit quod in Tali loco. Interrogatus in quorum presentia dixit quod in presentia Talium et Talium. Interrogatus quotiens vidit dici vel fieri supradicta dixit quod totiens. Item interrogatus de modo quo Talis fecit vel dixit supradicta dixit quod modus fuit talis. Nam etc. Item interrogatus si attentis omnibus antedictis que dixit vel fecit ipse Talis, si videntur ipsi testi quod dictus Talis predicta dixerit seu fecerit trufatorie seu dixerit recitatiue seu animo indeliberato, dixit quod credit quod fecerit vel dixerit supradicta iocose et trufatorie seu recitatiue et non animo sic credendi seu assertiue, vel quod dixit animo deliberato seu assertiue. Item interrogatus de causa credentie dixit quod credit pro eo quod ille talia dicebat ridendo vel sic vel sic, vel pro eo quia cum super talibus reprehenderetur, adhuc perseuerabat et iterabat etc. Et hoc est diligenter inquirendum, quia nonnulli quandoque dicunt aliqua contra fidem recitando aliorum verba et trufando et burlando vel disputando et conferendo vel interdum asserendo et affirmando etc. Item interrogatus si hoc deponit odio vel rancore, seu dimittit aliquid amore vel fauore dixit quod etc. Et sequitur: Iniunctum est sibi tenere secretum. Et paulo infra: Acta sunt hec in Tali loco, die tali mensis talis, anno tali, in presentia Talium testium vocatorum et rogatorum et mei notarij.

“Jtem interrogatus quid est fama: et dixit . . .

“Jtem interrogatus si vidit vel audiuit talem talia facientem: et dixit . . .

“Jtem interrogatus vbi audiuit dici supradicta: et dixit quod in Tali loco.

“Jtem interrogatus in quorum presentia: et dixit quod illorum.

200B “Jtem interrogatus si ex sua consanguinitate aliqui propter maleficia fuissent dudum incinerati vel suspecti habiti: et dixit . . .

“Jtem interrogatus an cum suspectis maleficis habuit familiaritatem: et dixit . . .

“Jtem interrogatus de modo et causa quod dicta fuerunt: et dixit quod ea de causa et tali modo.

“Jtem interrogatus si videtur sibi quod Talis dixerit<sup>a</sup> seu fecerit trufatorie seu recitatorie seu animo indeliberato vel potius assertiue et animo deliberato: et dixit quo credit quod fecerit supradicta iocose et trufatorie seu recitatiue et non animo sic credendi vel assertiue.

“Jtem interrogatus de causa credentie huius: et dixit quod credit pro eo sic, quia ille qui decebat ridendo dixit.” Et de istis est multum diligenter inquirendum, quia nonnunquam dicunt aliqui recitando aliorum verba vel trufando vel conferendo vt alios alliciant vel incitent, licet etiam interdum asserendo vel affirmando.

200C “Jtem interrogatus si hec deponit odio vel rancore seu dimittit amore vel fauore: et dixit quod . . .”

Etc.

Et sequitur: “Jniunctum est sibi tenere secretum.

“Acta sunt hec in Tali loco die tali in presentia Talium testium vocatorum et rogatorum et mei notarij<sup>174</sup> (seu scriptoris).”

Vbi semper aduertendum quod in<sup>175</sup> tali examine adminus persone quinque debent presentes esse, scilicet iudex inquirens, testis vel denunci-cans respondens vel ipse delatus postea comparens, tertius est notarius (seu scriptor vbi deest notarius), et tunc adiungat sibi alium honestum qui duo supplebunt vices notarij, vt supra tactum est, et hoc apostolica autoritate, qua in illo actu funguntur, vt supra in c. “Vt officium” (“De hereticis,” *Libro Sexto*), et duo honesti viri tanquam testes eorum qui

<sup>a</sup> So *Eym.*; ed. *prin.*: dixit

<sup>174</sup> *End*

<sup>175</sup> *Start of adaptation of Eym. (425 2A-D):* . . . persone quinque in tali examine debent presentes esse, scilicet iudex inquirens, testis vel delatus respondens, notarius scribens et duo religiosi assistentes . . . Secunda persona est testis seu delatus qui examinatur. Quilibet horum debet prius iurare de dicenda veritate: alias depositio careret omnimoda firmitate . . . Tertia persona est scriptor . . . et hic debet esse publica persona vtpote quod sit notarius habens auctoritatem, siue laicus siue clericus siue religiosus, vnde non solum laicus et secularis clericus immo etiam religiosus . . . vt patet in capit. “Vt officium” (“De heret,” *Lib. Sexto*), et tunc agit auctoritate apostolica.

deponunt. Item aduertendum quod testis citatus debet etiam esse iuratus, id est, vt prestat iuramentum modo quo supra de dicenda veritate (alias false inscriberetur "citatus et iuratus").<sup>176</sup>

Consimiliter<sup>177</sup> examinentur alij testes, quibus examinatis si iudex videat factum esse probatum plene, vel si non plene, tamen esse maxima indicia et suspiciones vehemente – et nota quod loquimur non de leui suspicione que ex leuibus coniecturis oritur sed quod multum diffamata est super maleficia puerorum, iumentorum etc. – tunc iudex si timet de fuga delati vel delate, faciat eum capi. Si autem non timet de fuga, faciat eum citari. Et siue capiatur siue non, prius faciat iudex eius domum improuise scrutari et cuncta scrinia aperiri et in angulis pixides et omnia instrumenta tolli que reperiuntur, et sic constituto iudex collectis his de quibus est delatus et de<sup>a</sup> his de quibus est per testes conuictus vel habitus suspectus formet interrogatoria super illis ac inquireat habito secum notorio etc. (vt supra) prestito prius corporali iuramento ad quatuor dei euangelia de dicenda veritate tam de se quam de alijs, et hoc per modum qui sequitur:<sup>178</sup> conscribantur etiam singula.

*Interrogatoria<sup>179</sup> generalia super maleficam aut maleficum  
(et est primus actus)*

"TALIS DE TALI LOCO delatus iuratus super quatuor dei euangelia<sup>b</sup> corporaliter tacta tam de se quam de alijs dicere veritatem, et [vnde]<sup>c</sup>

<sup>a</sup> Not in Eym. and obstructive of the sense

<sup>b</sup> Ed. prin.: -eila

<sup>c</sup> Not in Eym. and unnecessary

<sup>176</sup> End

<sup>177</sup> Start of adaptation of Eym. (418 2D-E): Consimiliter examinentur alij testes omnes, quibus examinatis si inquisitor viderit factum esse probatum plene vel esse maxima indicia contra accusatum et timetur de fuga accusati, vtpote si accusatus sentiat quod contra eum de heresi inquiritur, faciat eum citari, et accusato coram inquisitore personaliter constituto, collectis his de quibus est accusatus et his de quibus est per testes conuictus vel habitus suspectus, formet interrogatoria super illis et interroget illum ac inquireat cum eodem, habito secum notario et duabus personis religiosis seu honestis, vt dictum est supra, et hoc per modum qui sequitur. prestito prius corporali iuramento ad quatuor dei euangelia de dicenda veritate.

<sup>178</sup> End

<sup>179</sup> Start of adaptation of Eym. (421 2B-E), which directly follows the preceding quotation in Eym.'s original text: Modus interrogandi reum accusatum. Talis de Tali loco, delatus predictus iuratus, ad quatuor dei euangelia coporaliter tacta tam de se quam de alijs dicere veritatem, et interrogatus vnde est seu vnde originem trahit respondit quod de Tali loco Talis diocesis. Item interrogatus qui sunt eius parentes, et si sunt viui vel mortui, respondit quod vocantur taliter et quod sunt viui in Tali loco (vel mortui). Item interrogatus vbi fuit nutritus, et vt in pluribus conuersatus dixit quod in Tali loco vel Tali. Et si videat inquisitor quod mutauit locum proprium et conuersatus est in alieno, et presertim in locis in quibus consueuerunt hereses vigere, interrogabit eum sic. Item interrogatus quare mutauit locum sue natiuitatis et se transtulit ad commorandum in Tali

interrogatus vnde est seu vnde originem traxit: et respondit<sup>a</sup> quod Tali loco | Talis diocesis.

“Item interrogatus qui sunt eius parentes, si sunt viui vel mortui: et respondit quod viui in Tali loco (vel mortui in Tali).

“Item interroga.<sup>b</sup> vtrum naturali morte vel incinerati: et dixit quod tali.” Vbi nota quod hoc fit quia vt plurimum, vt in secunda parte operis patuit, malefice proprios infantes demonibus offerunt aut eos instrunt, et communitur tota progenies existit infecta. Et vbi deponentes affirmassent et ipsa negaret, iam esset suspecta.

“Item interrogatus vbi fuit nutritus et vt in pluribus conuersatus: et dixit quod in Tali loco vel Tali.” Et si videat quod mutauit locum proprium quia forte mater non fuit suspecta nec aliquis ex parentela et tamen conuersatus in alieno et presertim in locis in quibus consueuerunt malefice vigere, interrogabitur sic:

“Item interrogatus quare mutauit sue natiuitatis locum et se transtulit ad commorandum in Tali loco vel Talibus: et dixit quod ex tali causa.

Item interrogat. si in dictis locis vel alibi audiuit loqui de materia maleficarum” – puta quod tempestates concitate vel iumenta maleficiata et vacce liquore lactis priuate etc. – de tali materia de qua est delata. Et si dicit quod sic, interrogetis:

“Item interroga. quid audiuit loqui” et scribantur singula que dicet.

Si autem negat et dicit se nihil audiuisse, tunc sic:

“Item interroga. si credit maleficas esse et quod talia possint fieri que referuntur, vt tempestates concitare, iumenta inficere et homines: et dixit . . .”<sup>180</sup>

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: pp̄dit

<sup>b</sup> *In the source material, Eym. is giving an example of questioning a suspected heretic, and hence the gender of the accused is in the generalizing masculine. As this passage continues in its adapted form here, it becomes clear that Institoris has it in mind that the accused is actually a female, and to avoid the incongruity while still not completely abandoning the fiction that the generalizing masculine is being used, he anomalously abbreviated the word interrogatus since for the most part this is the only form in each article that is marked for gender. (It is noteworthy that this abbreviation is used in passages that have no correspondence in Eym.) Hence, the ambiguous abbreviation is retained.*

(*fn. 179 cont.*) loco vel Talibus dixit quod ex tali causa. Et secundum responsiones formabuntur articuli quousque ad propositum venit. Item interrogatus si in dictis locis vel alibi audiuit loqui de tali materia (exprimendo materiam de qua est accusatus), vtpote si audiuit loqui de paupertate Christi vel apostolorum seu de visione beatorum etc., et si dicat quod sic, interrogetur diligenter quid audiuit loqui de materia antedicta, et scribantur eius responsiones: dixit etc. Item interrogatus quid ipse super hoc aliquando est locutus respondit et dixit etc. Item interrogatus quid ipse credit super hoc quod etc. dixit. Et sic prudens inquisitor interrogabit et formabit sibi articulos secundum materiam de qua est accusatus et de qua per testes est conuictus vel suspectus habitus, taliter vt veritas habeatur. Qua confessione perfecta scribatur paulo post: Acta sunt hec in Tali loco etc.

<sup>180</sup> *Pause*

Et nota quod malefice vt plurimum negant prima fronte, vnde suspicio oritur magis quam si responderent: "Si sint aut non sint, committo superioribus." Vnde si negant, tunc interrogentur:

"Jtem interro.: 'Quid ergo vbi comburuntur: tunc innocenter condemnantur?' et dixit . . ."

*Interrogatoria particularia super eosdem*

ADUERTAT IUDEX QUOD NON procrastinet subsequentes interrogaciones, sed indelate proponat.

"Jtem interrogatus<sup>a</sup> cur communis populus eam timeret: et dixit . . .

"Jtem interrogatus an sciret se esse diffamatam et quod odio haberetur: et dixit . . .

"Jtem interroga. cur illi persone obiecit, dicendo: 'Tu non transibis impune': et dixit . . .

201C

"Jtem interroga. quid mali sibi fecisset illa persona quod talia verba in eius damnum protulisset: et dixit . . ."

Et nota quod hec interrogatio est necessaria vt deueniatur ad fundamentum inimicie, quia in fine delata allegabit inimiciam. Sed vbi non est capitalis sed modo muliebri concitata, non impedit. Hoc enim est maleficarum proprium concitare aduersum se vel verbis inutilibus aut factis, puta quia petit sibi prestari aliquid aut infert ei damnum aliquod in orto et similia, ad hoc vt occasionem recipiant, et se manifestant in verbo vel in opere, quam manifestationem habent facere ad instantiam demonum, vt sic peccata aggraentur iudicum dum manent impunita.<sup>b</sup> Nota etiam quod talia faciunt non in aliorum presentia, vt, si deponens vellet testes producere, non haberet. Nota etiam quod incitantur a demonibus, vt a multis maleficis et post incineratis experti sumus, ita quod contra ipsarum voluntatem habent incitare et maleficare.

"Jtem interro. quomodo effectus potuit consequi super minas, vt puer aut iumentum tam cito maleficiaretur: et dixit: . . .

201D

"Jtem interro. iterum: 'Et quare dixisti quod nunquam deberet habere sanum diem et ita factum est?': et dixit . . .

Jtem si omnia negat, interrogetur de alijs maleficijs alijs testibus illatis, puta in iumentis vel pueris.

<sup>a</sup> Note the confusion in this and the next question, where interrogatus is followed by eam and diffamatam.

<sup>b</sup> Sc. -e? (It is the sorceress and not the judges' sins that remain unpunished, though perhaps the sorceresses' sins are to be understood.)

“Jtem interro. cur visa fuerit in campis vel in stabulo cum iumentis, tangendo prout interdum solent facere: et dixit . . .

“Jtem interr. cur tetigit puerum et quod postea male habuit: et dixit . . .

“Jtem interr. quid egit in campis tempore tempestatis” et sic de multis alijs.

“Jtem vnde quod cum habeat vnam vaccam aut duas, quod plus abundant in lacte quam vicine habentes quatuor aut sex?

“Jtem cur manet in statu adulterij aut concubina?”

Licet non deseruiant ad propositum, tamen suspicionem generant amplius quam super probas et honestas delatas.

Et nota quod sepius super articulos contra eam delatos interroganda<sup>a</sup> est, vtrum maneat in eodem proposito aut non.

Qua<sup>181</sup> confessione peracta et scripta, siue ad partem negatiuam siue affirmatiuam siue sub ambiguo, scribatur postea: “Acta sunt hec in Tali loco”<sup>182</sup> (etc., vt supra).

202A    **QUESTIO SEPTIMA, IN QUA VARIA DUBIA DECLARANTUR  
SUPER PREMISSA INTERROGATORIA ET RESPONSIONES  
NEGATIUIAS, AN DELATA SIT INCARCERANDA, ET QUANDO  
PRO MANIFESTE DEPREHENSA IN HERESI MALEFICARUM  
SIT HABENDA (ET EST ACTUS SECUNDUS)**

QUERITUR PRIMO QUID AGENDUM si, vt plurimum contingit, persona delata omnia negat. Respondetur: iudex habet circa tria attendere, scilicet super infamiam, super indicia facti et super dicta testium, si videlicet omnia insimul concurrunt aut non. Si omnia insimul, vt plurimum etiam contingit, eo quod malefice statim propter forefacta in aliqua villa aut ciuitate infamantur. Indicia etiam facti sunt pre oculis, puta in pueris maleficiatis aut in iumentis que sepius inficiuntur aut lacte priuantur. Numerus etiam testium est inscriptus, qui licet<sup>183</sup> sint singulares, puta quia vnus deposuit quod puerum sibi maleficauerit, alius vero iumentum, tercius vero super infamiam, et sic de alijs, tamen in

202B substantia facti concordant, puta | in maleficijs et quod vt malefica sit

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -ātia

<sup>181</sup> *Resume*

<sup>182</sup> *End*

<sup>183</sup> *Start of adaptation of Eym. 3.120 (616 1A): [After answering that no one can be convicted on the evidence of conflicting witnesses, Eym. quotes a letter from a cardinal to inquisitors:] Quando vero testes singulares sunt in dictis, tamen concordant in substantia seu in effectu, relinquunt inquisitoris arbitrio, vt sicut ei secundum deum videbitur, sic procedat, maxime si fama consistat et idoneitas et fides deponentium contra eum contra quem fuerit inquirendum.*

suspecta. Et isti testes licet non sufficiant ad condemnandum absque infamia vel etiam cum infamia, vt supra tactum est questione tertia, tamen cum indicijs facti posset ex his tribus insimul reputari non vt suspecta vehementer aut violenter, de quibus suspicionibus inferius declarabitur, sed reputari vt manifeste deprehensa in heresi maleficarum, vbi videlicet testes idonei, id est, non ex inimicitia et sufficientes in numero, puta sex, octo vel decem, iurati concurrerent,<sup>184</sup> et consequenter deberet penis in c. "Ad abolendam" § "Presenti" ("De hereticis") subiaceret et c. "Excommunicamus" secundo, et hoc siue crimen sit facta siue non.

Et hec sic probantur. Nam quod dictum est quod vbi omnia tria prefata concurrunt, tunc pro manifeste deprehensa in heresi debet reputari, non est intelligendum quod<sup>a</sup> necessario omnia tria insimul concurrere, sed probatur sic per argumenta a fortiori. Nam si vnumquodque per se inter illa duo, que sunt indicium facti et testium productio legitima, potest reddere aliquem vt pro deprehenso in heretica prauitate habeatur, quanto magis vbi ambe probationes pariter concurrunt? Nam iuriste vbi querunt<sup>185</sup> quot modis de iure aliquis habetur pro manifeste deprehenso in heretica prauitate, respondent quod tribus, vt notat Bernardus in glosa ordinaria in c. "Ad abolendam" § "Presenti" et verbo "deprehensi" (*Extra*, "De hereticis"), et tactum est supra in questione prima in principio operis, scilicet facti euidencia, puta quia publice predicauit heresim – hic autem ponimus indicium facti propter publicas minas quas intulit, dicendo: "Nunquam sanos dies habebis" vel simile, et effectus fuit subsecutus; sequitur: – vel legitima probazione per testes vel tercio ex propria confessione.<sup>186</sup> Vnde si vnumquodque illorum per se facit et reddit aliquem tanquam manifeste suspectum, quanto magis insimul iungendo infamiam et indicia facti cum testium depositione, licet ibi dicatur euidens factum et hic indicium facti? Et hoc est quia diabolus non manifeste operatur sed occulte, damna autem et instrumenta maleficij que reperiuntur dant indicium facti, vnde vbi euidens factum in alia heresi solum sufficeret, hic adiungimus tria.

<sup>a</sup> *Grammatically unnecessary*

<sup>184</sup> *End*

<sup>185</sup> *Start of adaptation of Eym. 3. 89 (638 1A-B):* Octuagesimanona questio est: episcopus et inquisitor quot modis et quibus debeant de iure habere aliquem manifeste pro deprehenso in heretica prauitate. Respondemus quod tribus, vt dicit Bernardus in glosa ordinaria in c. "Ad abolendam" § "Presenti" et verbo "Deprehensi" . . . Dicit nanque sic: "Deprehensus": facti euidencia, puta quia publice predicat heresim (ff. "De ritu nup.," "Palam" § "VI.") vel legitima probazione, puta per tres testes, vel ex sua confessione.

<sup>186</sup> *End*

De secundo vero, quod talis deprehensus licet negaret, tamen iuxta illa capitula esset puniendus, sic probatur. Nam deprehensus<sup>187</sup> facti euidencia vel per testes aut fatetur crimen vel non: si fatetur et est penitens, tradendus est brachio seculari vltimo supplicio feriendus iuxta c. “Ad abolendam” (vt supra), est carceri perpetuo detrudendus iuxta c. “Excommunicamus” secundo;<sup>a</sup> si autem non fatetur sed stat in negatiua, est vt impenitens tradendus potestati curie secularis animaduersione debita puniendus, vt notat Hostiensis in *Summa* (ti. “De Hereticis,” “Qualiter deprehendantur”).<sup>188</sup>

Sic ergo concluditur quod si iudex isto modo procederet super interrogatoria et testium depositiones, cum, vt dictum est, in causis fidei summarie, simpliciter et de plano procedi potest, et ipsam delatam carceri deputaret ad tempus vel ad annos plures, si forte post annum squaloribus carceris depressa crimina fateretur, non iniuste sed iuste procederet. Attamen, ne videatur sententiam precipitare, imo secundum omnem equitatem procedere, queritur quid consequenter agendum sit.

203A

QUESTIO OCTAUA ET PRECEDENTI ANNEXA, AN SIT  
INCARCERANDA, ET DE MODO CAPIENDI (ET EST ACTUS  
TERCIUS IUDICIS)

AN VERO SUPER NEGATIUIAS responsiones malefica sit carceri ad custodiam mancipanda, vbi prefata tria concurrunt, scilicet fama, indicia facti et productiones testium, aut sub cautione fideiussorum dimittenda vt denuo citata respondeat.<sup>189</sup> Responderi potest ex tribus opinionibus.

Primo enim aliquorum sententia est quod carceribus sit mancipanda et nullo modo sub cautione dimittenda, et hic innituntur rationi tacte in

<sup>a</sup> Sc. -um

<sup>187</sup> *Start of adaptation of Eym. 3.90 (638 2B–C):* Nonagesima questio est vtrum inquisitor deprehensum in heretica prauitate et ex hoc captum possit licite tradere cautioni vel manuleute. Respondemus quod non. Nam vel est deprehensus propria confessione vel non: si sic et est impenitens, tradendus est curie seculari vltimo supplicio feriendus iuxta c. “Ad abolendam” § “Presenti” (“De here”); si autem est penitens, est in carcerem perpetuum detrudendus iuxta c. “Excommunicamus” ij (“Hereti.”). Non igitur cautioni dandus vel liberandus. Si autem non sed stat in negatiua, est vt impenitens tradendus potestati curie secularis animaduersione debita puniendus, vt Host. in Sum., tit. “De heret.” § “Qualiter deprehendantur.”

<sup>188</sup> *End*

<sup>189</sup> *This section is inspired by the topic of Eym. 3.90 (638 2A–C) (vtrum inquisitor deprehensum in heretica prauitate et ex hoc captum possit licite tradere cautioni vel manuleute) but apart from the topic, there is no verbal similarity.*

precedenti questione, quia videlicet habetur pro manifeste deprehensa vbi illa tria concurrunt.

Alij vero quod ante incarcerationem potest cautioni fideiussorum relinqui, ita quod si fugam caperet, quod tunc pro conuicta haberetur, licet post incarcerationem super negatiuas responsiones non sit cautioni vel manulente<sup>a</sup> relinquenda, quando videlicet illa tria concurrunt supra notata, eo quod tunc non posset sententari et plecti ad mortem. Et hic innititur consuetudini.

203B

Tercij sunt qui dicunt quod non sit danda infallibilis regula, sed iudici sit relinquendum vt secundum dicta testium et infamiam persone, et si indicia facti concurrunt, tanto grauius discernatur per modum patrie, seruando et consuetudinem, concludentes quod si non posset habere fideiussores notabiles et fortassis suspecta de fuga, quod tunc carceri mancipetur.

Et hec tertia videtur rationabilior, sic tamen quod debitus seruetur modus qui stat in tribus: primo vt domus eius, quantum possibile est, perlustretur sub et supra, in omnibus angulis, fossis et scrinijs, et si quidem famosa malefica existit, tunc absque dubio, nisi prius sint ab ea occultata, varia instrumenta reperiuntur, sicut supra tactum est; secundo vt si habet ancillam aut consodales, quod et ille vel illa seorsum includantur, etiam si non sint delate: presumitur eas non latere secreta aliqua illius delate; tercio quod in capiendo si in domo propria capitur, quod non detur ei spacium intrandi cameram, eo quod tunc solent certa maleficia accipere et secum deferre pro taciturnitate procuranda.

203C

Ratione cuius incidit dubium an modus capiendi maleficas qui ab aliquibus obseruatur, vbi a famulis subito a terra eleuatur et in sporta siue in spatulis, ne terram vltra tangat, defertur, sit licitus. Responderi potest ex canonistarum et quorundarum theologorum sententia quod licitum sit hoc triplici respectu: primo quia, vt in questione introductoria huius tertie partis patuit, plurimorum sententia, imo talium doctorum quorum dicta reprobare nemo audet, vt Hostiensis, Gofridus, est quod licitum est vana vanis contundere; experientia denique imo et maleficarum fassiones demonstrant quod sepius per talem modum capte taciturnitatis maleficium amiserunt, imo quam plures incinerande petentes vt saltem pede vno terram tangere permitterentur, dum eis fuisset denegatum et in fine scissitatum<sup>b</sup> cur tamen terram tangere oprassent, responsum quod si tetigissent, seipsas liberassent, multis alijs fulminibus interempris.

<sup>a</sup> Eym.-leute (216D shows that the "n" is intentional)

<sup>b</sup> Sc. scisci-

203D Alia causa. Nam hoc ipsum manifestum existit, vt in secun<sup>d</sup>a parte operis patuit, quod in publica iustitia omnes vires maleficij franguntur quo ad preterita, sed quo ad futura nisi de nouo ei a diabolo succurratur in maleficio taciturnitatis, omnia crimina fatetur. Dicamus ergo iuxta apostolum: “Quecunque verbo vel opere agimus, omnia in nomine domini nostri Jesu Christi fiant.” Et si quidem innocens fuerit, hec captio non ei nocebit.

Tertio respectu quia si secundum doctores licitum est per vana opera maleficia tollere, quia in hoc concordant omnes, licet discrepant in illo quod illa vana non debeant esse illicita, vnde dictum Hostiensis, vbi dicit quod licitum sit vana vanis contundere, glosatur ab alijs: “Nota quod dicit vanis, non autem illicitis”: a fortiori licitum est maleficia impedire ad quod impedimentum hic respectus habetur et non ad aliquid illicitum exercendum.

204A Notat<sup>a</sup> insuper iudex quod est duplex incarcerationio: vna ad penam, vbi criminosi ponuntur, altera ad custodiam tantum, et hec in pretorio fit – et he due custodie notantur in c. “Multorum querela” | (vt supra) – vnde ad minus ad custodiam est incarcerationanda.

Si autem leuia essent pro quibus esset accusata, ita quod non esset infamata nec essent indicia facti in pueris et iumentis, tunc remittatur ad domum, sed quia familiaritatem habuit forte cum maleficis et nouit eorum secreta, det fideiussores, quos si habere non potest, iuramentis et penis astricta domum non exeat nisi vocata.

Ancille autem et domestice, de quibus supra, ad custodiam et non ad penam detineantur.

QUESTIO NONA: QUID AGENDUM POST CAPTIONEM,  
ET AN DEPONENTIUM NOMINA SINT EI MANIFESTANDA  
(ET EST ACTUS QUARTUS)

DUO AUTEM POST CAPTIONEM fiunt, sed quid primum inter illa, iudici relinquitur, scilicet defensionum concessio et in loco torture, non tamen per torturam, examinatio. Primum non datur nisi petierit; secundum non fit nisi prius ancille seu consodales, si habuit in domo, examinatur. Procedamus tamen ordine posito.

204B Si delata dicat se innocentem et quod false sit delata et quod libenter velit tales accusatores inspicere et eos audire, tunc signum est quod<sup>b</sup>

<sup>a</sup> Sc. -et (cf. 214C)

<sup>b</sup> Ed. prin.: q3 (=que)

perit defensiones, sed an iudex teneatur ei deponentes manifestare et ad conspectum eius presentare: hic aduertat iudex quod nullum illorum tenetur facere, nec nomina manifestare nec ad conspectum presentare nisi deponentes per se et sponte ad hoc se offerunt, vt videlicet eorum aspectibus presententur et ea que deposuerunt eis in faciem obijcere.

Quod autem non tenetur iudex, et hoc propter periculum deponentium, probatur. Nam licet<sup>190</sup> diuersi summi pontifices diuersa senserunt, nullus tamen vnquam sensit quod iudex teneretur in tali causa delato nomina deponentium manifestare nec etiam accusatorum (licet hic non procedimus per modum accusationis), sed potius aliqui senserunt quod in nullo casu liceret, aliqui vero quod in aliquo: tandem autem Bonifacius octauus statuit, vt patet in c. "Statuta" § "Jnhibemus" (*Libro Sexto*), vbi sic dicitur: "Jnhibemus tamen quod si accusatoribus vel testibus in causa heresis interuenientibus seu deponentibus propter potentiam personarum contra quas inquiritur videant episcopus et inquisitor" – nota tu pro inquisitore et episcopo iudicem quencunque contra | maleficas procedentem ex consensu episcopi et inquisitoris, 204C quia idem est et vices suas committere possunt, vt in questione introductoria patuit, vnde et talis iudex quicunque etiam secularis procedit apostolica autoritate et non solum imperatoria. Sequitur: "Graue periculum imminere si contingat fieri publicationem, eorundem ipsorum nomina non publicent" etc. Et sequitur infra: "Cessante vero periculo supradicto accusatorum vel testium nomina, prout in alijs fit iudicijs, publicentur."

Attendat etiam circumspectus iudex de potentia personarum, quia illa est triplex, scilicet potentia generis et familie, potentia pecunie et potentia malicie, que plus timenda est quam alie due, quod ex illa testibus grauia pericula possent imminere si eis contra quas deposuerunt eorum nomina publicarentur. Et ratio est: maius enim est periculum nomina testium

<sup>190</sup> *Start of adaptation of Eym. 3.75* (an nomina testium et denuntiatorum sint delatis publicanda) (627 2A-C): . . . de ista materia diuersi summi pontifices diuersa responderunt. Aliqui dixerunt quod in nullo casu, aliqui in aliquo: ideo tandem Bonifacius octauus statuit quid agendum, vt patet in c. "Statuta" § "Jubemus" ("De hereticis," *Libro Sexto*), vbi sic dicitur: [*quote follows: a sentence in Eym. between the two sections quoted is omitted here*]. Attendat tamen circumspectus inquisitor de potentia personarum. Nam est potentia generis seu familie, est potentia pecunie, est etiam potentia malicie. De certo rarissime est, quia graue periculum imminet testibus, si eorum eis contra quos deponunt nomina publicentur, et qui vidit et sciuit, ita dicit. Maius enim est periculum nomina testium publicare alicui delato pauperi habenti in malis complicibus rebelles et homicidas, qui nihil habent nisi personam, quam generoso vel diuiti in temporalibus abundanti. Quale autem est tale periculum graue, declarat Ioan. And. super predicto versus: "Periculum": quia timetur mors vel detruccio ipsorum vel filiorum vel parentum suorum vel deuastatio substantie ipsorum vel his similia."

publicare alicui delato pauperi habenti in malis complices rebelles et homicidas qui nihil habent nisi personam perdere quam generoso vel diuiti abundantanti in temporalibus.

204D Quid autem sit graue periculum et quale, declarat Johannes Andree super predicto verbo “periculum,” dicens ita: “Periculum: | quia timetur mors vel detruncatio ipsorum vel filiorum vel parentum suorum vel deuastatio substantie vel his similia.”<sup>191</sup>

Aduertat insuper iudex quod cum apostolica autoritate ex beneplacito ordinarij in his procedit, quod ad illud secretum, scilicet de non reuelando testificantium nomina, tam ipse quam omnes alij assessores qui depositionibus testium interfuerunt aut in futurum circa sententiam ferendam interesse poterunt tenetur sub pena excommunicationis quam contra eos, si oppositum fecerint, episcopus fulminare poterit, et ita ne reuelent a principio processus ad minus implicite fulminauit.<sup>192</sup> Vnde in allegato c. “Statuta” § “Et vt eorundem” ita dicitur: “Et vt eorundem accusatorum et testium periculis efficacius occurratur et cautius <in><sup>a</sup> inquisitionis negocio procedatur, presentis constitutionis autoritate permitimus quod episcopus et inquisitores” – tu intellige sicut supra – “<secretum>”<sup>193</sup> possint indicere illis quibus, vt premissum est, processum huiusmodi explicabunt, et in eos, | <si><sup>b</sup> archana<sup>c</sup> consilij seu processus sibi sub secreto ab eisdem episcopo et inquisitoribus patefacta preter ipsorum licentiam alijs patefacerent, excommunicationis sententiam quam ex secreti violatione ipso facto incurrant, si eis videbitur, promulgare.”

205A Notandum vlterius quod sicut<sup>194</sup> pena annexa est vbi nomina testium indebite publicarentur, ita pena est annexa vbi indebite occultarentur, scilicet illis quibus merito sunt manifestanda, scilicet peritis et

<sup>a</sup> So *Eym.*, canon

<sup>b</sup> So *Eym.*, canon

<sup>c</sup> Sc. arcana

<sup>191</sup> End

<sup>192</sup> This paragraph is inspired by *Eym.* 3.81 (632 2E–633 1A) (vtrum episcopus et inquisitor, quando predictis peritis deferentium nomina et testificantium publicabunt, possint eis secretum indicere quatenus illorum nomina non reuelent ac in eos sententiam excommunicationis ferre si reuelauerint), but apart from the general sense and the quote from the canon, there is no verbal similarity.

<sup>193</sup> So *Eym.*, canon (presumably omitted by accident as a result of the process of putting the preceding insertion into the text).

<sup>194</sup> Start of *Eym.* 3.76 (629 1D–630 2A), which begins: Septuagesimasexta questio est vtrum episcopus et inquisitor non publicando delato deferentium ac testificantium nomina seu publicando vbi non debent incurrant aliquam penam et quam. Respondemus quod sic, quia per dominum papam eorum conscientie onerantur, ac eis precipitur quatenus puram et prouidam intentionem habeant in predictis, vnde in c. “Statuta” (“De heret.,” Lib. Sex.) circa finem sequitur sic: “Ceterum in his omnibus precipimus . . .”

assessoribus de quorum consilio est ad sententiam procedendum, vel ubi non publicarent ubi sine periculo testium publicari possent, ut in dicto c. "Statuta;" circa finem sequitur: "Ceterum in omnibus precipimus tam episcopos quam inquisitores puram et prouidam intentionem habere ne accusatorum vel testium nomina supprimendo,<sup>195</sup> ubi est securitas periculum esse dicant, nec in eorum discrimine securitatem asserant, ubi tale periculum immineret, super hoc conscientias eorum<sup>196</sup> onerantes." Vbi archidiaconus ita dicit: "O tu quicumque iudex in tali casu, bene aduerte verba ista. | Nam non dicit 'leue periculum,' si dicit <sup>205B</sup> 'grauē.' Noli igitur reum priuare iuris ordine sine magna causa, quoniam hoc fieri non potest sine offensione dei."<sup>197</sup>

Et notandum est lectori quod quia omnia precedentia et etiam sequentia vsque quo perueniatur ad modos sententiandi absque pena sanguinis, in quibus ecclesiasticus iudex iudicare habet, fieri possunt cum consensu diocesanorum per secularem iudicem, ideo non impediatur lectori si in capitulo allegatur iudex ecclesiasticus et non secularis, qui modos sententiandi super sanguinem capiet ex modis sententiandi et penitentionandi ordinariorum.

QUESTIO DECIMA: QUALITER SUNT DEFENSIONES  
CONCEDENDE CUM DEPUTATIONE ADUOCATI (ET EST  
ACTUS QUINTUS)

SI<sup>198</sup> IGITUR DEFENSIONES PETIT, quomodo concedi possunt, ubi nomina testium omnino occultantur? Dicendum quod defensio stat in tribus: primo, ut ei aduocatus deputetur; secundo, ut illi aduocato nomina testium non publicentur, nec ad secretum etiam tenendum sub prestito iuramento, sed informetur de singulis contentis in processu; <sup>205C</sup> tertio, delati causa, quantum potest, in meliorem partem interpretetur, sine tamen scandalo fidei et damno iusticie, ut parebit. Et procurator pari forma, cui processus totius copia suppressis tamen testium et deponentium nominibus,<sup>a</sup> et idem aduocatus etiam procuratoris nomine procedere poterit.

<sup>a</sup> tradatur should be supplied (cf. 206B) (clumsy adaptation)

<sup>195</sup> For accusatorum . . . supprimendo Eym. (and canon) has: ad accusatorum . . . suppressenda

<sup>196</sup> For conscientias eorum Eym. (and canon) has: eorundem conscientias

<sup>197</sup> End

<sup>198</sup> This question is inspired by Eym. (446 1C-2A): . . . concedentur sibi [sc. the accused] aduocatus probus tamen et de legalitate non suspectus, vir vtriusque legis peritus et fidei zelator, et procurator pari forma, ac processus totius copia suppressis tamen testium et deponentium ac accusantibus nominibus . . . to which is added information from a legal textbook.

Quo ad primum. Notatur quod aduocatus non deputatur ad beneplacitum delati, puta quia vellet habere vnum ad suum placitum: de illo omnino caueat iudex, non concedere hominem litigiosum, maliuolum, qui faciliter pecunijs posset corrumpi, prout sepe tales inueniuntur, sed concedat sibi virum probum et de legalitate non suspectum.

Et notare debet iudex quatuor in aduocato, que si obseruata fuerint ab aduocato, permittat eum aduocare; alias habet eum refutare. Nam aduocatus primo debet examinare qualitatem cause, et si viderit eam iustam, tunc si voluerit, assumat eam, si vero iniustam, rennuat. Vnde diligenter cauere debet ne causam assumat iniustam et desperatam. Verum quod si 205D igno|ranter ab inicio acceptauit causam et cum hoc pecuniam, in processu tamen cognouit causam desperatam, tunc si clientulo suo, id est, delato pro quo causam assumpsit, non consuluit vt cederet, salarium receptum tenetur restituere secundum Gofridum, quod probare videtur per C. “De iudicijs,” “Rem non novam,”<sup>a</sup> licet Hostiensis dicat oppositum, scilicet de salario <non><sup>b</sup> restituendo nisi industrie fecisset. Vnde si nequam aduocatus clientulum suum scienter inducat ad defendendum causam iniquam, ad damna et ad expensas tenetur (C. “De administratione tutorum,” “Non est ignotum”).

Secundum quod obseruare debet vt seruet in aduocando tria: primo modestiam, vt non procaciter nec conuiciando nec vociferando proponat (C. eodem “Quoniam”); secundo veritatem, scilicet vt non mentiatur falsas rationes vel probationes inducendo nec falsos testes aut iura, si peritus esset, nec dilationes petat, presertim in hac causa, vbi summarie, simpliciter et de plano, vt supra in questione sexta tactum est et tangitur 206A iij q. vij “Hec tria”; et tertium quod obseruatur est ex parte | salarij, quod moderatur secundum consuetudinem regionis, de qua materia tractatur iij q. vij § “Arcentur” et § “Tria.”

Sed ad nostrum propositum redeundo. Iudex ita prescriptas condiciones aduocato proponat, et in fine adiungat ne fautoriam heresis incurrat, quia tunc excommunicatus esset iuxta c. “Excommunicamus” primo<sup>c</sup> § “Credentes.”

Nec valet si dicat iudici quod non defendit errorem sed personam, quia non debet defendere quouis modo vt non procedatur summarie, simpliciter et de plano, quod faceret si petere vellet omnino dilationes vel immiscere appellaciones, que omnia refutantur, vt ibi in questione

<sup>a</sup> *Ed. prin.:* -a

<sup>b</sup> *Logically necessary, though its absence may be the result of clumsy adaptation.*

<sup>c</sup> *Sc.* -um

sexta recitatur, quia licet errorem non defendat, cum sic damnabilior ipsis maleficis esset et potius heresiarcha quam hereticus maleficus, vt patet xxiiij q. iij "Qui illorum," tamen<sup>a</sup> quia indebite defendit iam suspectum de heresi, tanquam fautorem se facit et non solum leuiter sed et vehementer secundum defensionem quam fecit et debet abiurare publice coram episcopo iuxta c. "Accusatus" frequenter allegatum.

Hec ad longum | posita sunt nec paruipendat ista iudex, quia ex aduocato seu procuratore, vbi false procedere nititur, plurima pericula euenire solent. Vnde iudex omnino debet eum refutare et procedere secundum acta et probata, vbi reprehensibilis aduocatus fuerit. Veruntamen si iudex habuerit aduocatum irreprehensibilem pro delato, virum zelosum et iusticie amatorem, nomina testium ei indicare poterit, ad secretum tamen tenendum sub prestito iuramento.

QUESTIO VNDECIMA: QUID FACIET ADUOCATUS CUM SIBI  
NOMINA TESTIUM NON PUBLICANTUR (ACTUS VI)

QUOD SI QUERITUR: QUID ergo aduocatus etiam procuratorio nomine pro delato faciet, vbi nec sibi nec clientulo suo nomina testium publicantur, quam tamen publicationem delatus summe affectaret, responsio: informationem capiat a iudice de singulis in processu contentis, et si quidem copiam habere velit, suppressis tamen nominibus testium tradatur sibi, et sic informatus accedat delatum et singula sibi proponat, et si materia postulat, vtpote quia multum | onerosa delato, <sup>206C</sup> tum<sup>b</sup> ad patientiam, quantum potest, hortetur. Et delatus vbi iterum atque iterum instat vt sibi testes publicentur, respondere potest: "Ex factis que contra te delata sunt coniecturare testes poteris. Nam Tali maleficiatus est puer aut iumentum." Aut: "Tali mulieri seu viro dixisti, eo quod talem rem quam petebas tibi comperare <sup>no</sup>lebar: 'Tu senties quod melius fuisset vt mihi rem accomodasses.' Post que verba talis infirmatus subito. Facta tua vt testimonia clamant, que plus ponderantur quam testimonia verborum." Vel: "Etiam tu scis te infamaram et a longo tempore suspectam de multis maleficijs et damnis hominibus illatis." Et sic replicando finaliter ad hoc deueniet quod ipsa aut inimicias allegabit, asserens sibi ex inimicia obiecta, aut dicit: "Fateor me dixisse hec verba, sed non animo nocendi."

<sup>a</sup> Ed. prin.: tum (tñ misread as tū?)

<sup>b</sup> Ed. prin.: cum

Quare aduocatus tunc iudici et assessoribus de primo, videlicet de inimicia, habet proponere et iudex inquirere, et si quidem illa capitalis inueniretur, vtpote quia inter maritos vel consanguineos fuisset mors intentata vel secuta vel alicuius criminis inculpatio, vnde quis foret plectendus | per publicam iusticiam vel fuerunt vulnera grauia ex contrauersijs et brigis illata, tunc prouidus iudex cum suis assessoribus discutiet an ex parte delate inimicia aggrauatur vel ex parte deponentis, puta quia maritus aut amici delate alios ex parte deponentis iniuste oppresserunt: tunc quidem si non assunt indicia facti in pueris seu iumentis siue hominibus maleficiatis, nec etiam assunt alij testes aut etiam quod publica infamia non laborat, tunc presumitur quod ratione vindicte contra eam deposuerit, et est delata omnino absoluenda et libere dimittenda sub debita cautione de non vindicando etc., vt moris iudicum est.

Sed queritur: Katherina habet puerum maleficiatum, seu ipsa per se est maleficiata, seu in iumentis percepit plurima damna, et suspicatur super illam cuius maritus aut consanguinei etiam perprius iniuste suum maritum aut consanguineum oppresserunt in publico iudicio, vnde cum hoc duplex sit inimicia ex parte deponentis, quia inimicatur ratione maleficij illati et ratione infamie iniuste obiecte suo marito aut consanguineo: estne eius depositio repellenda aut non? Et quidem ex vna | parte videtur quod sic, quia inimicia ibi est, ex altera quod non, quia profert indicia facti. Respondetur quod in casu quo non assunt alij deponentes nec etiam publica laborat infamia contra delatam, tunc non statur eius depositioni tantum, sed repellitur, et delata tamen redditur suspecta, si et in quantum morbus est maleficiosus et non ex naturali defectu (et qualiter hoc cognoscitur inferius patebit), quod<sup>a</sup> canonicè est purganda.

Sed si iterum queritur an alij deponentes etiam habent super indicia facti primum deponere que ipsis aut alijs contigerunt aut solum super infamiam, respondetur quod si super aliqua indicia facti deponunt, bene quidem; si autem tantum super infamiam et ita in re existit, tunc iudex, licet repulerit deponentem propter inimiciam, tamen indicium facti quod protulit et ostendit iudex ex alijs testibus que super infamiam deposuerunt capiet pro intersigno super suspicionem vehementem, ex qua ipsa delata detenta iudicari poterit a iudice super triplicem penam, scilicet canonicè purgationis propter infamiam iuxta c. “Jnter sollicitudines” (*Extra*, “De purgatione canonica”), item super abiurationem propter

<sup>a</sup> Sc. ita quod

suspicionem iuxta c. "Accusatus" in principio et secundum varias suspensiones ad varias abiurationes, vt patebit in quarto modo sententiandi.

Et propter indicia facti, si crimen fatetur et penitet, non relinquitor brachio seculari ad punitionem sanguinis, sed per ecclesiasticum iudicem ad perpetuos carceres iudicatur: per secularem tamen iudicem, non obstante quod ad perpetuos carceres sit per ecclesiasticum iudicem iudicatus, potest tamen ipsum propter damna temporalia tradere igni iuxta c. "Ad abolendam" § "Presenti" et iuxta c. "Excommunicamus" secundo<sup>a</sup> ("De hereticis"), que omnia patebunt inferius circa sextum modum sententiandi.

Epilogando. Attendat iudex primo quod non sit facilis ad credendum aduocato, vbi pro delata allegat inimiciam capitalem, eo quod rarissime in tali crimine quis deponit sine inimicicia, cum malefice semper exose omnibus habeantur.

Secundo attendat quod cum quatuor modis malefica potest conuinci, scilicet per testes, per euidencia<sup>b</sup> facti, per indicia | facti et per confes-<sup>207C</sup> sionem propriam, et hoc vel super infamiam tantum, quod tantum fieret hoc per testes, vel super suspicionem, tunc per euidencia facti aut indicia facti fieret, ex quibus suspicio potest iudicari leuis vel vehemens vel violenta, et hec omnia absque confessione propria, que si concurrerent,<sup>c</sup> tunc, vt dictum est, procederetur.

Tercio applicet premissa ad suum propositum super personam detentam ad obuiandum aduocato, sed videlicet sit tantummodo super infamiam delata aut quod ibi concurrant aliqua indicia, vnde redditur suspecta vehementer vel leuiter, et tunc aduocato super inimiciam allegatam respondere poterit.

Et hec quantum ad illam partem vbi aduocatus pro delato in inimiciam deponentium allegauit, sed vbi allegat secundum, videlicet quod illa verba que protulit contra deponentem: "Tu senties in breui que tibi euenient" aut "Tu non habebis plures dies sanos" aut "Veniet in breui quod tu velles mihi talem rem accomodasse (aut vendidisse)" et similia,<sup>207D</sup> tunc aduocatus adiungat: licet malum aliquid fuerit subsequutum deponenti in rebus vel corporibus, non tamen propter hoc sequitur quod illa delata huius mali sit causa tanquam malefica, eo quod infirmitates varijs modis accidere possunt, item allegat quod commune est mulierum verbis huiusmodi mutuo contendere etc., super istas allegationes iudex

<sup>a</sup> Sc. -um

<sup>b</sup> Construed as neut. pl. (cf. 124A, 197C)

<sup>c</sup> So Schnyder (1993) 247; ed. prin.: -et

habet obuiare per hunc modum: si quidem infirmitas ex defectu nature accidit, tunc excusatio locum habere poterit, sed quia ex signis et experimentis oppositum constat, utpote quia nullo remedio naturali curari potuit, item quia iudicio medicorum iudicatur ut morbus maleficialis (vulgariter “nachtschaden”), item iudicio fortassis incantatricum aliarum que asserunt seu asseruerunt morbum esse maleficalem, item quia subito superuenit absque aliqua preuia debilitatione, cum tamen naturales infirmitates successiue solent debilitare, item quia fortassis curata fuit ideo quia reperit certa instrumenta sub lecto aut indumentis seu alijs locis et illis amotis subito sanitati restituta fuit, prout sepiissime contingit, ut  
 208A supra in secunda | parte operis patuit, ubi de remedijs tractatur. Et per hec seu similia iudex facillime potest obuiare quod talis infirmitas potius ex maleficio quam naturali defectu contigit. Et per minas obiectas suspicatur de maleficio, sicut a simili si quis diceret: “Volo tibi comburere horreum” et effectus subsequitur, utique violentam causat suspicionem quod ille qui minas protulit horreum succenderit, licet fortassis alius et non ipse combusserit.

SEQUITUR AD IDEM QUESTIO DUODECIMA, MAGIS  
 DECLARANS QUALITER SIT INIMICICIA CAPITALIS  
 INUESTIGANDA (ACTUS SEPTIMUS)

ATTENTO QUOD A TESTIMONIO ferendo tantummodo inimici capitales repelluntur, ut supra quinta questione tactum fuit, inimiciciam autem talem declarare ex his que in capitulo precedenti tacta sunt iudici fortassis nimis obscurum et difficile videtur, attento quod delatus vel  
 208B eius procurator nollent faciliter eius acquiescere decisioni super materiam tactam, que dicatur inimicicia capitalis et que non, ideo exprimendi sunt alij modi quibus in noticiam talis inimicicie iudex deueniret, ut insontem sic minime damnaret, quod tamen reum per debitam iustitiam puniret. Et hi modi, licet sint cautelosi seu etiam dolosi, tamen iudex illos praticare potest in bonum fidei et reipublice, cum et apostolus dicat: “Cum essem astutus, dolo eos<sup>199</sup> cepi.” Specialiter etiam hi modi praticantur super delatos non diffamatos publice seu etiam non notatos per aliquod indicium facti, licet etiam iudex super quoscumque delatos ubi inimicicias contra deponentes allegarent et nomina testium omnino scire vellent.

<sup>199</sup> 2 Cor. 12:16: vos

Primus<sup>200</sup> modus est: nam datur delato seu suo aduocato copia processus ad partem vnam, scilicet seorsum, et nomina deponentium seu deferentium ad partem aliam, non tamen eo ordine quo deponunt, sed isto modo vt nomen testis qui est primus in copia sit sextus vel septimus in cedula, et qui secundus sit, penultimus vel | vltimus, et sic delatus 208C quis hoc deponat vel illud et quis sit primus vel secundus in sua copia <cognoscere non valebit>.<sup>a.201</sup> Quo stante aut dabit omnes inimicos aut non: si omnes, eo citius reprehendetur delatus de mendacio, vbi causa inimicie per iudicem scrutabitur; si quosdam vero, tunc facilius causa inimicie inuestigabitur.

Secundus<sup>202</sup> modus esset a simili, vbi daretur aduocato processus copia ad partem vnam et deponentium nomina ad partem aliam, et adiunctis alijs extraneis que alibi a maleficis fuerunt perpetrata et non a deponentibus seu testibus inscriptis deposita: sic delatus non poterit assertiue dicere illum vel istum inimicum capitalem, quia nescit que sint ab illis contra eum deposita.<sup>203</sup>

Tertius<sup>204</sup> modus, qui et supra tactus capitulo quinto: nam quando delatus examinatur in fine secundi examinis, antequam petat defensiones et antequam aduocatus sibi deputatur, interrogetur an reputet se habere inimicos capitales qui omni diuino timore postposito falso imponerent sibi labem heresis maleficarum. Et tunc forte impremeditatus ac improuisus et non | visis deponentium attestationibus respondet quod 208D non reputet se habere tales inimicos; vel si dicit: "Puto me habere," tunc nominat,<sup>205</sup> et illi inscribantur et causa etiam inimicie, vt postmodum

<sup>a</sup> So Eym. (Presumably the omission of these words from the end of the quotation was accidental.)

<sup>200</sup> *Start of adaptation of Eym. (449 2A):* Primus est quod predictorum nomina non in ipsa processus copia sed in aliqua particulari cedula conscribantur, non tamen eo ordine quo deponunt, et talis delato cedula conferatur, sic vt nomen testis qui est primus in copia sit sextus vel septimus in cedula, et qui secundus in copia sit vltimus vel penultimus in cedula, et sic de alijs nominum ordinem transmutando. Et sic delatus quis hoc deponat vel quis illud et quis primus et quis secundus in sua copia cognoscere non valebit.

<sup>201</sup> *End*

<sup>202</sup> *Start of adaptation of Eym. (449 2D):* Secundus modus est: nam datur delato processus copia ad partem vnam et deponentium nomina seu deferentium ad partem aliam, et admiscentur cum illis alia extranea eorum qui nunquam deposuerunt contra in illa materia. Et per hunc modum potest dicere contra illum et contra istum, et non venit in cognitionem eius qui deposuit contra eum.

<sup>203</sup> *End*

<sup>204</sup> *Start of adaptation of Eym. (449 2E-450 1A):* Tertius modus est: nam quando delatus examinatur in fine sue confessionis, antequam sibi copia processus concedatur, interrogatur an reputet se habere inimicos capitales qui omni diuino timore postposito falso imponerent sibi labem heretice prauitatis, et tunc impremeditatus ac improuisus et non visis deponentium attestationibus respondet quod non reputat se habere tales inimicos, vel si dicat quod reputat se habere, nominat aliquos vt occurrunt.

<sup>205</sup> *End*

iudex valeat eo certius inuestigare postquam copia processus et nomina seorsum fuerint tradita modis quibus supra.

Est<sup>206</sup> et quartus modus, vt iterum in fine secundi examinis aut confessionis, de qua in sexta questione circa secunda interrogatoria, antequam dentur sibi defensiones, interrogatur de testibus qui grauius deposuerunt contra eum per hunc modum: “Cognoscis tu Talem?” vnum nominando de testibus qui grauiora deposuit: et tunc dicit quod sic vel quod non. Si dicit quod non, tunc non poterit exposit dando<sup>a</sup> sibi defensiones et aduocatum ponere illum capitalem inimicum, cum dixerit medio iuramento prius oppositum, scilicet non noscere illum. Si autem dicit quod sic, tunc interrogatur si scit vel audiuit quod ipse vel ipsa egerit aliquid  
 209A contra fidem, sicut malefice solent facere. Si dicit quod sic: | “Talia et talia fecit,” interrogatur si est eius amicus vel inimicus: statim respondebit quod amicus, et hoc ideo vt eius testimonio stetur, et extunc in illa causa non potest dare illum inimicum capitalem per suum aduocatum, cum medio iuramento per antea dixit eum amicum. Si autem respondeat quod nihil scit de eo, tunc interrogatur, an sit eius amicus vel inimicus, et ipse statim respondebit quod amicus, quia allegare inimicum de quo nil mali nouit non facit. Dicit ergo: “Sum suus amicus. Attamen si scirem aliqua, non obmitterem quin illa reuelarem.” In tali ergo causa non poterit eum ponere exposit inimicum.<sup>207</sup> Vel adminus allegabit causas inimicitie capitalis a principio, et tunc aduocato adhibebitur fides.

Quintus<sup>208</sup> modus est: nam datur delato seu aduocato copia processus suppressis nominibus deponentium, et vbi aduocatus informabit

<sup>a</sup> *Dangling participle or used abusively in a passive sense*

<sup>206</sup> *Start of adaptation of Eym. (450 1A–C):* Quartus modus est: nam in fine sue confessionis, antequam dentur sibi defensiones, interrogatur de testibus qui grauiora deposuerunt contra eum, vt de delatis, per hunc modum. “Cognoscis tu talem?” nominando vnum de testibus qui grauiora deponunt contra eum. Et dicit quod non vel quod sic. Si dicit quod non, non potest extunc dando defensiones illum ponere capitalem inimicum, cum dixerit se medio iuramento non cognoscere illum. Si dicat quod sic, interrogatur si scit vel audiuit quod iste dixerit vel egerit aliquid contra fidem, et si responder quod sic, talia vel talia, interrogatur si est eius amicus vel inimicus, et statim respondebit quod amicus, vt eius testimonio stetur, et extunc in illa causa non potest dare illum inimicum capitalem, cum medio iuramento dixerit amicum. Si autem respondet quod non, interrogatur si est eius amicus vel inimicus, et respondebit quod amicus, tamen non staret propter hoc quod si aliquid sciret quin diceret et extunc in illa causa non poterit eum ponere inimicum. Et post sit idem de alijs testibus.

<sup>207</sup> *End*

<sup>208</sup> *Start of adaptation of Eym. (450 1D):* Quintus modus est: nam datur delato copia processus suppressis nominibus deponentium, et ipse visis depositionibus coniecturatur quis vel qui deposuerunt contra eum, et frequenter venit in cognitionem et dat quamplures quos dicit inimicos esse suos capitales, assignat rationes, et producit testes. His omnibus exhibitis et taliter actiratis inquisitor considerat si aliquos diuinat seu cognoscit, et si sic, attendit ad causas



quia defendendo dicit se habere inimicos capitales, et fortassis causas inimicitiarum varias allegat, siue in re ita sint siue non, congregat tamen iudex consilium peritorum cuiuscunque facultatis, si commode habere potest, vel ad minus ex prouidis et honestis personis quibuscunque, quia ad hoc tenetur iuxta capitulum “Statuta” frequenter allegatum, et illis totum processum integraliter et perfecte per notarium seu scriptorem legi faciat, et cum testium seu deponentium nomina publice exponat, ita tamen quod ad tenendum secretum sub prestito iuramento | omnes astringat (et de illo<sup>a</sup> an hoc facere velint, prius habet inquirere, quia alias omnino non sunt eis nomina illa exponenda), ex post dicat qualiter per talem et talem modum inquirendo de inimicitia nullam potuerit perpendere. Attamen subinferat: si videbitur, fiat e duobus vnum: aut per consilium discernatur, qui sint ex deponentibus repellendi tanquam inimici capitales et quomodo, aut elegantur tres, quattuor aut quinque qui amplius nouerunt in villa aut oppido amicitiam vel inimicitiam delati et testium et qui non sunt presentes in consilio, et publicentur illis tantummodo nomina delati et testium, non autem articuli processus, et stabitur iudicio eorundem.<sup>211</sup>

Ex primo non poterunt bene testes repellere, attento quod iudex suos modos inquirendi practicauit. Ex secundo vero totaliter se immunem faciet et omnem a se sinistram suspicionem excutiet. Tenetur etiam hunc vltimum modum seruare vbi delatus in alieno loco et patria esset captus.

Et hec sufficiant ad discernendum super inimicitiam.

210A

QUESTIO DECIMAQUARTA SUPER EA QUE  
ANTE INTERROGATORIA IN LOCO CARCERIS ET  
TORTURE PROPONENDA HABET IUDEX ADUERTERE  
(ET EST ACTUS NONUS)

QUID DENIQUE IUDICI<sup>b</sup> AGENDUM sit, clare patet. Si enim, vt communis exigit iusticia, ad penam sanguinis non iudicatur nisi propria

<sup>a</sup> *This prepositional phrase is pointless and unidiomatic in Latin (generated by some German idiom in which the indirect question is anticipated with an adverbial expression like darüber?)*

<sup>b</sup> *Ed. prin.: -e*

*(fn. 210 cont.)* eorundem consiliariorum eligentur duo, tres vel quattuor probi viri de villa dicti delati, qui cognoscant plene delatum, quorum saltem vnus vel duo sint sacerdotes parochiani, et alius, si potest commode, religiosus, et alij laici probi viri veritatis zelatores. Isti per episcopum et inquisitorem secretius vocabuntur, et per iuramentum vel excommunicationis sententiam de dicenda veritate interrogabuntur de delati et testium amicitia vel inimicitia capitali, publicando eis nomina istius et illorum, et stabitur iudicio eorundem . . .

<sup>211</sup> *End*

confessione conuincatur, quamuis ex alijs duobus habetur pro manifeste deprehensa in heretica prauitate, scilicet ex euidencia seu indicio<sup>a</sup> facti et ex testium productione legitima, vt supra questione septima tactum fuit, et de tali etiam delata ad presens agitur, tunc vtique questionibus et tormentis pro criminum fassione exponetur. Et vt questio clara sit, ponatur casus qui et Spire contigit et ad multorum noticiam peruenit.

Quidam honestus dum quandam mulierem pertranseundo non ei ad nutum in venditione cuiusdam rei venalis complacere voluisset, illa indignata post tergum clamauit: "In breui optasses vt annuisses." Et est vsitatus sic modus loquendi maleficarum vel a simili sensu quando 210B maleficium per ausamenta volunt inferre. Tunc ille indignatus et non immerito super eam vultum post tergum vertit vt eam quo animo verba protulisset inspiceret, et – ecce! – subito maleficio percussus<sup>b</sup> os suum in obliquum horribili deformitate vsque ad aures extenditur, nec retrahere potuit, sed multo tempore in illa deformitate perstitit. Hic euidentis factum iudici proponitur.

Casum ponimus, et an pro manifeste deprehensa in heresi maleficarum sit habenda queritur: respondere oportet ex verbis Bernardi in glosa ordinaria et in c. "Ad abolendam," vt supra questione notata tangitur, quod sic, eo quod tribus modis, vt ibi tangitur, quis vt taliter deprehensus iudicatur, et illa etiam tria non copulatiue, id est, quod omnia tria habent insimul concurrere, sed vnumquodque per se, scilicet euidencia facti, testium legitima productio et propria confessio, reddit maleficam vt manifeste deprehensam reputari. Iudicium autem facti differt ab euidencia, quia cum minus sit quam euidencia, tamen capitur etiam ex verbis et operibus maleficorum, vt in illa questione septima 210C tangitur, et iudicatur ex maleficijs non ita subito sed processu temporis illatis, per minas tamen etiam precedentes.

Sicque concludamus quod de similibus maleficis delatis, et que sub defensionibus, vt premissum est, defecerunt, vel etiam<sup>c</sup> non defecerunt, eo quod non fuerunt concesse, non concesse autem quia non fuerunt petite, iam nostra questio versatur: quid iudici agendum, et qualiter ad questionem sit procedendum pro dicenda veritate in punitionem sanguinis, vbi plura sunt iudici propter ingentes labores contra maleficium taciturnitatis aduertenda,<sup>d</sup> que etiam successiue per capita deducuntur.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -a

<sup>b</sup> *Dangling participle*

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: etiam vel

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: -o

Et primum est quod ad maleficam questionandam non sit pronus, habeat tamen ad certa signa que sequentur aduertentiam. Quare autem non debet esse facilis, causa est quia nisi diuina coactio per sanctum angelum vt maleficium diaboli abscedat concurrat, ita insensibilis in illis doloribus efficitur, vt membratim citius discerperetur quam aliquid veritatis fateri valeat. Nec <ea> propter<sup>a</sup> obmittendum, tum quia non |  
 210D equaliter omnes sunt huiusmodi maleficijs irretite, tum etiam quia diabolus sponte interdum non coactus <a><sup>b</sup> sancto angelo maleficam fateri crimina permittit. (Pro cuius intellectu ea que supra in secunda parte operis de modo prestandi homagium diabolo tacta sunt aduertenda.) Sunt nanque que sub certis annis prius diabolo militant, vt sex, octo aut decem annis, antequam sibi homagium prestant, scilicet in corpore et anima se eis deuouendo, vbi tamen alie a principio sibi profitendo fidei abnegationem etiam subito homagium prestant.

Cur autem diabolus hoc spacium temporis postulatum acceptat? Vtique ea de causa: vt illo intermedio maleficam experiatur an ore tantum et non corde fidem abnegando, simili modo etiam homagium sibi prestaret. Nam cum diabolus intima cordis non nisi per exteriora et coniecturaliter cognoscere habet, vt in prima parte operis sub difficultate an demones ad odium vel amorem mentes hominum immutare possunt,<sup>c</sup> plures etiam reperiantur que necessitate aliqua aut egestate  
 211A inducte per alias maleficas et sub spe confessionis et euasionis | a fide in toto vel in parte apostatant: tales vtique etiam non coactus a sancto angelo relinquit. Vnde et faciliter sua crimina fatentur, cum tamen alie que sicut ore imo et corde sibi adhererunt, pro viribus ab eo defendantur et indurantur ad taciturnitatis maleficium.

Et per hec patet solutio ad questionem, vnde prouenit quod certe malefice de facili fatentur, alie vero minime: quia vbi diuinitus diabolus non repellitur, adhuc tamen sponte illas relinquit, vt per temporalem confusionem et horribilem mortem ad desperationem inducat quos<sup>d</sup> corde allicere nunquam poterat. Patent hec etiam ex sacramentalibus earum confessionibus, in quibus asserunt se nunquam voluntarie adhesisse et plura maleficia coacte<sup>e</sup> a demonibus intulisse.

Est et alia differentia, quod cernuntur alique post fassionem criminum sibiipsis mortem intentare, vt laqueo vel suspendio vitam sibiipsis

<sup>a</sup> Ea propter is used repeatedly later (e.g., 221C, 225C, 226B)

<sup>b</sup> Cf. 211A

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: p̄t (=potest) in place of p̄nt

<sup>d</sup> Sc. quas

<sup>e</sup> Sc. -as

auferant, quod vtique inimicus ille operatur, ne per sacramentalem confessionem veniam a deo consequantur, et hoc precipue illis que non voluntarie sibi adhererunt, licet et alijs que sibi voluntarie adhererunt post criminum fassionem intentat, sed tunc cernitur quod diabolus coacte maleficam habuit relinquere. 211B

Concludamus<sup>a</sup> quod tantus vel etiam maior presupponitur labor ad questionandum pro dicenda veritate maleficam quantus ad exorcizandum a demone possessum: ideo iudex nec voluntarius nec facilis ad hec esse debet nisi, vt dictum est, in punitionem sanguinis. Sed et in hac causa faciat diligentiam, prout sequitur, primo ferendo sententiam.

QUESTIO QVINDECIMA DE MODO SENTENDIANDI  
DELATAM AD QUESTIONES, ET QUOMODO PRIMA DIE SIT  
QUESTIONANDA, ET AN POSSIT CONSERUATIONEM VITE  
COMPROMITTERE (ACTUS DECIMUS)

QUID DENIQUE SECUNDO LOCO iudex habet aduertere.<sup>b</sup> Stat post<sup>c</sup> actus in eo quod feret sententiam per modum qui sequitur.

“Nos<sup>212</sup> iudex et assessores, attendentes meritis (seu considerantes merita)<sup>d</sup> processus facti per nos contra te Talem Talis loci Talis diocesis, et diligenter omnibus<sup>e</sup> examinatis, inuenimus<sup>f</sup> quod tu es varius in tuis confessionibus, vtpote quia dicis tales minas protulisse, non autem eo nocendi animo, et tamen nihilominus sunt indicia varia que sunt sufficientia te ad exponendum questionibus et tormentis, ea propter vt veritas ab ore tuo proprio habeatur et vt deinceps aures iudicum non offendas: interloquendo declaramus, iudicamus et sententiamus die presenti et 211C

<sup>a</sup> Ed. prin.: concln-

<sup>b</sup> Ed. prin.: -ettere

<sup>c</sup> Without specifying how exactly, Snyder (1993) 253 suggests, on the basis of the adverbial numeral in following phrases (secundo, tertio, quarto stat actus in . . . : 211C, 212C, 212D), that the phrase here should be emended accordingly, presumably to primo. There is no paleographical reason why primo should be misread as post, the word order argues against this suggestion, and the initial procedure could well lack the numeral, since there is no preceding indication that a series of procedures will be laid out. Hence, post can be understood in an adverbial sense (e.g., 213D).

<sup>d</sup> The words seu . . . merita are an intrusion into Eym.'s original text (perhaps some sort of gloss?).

<sup>e</sup> et and omnibus are unnecessary additions to Eym.'s original text that were perhaps added in a vain attempt to repair the damage caused by the addition of words referred to in the preceding note.

<sup>f</sup> Another unnecessary addition to Eym.'s original text

<sup>212</sup> Start of Eym. (480 2D), which begins: Nos, N., miseratione diuina episcopus Talis ciuitatis, et frater N., in terris ditioni Talis domini subiectis, a sancta apostolica sede delegatus, attendentes meritis processus facti per nos contra te, Talem Talis loci, Talis diocesis, diligenter examinatis quod tu varius in tuis confessionibus, et sunt nihilominus indicia multa que sunt sufficientia ad te exponendum . . .

hora tali te supponendum questionibus et tormentis. Lata fuit sententia” etc.<sup>213</sup>

Secundo stat actus in eo quod, vt premissum est, adhuc non<sup>214</sup> sit voluntarius ad questionandum, sed carceribus ad penam mancipatus<sup>a</sup> et non iam ad custodiam tantum, vt prius, et adhibitis eius amicis vt penas subterfugiat et quod fortassis morti non tradetur, licet alias punietur, vbi veritatem fatetur, illis proponat et quod ad hoc ipsum delatum inducere velint hortatur. Nam meditatio frequens et carceris calamitas ac replicata informatio proborum virorum disponunt ad veritatem erudiendam,<sup>215, 216</sup> et a nobis expertum est quod per huiusmodi informationes malefice taliter confortate fuerunt vt in signum resistentie in terram spuentes quasi in faciem diaboli dicebant: “Exeas, maledicte diabole! Faciam quod iustum erit,” et consequenter crimina sua fatebantur.

Si<sup>217</sup> vero conuenienter delato expectato et tempore congruenter prorogato et multipliciter informato credat iudex<sup>218</sup> bona fide ipsum delatum negare veritatem, questionent eum moderate, vtpote sine sanguinis effusione, scientes quod questiones sunt fallaces, et sepius, vt tactum est,<sup>219</sup> inefficaces.<sup>220</sup>

Est autem modus incipiendi talis: vt dum ministri<sup>221</sup> se disponunt ad questionandum, post expolient eum, vel si est mulier, prius antequam ad carceres penosos ducetur, ab alijs mulieribus honestis et bone fame

<sup>a</sup> *Dangling participle*

<sup>213</sup> *End*

<sup>214</sup> *Start of adaptation of Eym. (481 1A):* Non sit tamen inquisitor multum voluntarius ad questionandum aliquem. Nam questiones et tormenta non inferuntur nisi in defectu aliarum probationem, et ideo perquirat alias probationes. Quod si non inuenerit, et tenet probabiliter quod delatus est culpabilis sed metu negat veritatem, bonis modis et quandoque cautelosis, et interdum adhibitis eius amicis inducentibus ad veritatem, faciat suam diligentiam, vt ab ore eius habeat veritatem. Et negotium non festinet. Nam meditatio frequens et carceris calamitas et replicata informatio proborum virorum disponunt ad veritatem eruendam.

<sup>215</sup> *For erudiendam Eym. has: eruendam (this recurs in 227D, but 228A has erudiendam)*

<sup>216</sup> *End*

<sup>217</sup> *Start of Eym. (481 1B), which begins:* Quod si delato conuenienter expectato . . .

<sup>218</sup> *For credat iudex Eym. has: credant episcopus et inquisitor*

<sup>219</sup> *sepius . . . est: not in Eym.*

<sup>220</sup> *End*

<sup>221</sup> *Start of adaptation of Eym. (481 2C–D):* Cum autem lata fuerit sententia, mox ministri se disponunt ad questionandum delatum, et cum disponunt se, episcopus et inquisitor per se et per alios bonos viros fidei zelatores inducant questionandum ad fatendam libere veritatem, quod si fateri noluerit, mandent ministris quod expolient eum, et illi statim obtemperant, non leti sed quasi turbati. Et expedire expolient eum, et dum spoliatur, inducatur fateri veritatem. Quod si renuerit, per aliquos probos viros trahatur ad partem spoliatus et inducatur, et inducendo informetur quod non tradetur morti sed iurabit ne de cetero reueratur ad delictum. Nam de certo, vt experientia pluries me docuit, multi faterentur veritatem nisi metu mortis terrentur, et si promittatur eis quod non tradetur morti, fatebuntur. Et audacitet episcopus et inquisitor promittant ei, quia possunt conuertere nisi ageretur de relapsu . . .

expolietur, ea de causa vt<sup>a</sup> si maleficium aliquod insutum esset vestimentis, prout sepe ex informatione demonum practicant ex membris pueri non baptisati, in finem vt pueri visione beatifica priuentur. Et dum instrumenta disponuntur, iudex per se et per alios bonos | viros fidei 212A zelatores inducant questionandum ad fatendum veritatem libere, et si fateri noluerit, mandet ministris quod ad cordas ligetur vel ad alia instrumenta applicetur, et ibi statim obtemperet, non leti sed quasi turbati. Post iterum soluatur ad petitionem aliquorum et ad partem trahatur et iterum inducatur et inducendo informetur quod non tradetur morti.<sup>222</sup>

Vbi queritur an hoc iudex super delatum infamatum et per testes et indicia facti legitime conuictum, cum nihil desit nisi vt ore proprio crimen fateatur, possit licite in conseruationem vite compromittere, cum tamen si crimen fateretur, vltimo supplicio puniatur, responderetur: a varijs varia sentiuntur.

Nam quidam ita sentiunt quod si delata est plurimum infamata et super indicia facti violenter suspecta, et quod<sup>b</sup> ipsa in magnum nocumentum sit tanquam aliarum maleficarum magistra, etiam tunc securari posset de vita sub his circumstanijs: vt perpetuis carceribus in pane et aqua adiudicaretur, dummodo alias maleficas sub certis et verissimis signis manifestaret, nec | tamen illa penitentia carceris, vt ponitur, ei 212B manifestanda esset, sed dumtaxat securitas vite promittenda. Et aliquali penitentia punianda per exilium vel alio modo punianda. Et sine dubio pro maleficis famosis et presertim que maleficis medicaminibus insistent et maleficiatos superstitiosis actibus curant, taliter seruande essent, vt aut maleficiatis subuenirent aut maleficas proderent. Nec tum eorum prodicioni staretur, eo quod diabolus mendax <est>,<sup>c</sup> nisi pariter et alia indicia facti cum testibus concurrerent.

Alijs videtur ad idem: in casu quo sic carceribus deputata, esset ad tempus promissio seruanda et post spacium temporis incineranda.

Tercij sunt qui dicunt iudicem secure posse in conseruationem vite compromittere, ita tamen quod exposit a sententia ferenda se exoneraret et in suum locum alium substitueret.

Inter quos modos primus, licet videretur vtilis propter maleficiatorum curationem, tamen quia non est licitum maleficia per maleficia seu illicita opera tollere, licet, vt in questione prima et introductoria huius

<sup>a</sup> This *ut*-clause lacks a verb.

<sup>b</sup> Grammatically unnecessary

<sup>c</sup> Ed. *prin.*: mēdaxi

<sup>222</sup> End

212C tercię partis | patuit, plurimorum opinio sit quod licitum sit maleficia per opera vana et superstitiosa tollere, sed quia<sup>223</sup> in his magis docet iudices experientia atque vsus et negociorum varietas quam ars alicuius seu doctrina,<sup>224</sup> ideo relinquitur hoc iudicibus. Certum<sup>225</sup> est autem, vt experientia pluries docuit, multi faterentur veritatem nisi quod metu<sup>a</sup> mortis retrahuntur.<sup>226</sup>

Tercio stat actus in isto quod<sup>227</sup> si nec minis nec talibus promissis fateri voluerit veritatem, tunc ministri sententiam latam exequantur, et questionetur consuetis modis et non nouis nec exquisitis, leuius vel fortius secundum quod crimen exigit delinquentis. Et dum questionatur, de certis articulis super quibus questionatur interrogetur, et hoc sepe et frequenter a leuioribus incipiendo, quia citius concedet leuia quam grauiora.

Et dum hec fiunt, notarius totum scribat in processu, et quomodo questionatur, et de quibus interrogatur, et quomodo respondetur.<sup>228</sup>

212D Et nota quod si fatetur per tormenta, ducatur postea ad alium locum, vt denuo recognoscat et quod non tantummodo vi tormentorum cognouerit.

Quarto stat actus in isto quod<sup>229</sup> si questionatus decenter noluerit fateri veritatem, ponantur alia tormentorum genera coram eo dicendo quod oporteat eum sustinere nisi fateatur veritatem. Quod si nec sic poterit ad terrorem vel etiam ad veritatem induci, tunc pro secunda aut tercia die questionandi<sup>b</sup> – ad continuandum tormenta, non ad

<sup>a</sup> *Ed. prin.:* -o

<sup>b</sup> *Ed. prin.:* -a

<sup>223</sup> *Start of adaptation of Eym. (481 2B):* Et poterunt iudices multas cautelas licitas adhibere et in verbis et in factis, vt veritas habeatur, quas magis docebit experientia atque vsus et negotiorum varietas quam ars alicuius seu doctrina.

<sup>224</sup> *End*

<sup>225</sup> *Start of adaptation of Eym. (481 1D):* Nam pro certo, vt experientia pluries me docuit, multi faterentur veritatem nisi metu mortis terrentur, et si promittantur eis quod non tradentur morti, fatebuntur.

<sup>226</sup> *Pause (Eym. continues:* et audacter episcopus et inquisitor promittant ei quia possunt cum veritate nisi ageretur de relapsu, et tunc non est promittendum)

<sup>227</sup> *Resume*

<sup>228</sup> *Pause*

<sup>229</sup> *Resume as adaptation:* Quod si questionatus decenter noluerit faceteri veritatem, ponantur alia tormentorum genera coram eo dicendo quod oporteat eum transire per omnia nisi prodat veritatem. Quod si nec sic, poterit ad terrorem vel etiam ad veritatem secunda dies vel tercia assignari, ad continuandum tormenta, non ad iterandum, quia iterari non debent nisi nouis superuenientibus indicijs contra eum, quia tunc possunt, sed continuari non prohibentur. Dicitur ergo sic: "Nos, N., episcopus et inquisitor prefati, assignamus tibi, tali, diem talem ad questiones continuandum, vt a tuo ore proprio veritas eruatur." Et totum ponatur in procesu a notari. Et infra tempus eidem assignatum et per se et per alios probos viros inducent eum ad fatendum veritatem.

iterandum, quia iterari non debent nisi noua superuenissent indicia – feretur coram eo sententia in modum qui sequitur. “Et nos prefati iudex (vt supra) assignamus tibi, Tali, diem talem ad questiones continuandum, vt a tuo ore proprio veritas oriatur.” Et totum ponatur in processu a notario.

Et infra illud tempus assignatum iudex per se aut per alios probos viros inducent<sup>a</sup> eum ad fatendum veritatem<sup>230</sup> modo premisso cum securitate vite, si ita videbitur expedire. Aduertat etiam iudex vt infra illud tempus continue apud eam sint custodes, vt videlicet sola non relinquatur, quia a demone frequentabitur, vt sibijsi mortem inferat si et in quantum diabolus | ipsam deserere intendit aut ad deserendum ipsam diuinitus 213A arceatur. Hoc ipsum enim diabolus melius noscere potest quam aliquis scriptis reserare.

QUESTIO QUINTADECIMA SUPER TORMENTA  
CONTINUANDA ET DE CAUTELIS ET SIGNIS QUIBUS  
COGNOSCERE POTEST IUDEX MALEFICAM, ET QUOMODO  
SE AB EARUM MALEFICIJS DEBET PREMUNIRE,  
ET QUOMODO SINT ABRANDENDE, ET VBI SUA  
HABENT MALEFICIA ABSCONDITA, CUM  
DECLARATIONIBUS VARIJS AD OBUIANDUM MALEFICIO  
TACITURNITATIS, ET EST ACTUS XI

QUID<sup>b</sup> AUTEM CONSEQUENTER RESTAT iudici super tormenta continuanda? Est aduertendum primo quod sicut<sup>231</sup> non omnium morborum est eadem medicina, sed potius diuersorum et singulorum sunt diuerse et singulares medicine, sic nec ad omnes hereticos seu de heresi delatos idem modus interrogandi, inquirendi et examinandi quo ad articulos est seruandus, sed secundum veritatem sectarum et personarum<sup>232</sup> varius et diuersus modus examinandi: idcirco ipse<sup>233</sup> prudens iudex, vt | medicus qui putrida membra et scabiosas oues resecaere et 213B sequestrare ab innoxijs nititur, iam esimare potest delatam maleficio taciturnitatis infectam,<sup>234</sup> quam taciturnitatem euellere non potest vna

<sup>a</sup> Sc. -et (clumsy adaptation)

<sup>b</sup> The initial (hand-written) was written erroneously as an “S” in the copy used for Schnyder’s facsimile.

<sup>230</sup> End

<sup>231</sup> Start of Eym. (428 2B)

<sup>232</sup> Eym.: ac personarum et errorum

<sup>233</sup> End

<sup>234</sup> In an omitted section of Eym. (428 2C) this comparison appears simply as: vt prudens medicus animarum.

et infallibilis depingi regula siue modus,<sup>235</sup> imo etiam dare non esset tutum, eo quod cum illum modum consequenter assuetum ac regulam generalem, dum tenebrarum filij preuiderent, ipsum tanquam laqueum sue perditionis facilius euitarent, seu etiam precauerent. Curet<sup>236</sup> igitur prudens ac industrius iudex occasionem et modum interrogandi accipere siue ex testium responsis seu attestationibus siue ex his que alias experientia eum docuit siue ex his que proprij ingenij acumen aperit,<sup>237</sup> subscriptis cautelis vtendo.

Nam si inuestigare affectat an maleficio taciturnitatis sit inuoluta, aduertat an lachrymare coram eo stando queat aut tormentis exponendo. Hoc ipsum enim pro certissimo signo ex fidedignorum antiqua relatione ac propria experientia docente adeo repertum est, quod etiam si  
 213C ad lachrymandum coniurationibus hortetur et compellatur, si malefica existit, hoc ipsum, scilicet lachrymas emittere, non potest. Dabit quidem flebiles voces et ex sputo genas et oculos linire ac si fleret attentabit, super quo a circumstantibus caute aduertendum erit.

Modus autem coniurandi ad lachrymas veras, si innoxia fuerit, et cohibere lachrymas falsas talis vel consilimis in sententia practicari potest a iudice seu presbitero: manum super caput delati seu delate ponendo, “Coniuro te per amorosas lachrymas a nostro saluatore domino Jesu Christo in cruce pro salute mundi effusas ac per ardentissimas lachrymas ipsius gloriosissime virginis Marie, matris eius, super vulnera ipsius hora vesperina sparas et per omnes lachrymas quas hic in mundo omnes sancti et electi dei effuderunt et a quorum oculis iam omnem lachrymam abstersit, vt, inquantum sis innoxia, lachrymas effundas; si nocens, nullo modo. In nomine patris et filij et spiritussancti. + Amen.”

Experientia docuit: quanto amplius coniurabantur, tanto minus flere poterant, cum tamen vehementer se ad fletum stimulabant et genas sputo  
 213D humectabant. | Possibile tamen vt post in absentia iudicis et extra locum et tempus torture coram custodibus flere valeant.

Quod si causa impediendi fletus in maleficis queritur, potest dici quod quia gratia lachrymarum in penitentibus precipuis donis ascribitur, cum celum penetrare et inuincibilem vincere humilis lachryma

<sup>235</sup> *In the omitted passage on the varying methods of investigating different sorts of heretics, Eym. has:* Non enim potest super istis vna et infallibilis depingi inquirendi regula siue modus.

<sup>236</sup> *Start of adaptation of Eym. (428 2D–E):* Curet ergo prudens et industrius inquisitor occasionem et modum accipere inquirendi hereticos et delatos, siue ex accusantium vel denuntiantium dictis siue ex testium responsis siue ex his que experientia docuit siue ex his que proprij ingenij acumen aperuit.

<sup>237</sup> *End*

a Bernardo asseritur,<sup>a</sup> nulli dubium quin et inimico salutis plurimum displicere noscitur, vnde et summis conatibus illas impedire nemo ambigat vt finalis impenitentia potius introducat.

Sed quid si astitucia diaboli deo permittente etiam maleficam flere contingeret, cum flere, nere et decipere etiam proprium mulierum esse dicatur? Responderi potest: cum occulta sint dei iudicia, si alias non posset conuinci per legitimos testes super aliqua indicia facti, nec etiam suspecta esset grauiter aut violenter, vtique esset absoluenda, et pro leui suspitione in qua staret propter infamiam quam testes deposuerunt haberet heresim maleficarum abiurare, vt in secundo modo sentiendiandi discutietur.

Secunda cautela non solum post hanc primam obseruanda, verum |<sup>214A</sup> etiam omni tempore iudici et omnibus assessoribus aduertenda: quod non permittant se ab ea tangi corporaliter, presertim super nudam iuncturam manuum et brachiorum, sed omnino secum deferant sal exorcizatum in die dominico, palmam et herbas benedictas. He enim res insimul cum cera benedicta inuoluta et in collo deportata, vt supra in secunda parte operis de remedijs contra maleficiales infirmitates et defectus patuit, miram habent efficaciam preseruandi non solum ex maleficarum testimonijs verum etiam ex vsu et consuetudine ecclesie, que in hunc finem huiusmodi exorcizat et benedicit, vt patet in earum exorcismis, cum dicitur ad affugendam omnem potestatem inimici etc.

Et non videatur extraneum de tactu iuncturarum seu membrorum, quia diuina permissione interdum per tactum, aliquando per visum aut per auditum verborum ab eis prolatorum maleficari operatione demonum possunt, precipue eo in tempore vbi questionibus exponuntur. Experientia nos edocente nouimus quasdam in castris detentas que nil aliud a castellanis instantissimis precibus flagitabant nisi vt in aduentu iudicis aut alterius presidentis eis concederetur vt primum intuitum visus |<sup>214B</sup> in ipsum iudicem dirigere possent, antequam ab eo vel alijs essent vise, ex quo intuitu etiam sortite quod talis iudex aut alij sui assessores ita alienati in eorum cordibus fuerunt quod omnem si quam habuerant indignationem ammisserunt, nec ipsas molestare quoquo modo presumebant, sed libere abire permiserunt. Qui scit et expertus est verum dat testimonium, et vtinam talia procurare non possent! Non peruipendant iudices talia auisamenta et remedia, cum vilipensio talium post tanta auisamenta in eternam eis cedet damnationem iuxta saluatoris dictum: "Si non inuenissem"<sup>238</sup> et locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Nunc

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -tnr

<sup>238</sup> *Vulgate John 15:22*: ven-

autem excusationem non habent pro peccato.” Muniat ergo se premissis ex ecclesie institutione.

Et si commode fieri potest ipsa a tergo dorsum vertendo ad iudicem et assessores introducat, et non solum in presenti actu verum in omnibus precedentibus et sequentibus: signo crucis se muniendo<sup>a</sup> et viriliter aggre-  
214C diendo<sup>b</sup> frangentur cum dei adiutorio vires antiqui | serpentis. Nec quis estimat<sup>c</sup> superstitiosum vt a tergo introducat, cum, vt sepe tactum est, canoniste ad tollendum et impediendum maleficia maiora concedunt et vana vanis contundere semper dicant esse licitum.

Tercia cautela in presenti actu vndecimo obseruanda, vt pili ex omni parte corporis abradantur, et est eadem ratio, sicut supra de vestimentis exuendis. Habent enim interdum pro maleficio taciturnitatis aliquas superstitiosas alligaturas quarundam rerum siue in vestimentis siue in pilis corporis et interdum in locis secretissimis non nominandis.

Quod si obijceretur: nunquid diabolus absque huiusmodi ligaturis rerum posset mentem malefice indurare vt crimina non valeat fateri, sicut et alij scelerosi sepius inueniuntur sub quibuscunque maximis tormentis, quantumcunque per indicia facti aut per testes sint conuicti?, responderetur: vtique verum esse quod absque rebus quibuscunque demon valeat talem taciturnitatem procurare, illis tamen rebus vtitur in animarum perditionem et offensam maiorem diuine maiestatis.

214D Quod vt clarius | pateat, malefica quedam in oppido Hagenowie, de qua et supra in secunda parte operis tactum est, tale maleficium taciturnitatis procurare sciebat. Vt masculus recenter natus et non baptisatus et cum hoc primogenitus interemptus et in fornace assatus et cum alijs rebus quas exprimere non expedit incineratus et puluerisatus: si qua malefica aut flagiciosus ex his quicquam secum deferret, nullo modo sua crimina fateri posset. Hic clarum est quod si centum milia pueri adhiberentur, ex naturali inclinatione nunquam talem effectum<sup>d</sup> taciturnitatis causare possent, vtitur tamen, vt cuique intelligenti patet, in animarum perditionem et diuine maiestatis offensionem.

Sed et hoc quod allegatur quod sepe flagiciosi homines et non malefici talem penes se taciturnitatem retinent: dicendum est quod talis taciturnitas triplici ex causa prouenire potest: primo ex naturali quodammodo duricia mentis, quia sicut aliqui sunt <ita><sup>e</sup> molles corde seu vecordes, quod ad leuem torturam omnia concederent, etiam quecunque

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: mnu-

<sup>b</sup> *This and the preceding gerund are dangling.*

<sup>c</sup> *Sc.-et (cf. 203D)*

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: -crū

<sup>e</sup> *Cf. ita duri a few words down and in 228A*

falsa, ita aliqui sunt ita duri quod quantumcunque vexentur, veritas |<sup>215A</sup>  
 ab eis non habetur, et precipue illi qui alias fuerunt questionati, quo-  
 rum brachia cito sicut trahuntur, ita et flectuntur; secundo provenit ex  
 maleficio penes se retento, prout dictum est, siue in vestimentis seu in  
 pilis corporis; tercio quod interdum licet penes se non habeant maleficia  
 insuta aut allegata, maleficiuntur tamen ab alijs maleficis quantumcunque  
 remotis, prout malefica quedam in Ijßbruck se iactare solebat quod vbi  
 adminus filum ex vestimentis alicuius detenti haberet, tantum efficere  
 posset quod quantumcunque tormentaretur, etiam vsque ad mortem,  
 nihil fateri posset. Quare patet responsio ad obiectionem.

Sed quid in diocesi Ratisbonensi casus contigisse asseritur? Quod  
 dum quidam heretici ex propria confessione deuicti non solum vt impen-  
 itentes imo vt defensores illius perfidei morti fuissent adiudicati, accidit  
 vt illesi in igne remanerent: tandem per aliam sententiam ad submer-  
 sionem adiudicati nihil proficere potuerunt, stupentibus omnibus, et  
 fidem ipsorum vt iustam defendere dum quidam conabantur,<sup>a</sup> sollicitus  
 presul super gregem triduanum ieiunium indixit. Quo deuote expleto <sup>215B</sup>  
 cuidam notificatur quod in certo loco corporis, videlicet sub brachio  
 vno, maleficium quoddam inter pellem et carnem insutum haberent,  
 quo reperto et ammoto continuo incendio consumpti fuerunt, licet ab  
 alijs opinatur quod quidam nigromanticus ex demonis consultatione qui  
 sibi hoc indicauerat prodidisset. Sed quocunque modo factum fuerit,  
 verisimile est quod diuina virtute demon coactus, dum semper ad sub-  
 uersionem fidei machinatur, hoc manifestauerit.

A simili, vbi talis iudici accideret casus, quid faciendum foret elicere  
 potest, si videlicet ad diuinum recurreret<sup>b</sup> presidium: vt ieiunijs et  
 orationibus deuotarum personarum hoc genus demoniorum a maleficis  
 expellatur in casu quo nec per mutationem indumentorum aut tonsuram  
 pilorum ad veritatem fatendam sub tortura induci valeant.

Et licet in Alemanie partibus talis abrasura, presertim circa loca se-  
 creta, plurimum censetur inhonesta, qua de causa nec nos inquisitores vsi  
 sumus, sed tonsis capillis capitis cum calice aut cippo aque benedicte gut-  
 tulam cere benedicte immitendo et |<sup>215C</sup> sub inuocatione sanctissime trinitatis  
 ieiuno stomacho trinies in potum ministrando per dei gratiam a plerisque  
 taciturnitatis maleficium abstulimus, tamen in alijs regnis inquisitores  
 talem per totum corpus abrasuram fieri mandant, vnde et cumanus  
 inquisitor nobis insinuauit quod anno elapso, qui fuit mccccxxxv, xl  
 et vnam maleficas<sup>c</sup> incinerari mandasset, omnibus per totum corpus

<sup>a</sup> Ed. prin.: cono-

<sup>b</sup> Ed. prin.: -ere

<sup>c</sup> Ed. prin.: malefesi-

abrasis, et hoc in districtu et comitatu Burbie (vulgariter Wurmßer Bad) in confinibus dominij archiducis Austrie versus Mediolanum.

Quod si queritur an tempore necessitatis quo nullis remedijs congruis maleficium ammoueri, vt premissum est, <posset>, licitum foret diuinatrices, que etiam maleficia curare et tollere solent, pro ammotione talis maleficij consulere, respondetur: quicquid sit de negotio Ratisbone peracto, exhortamur in domino vt in nullo casu quantumcunque necessario pro republica diuinatrices consulerentur, et hoc propter magnam offensam diuine maiestatis, cum tot alia sint nobis remedia concessa per que omnino assequi poterimus aut in propria petiti forma aut in equiualenti, ita quod omnino veritas experietur vel ab eius ore vt incinerari valeat vel deus auferet ipsam de medio, aliam mortem super eam permittendo.

Hec autem <a> nobis remedia proponuntur, vt primo<sup>239</sup> faciat homo id quod potest ex propria industria et ex propria virium suarum exercitatione, modis supra tactis insistendo pluries et presertim certis diebus, vt iam in sequenti questione patebit (*ij Corinthiorum ix*: “Abundetis in omne opus bonum”); secundo, quod si deficit, recursum habeat pro consilio ad alios homines, qui forte sibi remedium de quo nunquam cogitauerat impertirentur,<sup>a</sup> eo quod varij sunt modi ad maleficia tollenda; tercio, si predicta deficiunt, habeat recursum ad deuotas personas iuxta illud (*Ecclesiastici xxxvij*): “Cum viro sancto assiduus esto quemcunque agnoueris obseruantem timorem dei”; item, vt sancti in patria inuocentur per eos. Que si omnia defecerint, recursum habeat immediate ad deum iudex et omnis populus ieiunijs et orationibus vt tale maleficium sua pietate ammoueat, sicut Josaphat (*ij Paralipomenon xx*:

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -etur

<sup>239</sup> *Start of adaptation of Nider, Praec. 1.9 (E)*: Quo ad tertium dubitatur que sunt remedia licita homini pro adeptione bonorum quorumcunque et pro euitandis malis quibuscunque: respondetur quinque. Primo faciat homo id quod potest ex propria industria, ex propria potentia et virium suarum exercitatione, quod apostolus (*ij Cor. ix*), dicens: “Abundetis in omne opus bonum.” Secundo homo recursum habeat pro consilio ad alios homines qui sint in hoc prudentiores, et super hoc imploret auxilium potentioris, vt cum perito in arte medicandi, si est infirmitas naturalis. Ideo *Ecclesiasticus xxxvij*: “Honora medicum propter necessitatem. Etenim eum creauit altissimus” et cet. A deo enim est omnis medela. Tertio se commendet precibus iustorum huius vite. Vnde *Ecclesiastici xxxvij*: “Cum viro sancto assiduus esto quemcunque agnoueris obseruantem timorem dei, cuius anima est secundum animam tuam.” Quarto deuote inuocet sanctos patrie, de quo *Iob v* dicitur: “Voca si est qui tibi respondeat,” et ad aliquem sanctorum peruertere. Quinto ad deum immediate pro adiutorio recurat humiliter, sicut in veteri testamento sancta virgo Sara fecit (*Thob. iij*), que ait: “Hoc pro certo habet omnis qui colit te, quia vita eius si in probatione fuerit, coronabitur, si autem in tribulatione fuerit, liberabitur, et si in correptione fuerit, ad miseriam tuam peruenire licebit.” Et Josaphat rex Iuda in tribulatione inimicorum existens (*ij Paral. xx*) ait: “Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.”

"Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus | residui, <sup>216A</sup> vt oculos nostros dirigamus ad te"),<sup>240</sup> et sine dubio deus in necessarijs nostris non deficiet. Vnde<sup>241</sup> et Augustinus (et habetur xxvi, q. vij, "Non obseruabitis"): "Qui has et quascunque diuinationes aut fata aut auguria obseruat aut attendit aut consentit obseruantibus aut talibus credit," scilicet opere prosequendo,<sup>242</sup> "aut ad domum earum vadit aut in domum suam introducit aut interrogat, sciat se fidem christianam et baptismum preuaricasse, et paganum et apostatam et dei inimicum iram dei in eternum grauiter incurrere nisi ecclesiastica penitentia emendatus deo reconcilietur."<sup>243</sup> Non deficiat ergo iudex semper licitis vtendo iuxta premissa remedijs et finaliter<sup>a</sup> subscriptis cautelis.

QUESTIO SEDECIMA: DE TEMPORE ET DE SECUNDO MODO  
INTERROGANDI, ET EST ACTUS XIJ, SUPER FINALES  
CAUTELAS A IUDICE OBSERVANDAS

SUPER<sup>b</sup> PREMISSA SUNT ALIQUA aduertenda: primo quod sacra-  
toribus diebus et infra missarum solennia sunt interrogande, ita vt et <sup>216B</sup>  
populus adhortetur ad implorandum diuinum auxilium in generali, nihil  
specificando nisi vt contra quascunque demonum infestationes sancti  
inuocentur; secundo ea que supra tacta de sale et alijs rebus benedictis  
cum septem verbis que Christus protulit in cruce in cedula conscrip-  
tis et insimul colligatis: collo eius alligentur, longitudo Christi super  
nudum corpus ex cera benedicta circumcingatur, si quidem longitudo  
ipsa commode haberi potest: experientia docuit miro modo his rebus  
ipsas molestari vixque retinere, precipue autem reliquias sanctorum.

His sic dispositis et aqua benedicta in potum porrecta, disponatur  
iterum ad questiones, continue exhortando<sup>c</sup> vt prius. Dum autem a terra  
eleuatur, si per talem modum tormentatur, iudex<sup>244</sup> legat vel legi faciat

<sup>a</sup> Sc. finalibus (cf. the immediately following title)

<sup>b</sup> The initial (hand-written) capital was written erroneously as an "N" in the copy used for Schryder's facsimile.

<sup>c</sup> Dangling gerund

<sup>240</sup> End

<sup>241</sup> Start of *Nider*, Praec. 1.9 (C), which begins: Item beatus Augustinus dicit, et habetur xxvi q. vij

"Non obseruabitis," vbi enumeratis multis superstitionibus sic concludit: "Qui has et ..."

<sup>242</sup> This clause not in *Nider*

<sup>243</sup> End

<sup>244</sup> Start of adaptation of *Eym.* 433 2E-434 1A: Tertia cautela inquisitoris est vt si videat inquisitor hereticum siue delatum nolle detergere errorem suum et stare in negatiua, et scit ipsum per testes conuictum, inquisitor legat vel legi faciat sibi dicta testium suppressis nominibus, taliter quod cognoscat se conuictum per testes. Et non intelligat qui sunt deponentes. vbi periculum deponentibus possit imminere: alias explicare potest et facie ad faciem adfrontare, vt sic rubore et verecundia veritatem fateatur...

216C dicta testium submissis nominibus, taliter dicendo: “Ecce, per testes coniucta es.” Jtem si testes vellent se facie ad faciem adfrontare, | tunc iudex interrogaret an fateri vellet si testes sibi in faciem presentarentur, vbi si annueret, tunc inducendi testes essent et coram ea<sup>a</sup> statuendi, si forte rubore seu verecundia quicquam fateretur.<sup>245</sup> Vltimo si videat ipsam non velle detegere flagicia sua, interrogabit an pro sua innocentia iudicium candentis ferri vellet subire, et quia illud omnes affectant, scientes quod per demones a lesione preseruantur, vnde etiam quod vere malefice existant cognoscuntur, replicabit iudex qua temeritate se tantis periculis submittere possit, et omnia conscribantur. Sed quod illud candentis ferri iudicium non sit eis concedendum, inferius patebit.

Aduertat etiam iudex quod sextis ferijs, precipue vsque dum sit compulsus pro expiratione nostri saluatoris, interrogate sepe fasse fuerunt.

216D Sed quia super extremum<sup>b</sup> nos procedere oportet, videlicet super omnimodam eius negatiuam, in qua si perstiterit, iudex relaxabit eam, et sequentibus adhuc vtatur cautelis, educendo eam de carcere penoso ad alium, pro custodia tamen bene munitum, ita tamen quod sibi omnino caueat quod nullo<sup>246</sup> modo tradatur cautionibus seu fideiussionibus nec alias manulento<sup>c</sup> decreto, quia a talibus manulente<sup>d</sup> datis veritas nunquam haberetur, imo semper peiores efficiuntur.

Sed hoc primo procuret quod humaniter in cibo et potu tractetur, et interim intrent honesti et non suspecti qui etiam frequenter de diuersis impertinentibus<sup>e</sup> ei colloquantur, et tandem vt confidenter consulant

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: eo

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -mu

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -a

<sup>d</sup> *Cf.* 203A

<sup>e</sup> *Ed. prin.*: in per-

<sup>245</sup> *End*

<sup>246</sup> *Start of adaptation of Eym. 434 2A–2F*: Septima cautela inquisitoris est vt si videat hereticum nullatenus velle prodere veritatem, nullo modo tradat eum canonibus [*error for cautionibus?*] nec fideiussionibus nec alias manuleute. Nam de cetero a talibus manuleute datis veritas non habetur, immo tunc peiores efficiuntur et malignantur et procurant multa propter que inquisitoris officium atque iudicium retardantur. Octaua cautela inquisitoris est vt si videat hereticum in negatiua taliter perseuerantem, blandis sermonibus eum alloquatur quo ad cibum et potum, tractet eum humaniter et procuret quod aliqui probi viri nullatenus de fide suspecti ad eundem intrent et frequenter et de diuersis et impertinentibus eidem loquantur et tandem persuadeant vt confideat de illis et consulant sibi quod fateatur veritatem, promittendo quod inquisitor faciet sibi gratiam. Et ponent se quasi mediatores. Et inquisitor intrabit ad finem cum eis et promittet sibi facere gratiam, et faciat. Nam totum est gratiosum quod fit pro conuersione hereticorum, et penitentie sunt gratie et medele. Et vbi delatus petat gratiam et quod detegerit errorem suum, dicatur sibi quod amplius fieri sibi quam ipse petat et quedam verba generalia, taliter vt veritas habeatur et hereticus conuersatur et fiat verbi gratia quod ad misericordiam admittatur.

quod fateatur veritatem, promittendo quod iudex sibi faciet gratiam, et quod velint esse tanquam mediatores. Et in finem huius intrabit iudex et promittet facere gratiam, subintelligendo vel sibi aut reipublice in cuius conseruationem totum quod fit est gratiosum.

Si vero sibi ad vitam promitteret, que supra questione quartadecima super tres modos tacta sunt, scribantur singula a notario et sub qua forma verborum ac intentione sit gratia promissa, et si quidem delata sic gratiam petierit et facta detexerit, dicantur verba generalia, quod amplius fiet sibi quam petierit, in finem vt ampliori confidentia loquatur.<sup>247</sup> 217A

Secunda cautela in hoc actu, quod si omnino noluerit detegere veritatem, habeat iudex, vt supra tactum de eius complicitibus sine ipsius scitu examinatis, et si quid huiusmodi deposuissent per que conuinci posset, hec iudex proponat et diligenter de singulis inuestiget.<sup>248</sup> Et ad idem si qua instrumenta vel vnguenta et pixides in domo fuissent reperta, sibi offerantur, et ad que vsa fuerit, etc.

Tercia<sup>249</sup> cautela: si adhuc perseuerat in sua pertinacia et habeat con-sodales examinatas que contra et non pro ea deposuissent, vel si non habet, procuret alium fidedignum quem nouit detente non ingratum sed tanquam amicum et fautorem, qui quodam sero intrat ad maleficam, prorahendo locutiones, et tandem, si quidem non est de complicitibus, fingat nimis esse tarde pro recessu et remaneat in carcere cum eadem, et de nocte pariter colloquantur. Si vero de complicitibus, tunc edentes et bibentes mutuo etiam conferunt de rebus | commissis. Et tunc sit 217B  
ordinatum quod stent extra carcerem in loco congruo explorantes eos auscultantes et verba colligentes, et si opus fuerit, scriptor sit cum eisdem.

Quarta cautela vt si tunc incipiet dicere veritatem, nullo modo dimi-diet iudex recipere eius confessionem, etiam media nocte, sed continuet

<sup>247</sup> *Pause (resumed after next paragraph)*

<sup>248</sup> *Cf. Eym. 434 1A–B: Quarta cautela inquisitoris est vt si videat inquisitoris hereticum vel delatum nolle detegere veritatem et scit eum per testes non esse conuictum et secundum indicia videtur eidem esse verum quod deponitur contra eum, quod quando negat hoc vel hoc, quod inquisitor accipiat processum et reuoluat eum. Et post dicat: En, clarum est quod non dicis verum... [Eym. then goes on to show how the inquisitor can trap the heretic on the basis of the depositions.]*

<sup>249</sup> *Resume (434 2C): Nona cautela inquisitoris est vt si videat hereticum nullatenus velle prodere veritatem, habeat inquisitor vnum de complicitibus suis seu alium bene ad fidem conuersum et de quo inquisitor bene confidere possit, illi capto non ingratum, et permittat illum intrare et faciat quod ille loquatur sibi, et si opus fuerit, fingat se de secta sua adhuc esse sed metu abiurasse vel veritatem inquisitori prodidisse. Et cum hereticus captus confiderit in eo, intret quodam sero ad hereticum illum captum, prorahendo locutiones cum eodem, et tandem fingat nimis esse tarde pro recessu et remaneat in carcere cum eodem, et de nocte pariter colloquantur, vt dicant sibi mutuo que commiserunt, illo qui superintrauit inducente ad hoc captum. Et tunc sit ordinatum quod stent extra carcerem in loco congruo explorantes eos, auscultantes et verba colligentes, et si opus fuerit, notarius cum eisdem.*

quantum potest, et si in die, non curet si proroget prandium vel cenam, sed instet quoadusque dixerit veritatem, saltem quo ad principalia. Nam per dimidiationes et interruptiones frequentius est repertum quod redeunt ad vomitum et non aperiunt veritatem quam detegere inceperant, habito consilio deteriori.<sup>250</sup>

Et aduertat iudex quod post confessionem nocumentorum hominibus aut iumentis illatorum inquirat quot annis incubum demonem habuerit, et a quanto tempore fidem abnegauerit, quia sicut de his nunquam fatentur nisi prius alia fuerint fassae, ita etiam omnino in fine sunt interrogande.

217C Quinta cautela: si predicta omnia deficerent, tunc si fieri potest, ducatur ad aliquod castrum et ibi certis diebus custodie mancipata: fingat se catellanus ad partes longinquas peregrinaturum<sup>251</sup> et interim familiares aliqui vel etiam mulieres honeste eam visitantes promittant ei quod velint eam omnino dimittere libere abire, dummodo informet eos vel eas de certis experimentis. Et aduertat iudex quod sepiissime per talem modum fassae fuerunt et conuicte.

Et nouissime in diocesi Argentinensi prope oppidum Sletstat et castro Kynnigßheim malefica detenta nullis tormentis et questionibus induci poterat ad fatendum sua crimina: tandem modo supradicto de castellano seruato, licet presens erat in castro, ipsum tamen malefica estimabat abesse. Tres familiares intrabant et ei liberam relaxationem promiserunt, dummodo super certa experimenta eos informaret. Et licet prima fronte rennueret et quod dolose cum ea agerent proponeret, tandem interrogans de quibus informari vellent, vnus dixit super grandinem excidandum, 217D alter super carnalia facta: tandem vbi super grandinem illum informare volebat et scutella aqua plena apportata malefica sibi iniunxisset vt digito paululum aquam moueret, et ipsa certa verba protulisset, subito ad locum quem explorator nominauerat, scilicet siluam adiacentem castro, tanta tempestas et grandio repleuit sicut a multis annis visum non fuerat.

In casu tamen quo omnia deficerent vel etiam in casu quo crimina fateretur, quid vltterius iudici per sententiam faciendum sit, vt totus processus finiatur,<sup>a</sup> in quo vltima pars huius operis terminatur, restat declarare.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -eatur

<sup>250</sup> *End*

<sup>251</sup> *Cf. Eym. 434 1C*: Quinta cautela inquisitoris est vt si videat sic hereticum in negatiua perseuerantem, fingat se longius debere ire, et dicat sibi . . . [*Eym. instructs the inquisitor to express his feigned sorrow that he has to leave the prisoner in an unhealthy cell while he is supposedly away on pressing (but non-existent) business. The point is to get the accused to confess to avoid this fate.*]

SEQUITUR TERCIA PARS HUIUS VLTIME PARTIS OPERIS:  
 QUALITER PROCESSUS ISTE FIDEI SIT DEBITO FINE PER  
 SENTENTIAM DIFFINITIUM TERMINANDUS

PER DEI GRATIAM HIS expeditis que ad cognitionem proprietatum super heresim maleficarum deseruiunt, simul etiam qualiter processus fidei aduersus illam sit iniciandus et continuandus, restat nunc discutere qualiter talis processus per debitam sententiam sit congruo fine terminandus.

Vbi primo notandum quod cum heresis hec, vt in principio huius <sup>218A</sup> vltime partis tactum est, pre alijs heresibus simplicibus hoc habeat quod non est pura sed mixta crimine ecclesiastico et ciuili, vt de se patet, ideo de modis sentiendi tractando, primo tractandum est de quadam sententia ad quam malefice solent appellare, de qua secularis iudex per se irrequisito ordinario agit; secundo de his in quibus sine ordinario agere non potest; et sic tercio quomodo ordinarij se exonerare possunt patebit.

QUESTIO DECIMASEPTIMA: SUPER PURGATIONEM  
 VULGAREM ET PRECIPUE SUPER EXAMEN CANDENTIS  
 FERRI AD QUOD MALEFICE APPELLANT

AN<sup>a</sup> AUTEM MALEFICA VULGARI purgatione, de qua ij q. iij "Consuluisti" et c. "Monomachiam," sit super reatum tentatiue purganda et per iudicem secularem ad hoc astringenda vel admittenda ad iudicium candentis ferri si ad hoc appellat.

Et videtur quod sic. Nam sicut duellum ad conseruationem vite proprie in causa criminali vel rerum suarum in causa ciuili ordinatur, ita et iudicium candentis ferri per tactum vel aque | bullientis per potum, <sup>218B</sup> sed primum licitum est in aliquo casu iuxta sanctum Thomam *Secunda Secunde* (q. xcv in fine vltimi articuli), vbi dicit quod tunc duellum potest esse licitum vbi ad communem rationem sortium appropinquat: ergo etiam in aliquo casu iudicium ferri candentis.

Item multi principes sancte vite et qui bonorum consilio vtebantur, vt sanctus Henricus imperator erga coniugem virginem Kunigundam, quam de adulterio suspectam habuerat, exercuit.

Item sicut iudex, qui habet curam communitatis, licite potest minora mala permittere ad vitandum peiora, vt meretrices in ciuitatibus ne omnia turbentur libidinibus iuxta Augustinum in *Libero Arbitrio*: "Tolle

<sup>a</sup> The initial (hand-written) capital was written erroneously as an "T" in the copy used for Jerowschek's facsimile.

meretrices et omnia turbabis libidine,” ita per tale iudicium vbi quis ab insultibus et iniurijs alicuius communitatis super causam criminalem aut ciuilem liberari posset.

Item quia minus est lesio manuum per candens ferrum quam vite interfectio per duellum, ideo et si duellum admittitur vbi consuetudo habetur, a fortiori et examen candentis ferri.

218C Contrarium habetur ij q. v “Monomachiam,” vbi dicitur: “Hec et huiusmodi sectantes deum tentare videntur.” Vbi | attendendum esse dicunt doctores quod quia non solum a malo iuxta apostolum (*i Thesalonicensium* v) sed etiam ab habente spem mali abstinendum est,<sup>252</sup> ideo non dicitur in illo capitulo: “Omnes hec sectantes tentant deum,” sed “videntur tentare,” vt intelligatur quod posito casu quod aliquis talia exercens intendat alium finem forte rectum, quia tamen apparentia est mala, cauendum est.

Responsio. Quod tale iudicium seu examen sit illicitum, precipue candentis ferri, deducitur ex duobus: primo quia<sup>253</sup> ordinatur ad iudicandum occulta, que diuino iudicio reseruantur; secundo etiam quia huiusmodi iudicium non est auctoritate diuina aut etiam documentis sanctorum patrum sancitum, vnde in c. “Consuluisti” (ij q. v): “Quod sanctorum patrum documento sanctum non est, superstitiosa adinventionem<sup>254</sup> est presumendum,” et Stephanus papa (in eodem c.): “Spontanea confessione vel testium approbatione<sup>255</sup> delicta concessa sunt vestro<sup>256</sup> regimini iudicari. Occulta enim et incognita illi sunt relinquenda qui solus nouit corda<sup>257</sup> hominum.”

218D Est tamen differentia inter duellum et ferri candentis examen seu etiam potum bullientis aque, quia duella magis accedunt ad communem rationem sortium, vtpote quia | pugiles sunt penitus pares virtute et arte, quam examen candentis ferri, quia licet vtrumque ordinatur ad alicuius facti occulti inquisitionem per aliquod factum ab homine, tamen quia in iudicio candentis ferri aliquis miraculosus effectus expectatur, quod

<sup>252</sup> *Vulgate 1 Thess. 5:22*: ab omni specie mala abstinete vos

<sup>253</sup> *Start of adaptation of Aq., Summa 2/2.95.8.Ra3*: . . . iudicium ferri candentis vel aque feruentis ordinatur quidem ad alicuius peccati occulti inquisitionem per aliquid quod ab homine fit, et in hoc conuenit cum sortibus; in quantum tamen expectatur aliquis miraculosus effectus a deo, excedit communem rationem. Vnde huiusmodi iudicium illicitum redditur, tum quia ordinatur ad iudicandum occulta, que diuino iudicio reseruantur, tum etiam quia huiusmodi iudicium non est auctoritate diuina sanctum. Vnde ij q. v in decreto Stephani pape [*quote follows*]. Et eadem ratio videretur esse de lege duellorum nisi quod plus accedit ad communem rationem sortium in quantum non expectatur ibi miraculosus effectus, nisi forte quando pugiles sunt valde impares virtute vel arte.

<sup>254</sup> *Decretum 2.2.5.20 adds: non*

<sup>255</sup> *Aq. (and the canon) adds: publicata*

<sup>256</sup> *Aq. (and some MSS of the canon): nostro; other MSS omit this word*

<sup>257</sup> *Aq. (and the canon) adds: filiorum*

non contingit in duello, vbi solummodo contingit interfectio vnus vel amborum, ideo examen illud est omnino illicitum, licet duellum non sit ita illicitum.<sup>258</sup>

Incidentaliter tamen propter principes et iudices seculares super duellum admittendum est notandum quod occasione horum verborum sancti Thome, qui hanc distinctionem ponit, Nicolaus de Lira in postilla sua super bibliam (*i Regum xvij*) occasione etiam duelli seu conflictus ipsius Dauid cum philisteo vult elicere quod in aliquo casu duellum possit esse licitum, ideo quod hoc non sit de mente doctoris Thome, sed potius oppositum probat Paulus Burdegalensis contra Nicolaum prefatum, cuius probationem bene aduertere debent principes et iudices seculares: primo per hoc quia duellum, sicut et examen alterum, ordinatur ad iudicandum occulta, que diuino iudicio reseruantur, vt supra tactum | est, nec potest dici quod institutionem habuerit ex conflictu<sup>a</sup> 219A Dauid, quia sibi reuelatum fuit a domino interiori instinctu vt tale certamen inire deberet et quod iniuriam sibi illatam per eum vindicare contra philisteum volebat, quod ex verbis Dauid elicitor: “Ego venio contra te in nomine dei viuentis,” et sic non fuit proprie duellator sed diuine iusticie executor; secundo ex hoc quod precipue iudicibus est aduertendum: quia enim in duello datur potestas vel saltim conceditur licentia vtrique interficiendi se mutuo, et cum alter eorum sit innocens, ideo prestatur auctoritas vel saltim licentia interficiendi innocentem, quod cum simpliciter est illicitum, quia contra dictamen iuris naturalis et diuinum preceptum, ideo omnino illicitum tam ex parte appellantis quam recipientis, quam etiam iudicantis et consulentium, qui omnes homicide reputantur; tercio ex hoc quia cum duellum sit singularis pugna duorum vt per victoriam vnus appareat iusticia tanquam per diuinum iudicium et alterius iniusticiam, non obstante quod tunc deus tentatur, vnde redditur illicitum ex parte appellantis et recipientis, tamen cum ipsi iudices alijs | 219B medijs iustum iudicium aut terminationem litis procurare possent: cum hoc non faciunt sed consulunt seu omnino permittunt, cum prohibere possent, vtrique ad interfectionem innocentis consentiunt. Verum quia non est verisimile postillatorem Nicolaum hec latuisse aut ignorasse, ideo vbi dicit in aliquo casu duellum absque peccato committi mortali, loquitur ex parte iudicantium aut consulum, vbi non per ipsorum inductionem aut consilium sed per ipsos appellantem et recipientem tale examen exercetur siue alio respectu.

<sup>a</sup> Ed. prin.: -o

<sup>258</sup> End

Et quia non est nostre speculationis his immorari sed de ipsis maleficis disserere, clare patet quod si in alijs criminalibus causis circa furtum aut latrocinium tale examen inhibetur, quanto magis hic vbi constat maleficas cuncta maleficia auxilio demonum procurare, siue in lesionibus inferendis siue curandis seu tollendis aut impediendis? Nec mirum quod opere demonum a lesionibus in tali examine preseruantur malefice, cum, vt naturales tradunt, succus cuiusdam herbe, vbi manus inunguntur, a combustione possit preseruare, et cum ipsum demonem virtutes herbarum minime latent: dato quod per interpositionem alicuius corporis inter manus deferentis et ipsum ferrum lesionem non interciperet, prout inuisibiliter procurare potest, tamen per huiusmodi naturales rerum proprietates hoc efficere posset. Vnde minus quam quibuscunque alijs malefactoribus ipsis maleficis<sup>a</sup> propter intimam familiaritatem quam cum demonibus tenent tali examine sunt purgande, sed ipso facto, vbi ad hoc appellant, iam vt suspecte malefice sunt habende.

Deseruit ad hoc factum quod in Constantiensi diocesi tribus annis vix iam elapsis contigisse fertur. Nam in dominio comitum de Firstenberg partium Nigre Silve, malefica quedam famosa et plurimum ab incolis diffamata, vbi per comitem ad instantiam plurimorum fuisset comprehensa et de plurimis indicijs super varia maleficia delata, tandem inter tormenta et questiones interrogaretur, manus omnium volens euadere, ad examen candentis ferri appellauit. Juuenis comes, nec multum in his expertus, examen admisit, et dum candens ferrum per tres dumtaxat passus deferre ad iudicata fuisset, per sex deportauit, offerens se denuo id ipsum longiori spacio deportare. Qua ex re dum manifestum habuissent indicium maleficij iudicare, quia nullus sanctorum presumpsisset taliter diuinam assistentiam tentare, ipsa tamen absoluta a vinculis et illesa vsque in presens non vtique in paruum fidei scandalum perseuerat.

QUESTIO DECIMAOCTAUA: DE SENTENTIA DIFFINITIUA IN SE, ET QUALITER EST FERENDA

CONSEQUENTER AD TRACTANDUM DE his in quibus secularis iudex per se cognoscere et sententiare potest diocesanis, si libet, manentibus exoneratis. Hoc ipsum enim presupponimus vt nedum nos ipsi inquisitores salua fide et iusticia simus ab his sententiandi modis exonerati, verum et ipsos diocesanos eadem sinceritate exoneratos affectamus, ipsorum facultatem et iurisdictionem minime amputando, qua

<sup>a</sup> Sc. quicumque alij malefactores ipse malefice

tamen si vti vellent, necesse foret et nos inquisitores iuxta c. "Multorum querela" ("De hereticis" in *Clementinis*) pariter concurrere. Attendant tamen quod quia hoc crimen maleficarum non est mere|ecclesiasticum, <sup>220A</sup> vnde<sup>a</sup> nec potestatibus et dominis temporalibus ad iudicandum et sententiandum, vt in c. "Vt inquisitionis" § "Prohibemus" ("De hereticis," *Libro Sexto*), interdictum, in quibus tamen prefata potestas diffinire et cognoscere sine diocesanis non potest, similiter deducet.

Sed primo videndum de ipsa sententia in se, secundo qualiter sit ferenda, tercio quot modis.

De primo. Cum secundum Augustinum, vt ij q. i. c. i, "Nos inquam sententiam ferre non possumus nisi aut<sup>b</sup> conuictum aut sponte confessum," et sententia sit triplex, dicit glosa summaria in principio questionis: "scilicet interlocutoria, diffinitiuia et precepti," et Raymundus exemplificans dicit: "Interlocutoria sententia dicitur que non super principali sed super alijs questionibus profertur inter principium cause et finem emergentibus, vt est de teste repellendo vel de dilatione danda vel non et huiusmodi, vel forte dicitur interlocutoria quia inter partes loquendo profertur sine scripture solennitate; diffinitiuia autem sententia dicitur quando principalis questio diffinitur (ff. "De re iudicata," l. i); sententia precepti est quando maior precipit minori." De primis duabus nostra consequenter erit speculatio, precipue super sententiam diffinitiuam. <sup>220B</sup>

Notandum secundo quod licet in glosa prefata dicatur quod si sententia diffinitiuia fuerit lata obmisso ordine iuris, ipso iure nulla est (ij q. vi "Si quando" § "Diffinitiuia"), et post dicatur: "Scias quod duplex est ordo iuris: vnus qui est de necessaria substantia iudiciorum, vt fiat litis contestatio et testes recipiantur; si contra hunc ordinem feratur sententia, non tenet. Est alius ordo qui non est de substantia iudiciorum, vt scilicet sententia non feratur sub conditione et vt prius non pronuncietur de possessione quam de proprietate: si tamen hoc non seruetur, tenet sententia, vt ij q. vi 'Anteriorum' § 'Biduum'." In hac tamen causa, quia est causa fidei et heresis crimen, licet mixtum, proceditur summarie, <sup>220C</sup> simpliciter et de plano, vt patet in c. "Statuta" (*Libro Sexto*) – et qualiter ista verba intelligantur, habes supra questione sexta – et vt ibi deducitur, "iudex necessario libellum non exigat, litis contestationem non postulet" etc.; sequitur: "Probationes tamen necessarias admitat, similiter citationem et protestationem iuramenti de calumnia" etc., vnde et alius modus procedendi iam per iura noua declaratur.

<sup>a</sup> Sc. ideo?

<sup>b</sup> So canon; ed. prin.: autem (presumably a misreading of aut as the abbreviation aut)

De secundo<sup>a</sup> autem, qualiter sit ferenda, nota quod proferri debet a iudice et non ab alio: alias non valet; item in loco publico et honesto, etiam sedendo, vt iij, q. iij “Inducie” § “Spacium”; et similiter de die et non in tenebris, et sic de multis que ibi notantur; tum quia ibi continetur quod non diebus feriatis, et quod in scriptis feratur, notandum quod quia hic summarie, simpliciter et de plano, vt supra tactum est, proceditur, et “De verborum significatione” c. “Sepe contingit” in *Clementinis* dicitur quod tempore feriarum ob necessitates hominum indultarum a iure  
 220D procedere valeat, et quod | iudex amputet dilationem, ideo si iudici libet, seruare illa poterit. Nec scripto proferre tenetur, cum secundum Johannem Andree plures sint casus in quibus sine scripto sententia valet, et inter illos enumeratur consuetudo loci vel fori (di. xi “Consuetudinis”). Episcopus, etiam si est iudex, potest per alium sententiam recitare ad instar illustrium.

Item nota quod licet in actionibus criminalibus executio sententie non sit differenda, fallit tamen hoc in certis casibus, precipue quatuor, sed pro hac materia capiuntur duo: primum si lata est in muliere pregnantante – differtur enim vsque ad tempus partus (ff. “De re iudicata,” l. “Pregnantis”) – item cum quis est confessus crimen et postea negat: intellige si confessio prius non fuit reiterata modo quo supra tactum fuit questione quintadecima.

De tercio autem, quot scilicet modis sit ferenda. Quia consequenter vsque in finem operis de his tractabimus, sunt tamen adhuc aliqua premitenda de modis quibus persona delata redditur suspecta, eo quod varie sententie super varias suspensiones sunt ferende.

221A    QUESTIO DECIMANONA: QUOT MODIS CAPITUR SUSPITIO  
 PRO SENTENTIA FERENDA

SUSPECTI DE HERESI VEL alio crimine quot modis et quibus dicendi sunt, et an in casu pro tali crimine ex illis iudicandi et sentiendi sint vbi queritur, respondendum est et per antiqua et per noua iura. Nam glosa super c. “Nos in quenquem” in precedenti questione allegato dicit quod quattuor sunt modi conuincendi reum, aut scilicet iure, vt instrumentis et testibus, aut facti euidentia (*Extra*, “De cohabitatione clericorum,” ca. “Tua”) aut iuris interpretatione, vt sepius citatum esse reum (iij q. ix “Decreuimus”), aut violenta suspitione (xxxij q. i “Dixit”). Notant etiam canoniste quod triplex est suspitio: prima temeraria, de qua canon: “Nullum iudicetis suspensionis arbitrio” (ij, q. i “Primo”);

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -a

secunda probabilis, et hec purgationem inducit, non autem prima, vt ij, q. iij “Presbiter;” tertia est violenta, que condemnationem inducit, et de hac intelligitur dictum Hieronimi quod vxor dimitti potest propter fornicationem aut fornicationis suspitionem (xxxij, q. i “Dixit”). Nota insuper quod secunda, que est probabilis, admittitur ad semiplenam probationem, vt *Extra*, “De presumptionibus” in multis, vnde coadiuuat ad probationem si assint alia amminicula, vnde non solum admittitur ad purgationem indicendam. 221B

De violenta etiam, que ad condemnationem sufficit, nota quod est duplex, dum quedam iuris et de iure, vt cum ius fingit et statuit aliquid super facto et contra hanc non admittitur probatio: *Extra*, “De sponsalibus,” “Nec qui fidem”, vbi dicitur quod si quis dederit fidem mulieri de contrahendo matrimonium cum ea et postea copula sequitur, matrimonium esse presumitur, et probatio in contrarium non admittitur; quedam est iuris sed non de iure, vt vbi ius presumit sed non statuit aliquid, vt si vir diu mulieri cohabitauit, presumitur ab eo cognita (xxxij q. i “Dixit”), et contra hanc admittitur probatio. 221C

Applicando ad propositum nostrum super heresim maleficarum et super noua iura, dicimus quod<sup>259</sup> in iure triplex suspitio super crimen heresis habetur:<sup>260</sup> prima est modica, secunda magna, tertia maxima. Prima, que est modica, in iure vocatur suspitio leuis: ita habetur c. “Accusatus” (*Libro Sexto*, “De hereticis”) in principio, vbi dicitur: “Si autem leuis et modica suspitio illa fuit, quanquam ex hoc sit grauius puniendus, non tamen debet pena in heresim relapsorum puniri.” Et hec suspitio ideo dicitur modica siue leuis, tum quia modica et leui defensione tollitur, tum quia ex modicis et leuibz oritur coniecturis, vnde dicitur modica a modicis indicijs, et dicitur leuis a leuibz coniecturis, vtpote in simplici heresi circa fidem<sup>261</sup> si aliqui reperiantur occulta conuenticula celebrantes vel vita vel<sup>262</sup> moribus a communi conversatione fidelium deuiantes, vt patet c. “Excommunicamus” primo (*Extra*, “De hereticis”).<sup>263</sup> Circa maleficarum heresim simili modo vbi conuenticula in angarijs aut sacratoribus anni temporibus in campis aut siluis, siue de die siue de nocte conuenirent, aut alique seorsum reperirentur aut non frequentare diuina temporibus consuetis et modis consuetis aut cum suspectis maleficis familiaritates secretas contrahere. Tales<sup>264</sup> enim<sup>265</sup> 221D

<sup>259</sup> *Start of Eym. 2.55 (376 2D–378 2A)*

<sup>260</sup> *For super . . . habetur Eym. has: de heresi requiritur*

<sup>261</sup> *in . . . fidem: not in Eym.*

<sup>262</sup> *Eym.: ac*

<sup>263</sup> *Pause (Eym adds: in fine, et similia exercentes)*

<sup>264</sup> *Resume*

<sup>265</sup> *Eym.: namque*

leuiter ad minus de heresi habentur suspecti, eo quod talia frequenter [facere] huiusmodi heretici facere comprobantur, de qua etiam<sup>266</sup> leui suspitione habetur C. “De hereticis,” l. ij in fine, vbi dicitur: “Hereticorum<sup>267</sup> vocabulo continentur, et latis aduersus eos sententijs<sup>268</sup> debent succumbere, qui vel leui argumento a<sup>269</sup> iudicio catholice regionis et tramite detecti fuerint deuiare.” Et huic sententie concordat Hostiensis in *Summa* (ti. “De presumptionibus” § “Finali”), vbi dicit: “Notandum quod quanuis heretici leui argumento detegantur, scilicet ad hoc quod suspecti habeantur, tamen non debent vt heretici haberi,” et probat per precedentia.<sup>270</sup>

222A Secunda suspitio, que est magna, in iure vocatur “vehemens” siue “fortis,” de qua iterum in allegato c. “Accusatus” in principio: iterum sic habetur: “Accusatus de heresi vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna et vehemens suspitio orta erat” etc. Jbi enim hec coniunctio “et” non tenetur copulatiue sed expositiue, vt notat Johannes Andree (ibidem): “‘Vehemens’ autem idem est quod ‘fortis,’ vt dicit archidiaconus super allegato c. ‘Accusatus’ et verbo ‘vehemens,’ vt dicit Papias. Et Hugutio quod<sup>271</sup> ‘vehemens’ idem est quod ‘fortis’ siue ‘grandis,’ allegat etiam Gregorium<sup>272</sup> (primo *Moralium*): ‘Ventus vehemens irruit <a regione deserti.’ Et glosa super illo verbo (*Actuum* ij): ‘Factum est repente de celo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis’ dicit: ‘Hoc est ventus fortis.’ Et in libro *Catholicon*, qui est de dictionibus et earum significationibus, dicitur ita: “‘Vehemens’ dicitur ‘fortis,’”<sup>a</sup> vnde dicimus aliquem vehementem habere casum, cum habet fortem.” Hec ibi. Ergo suspitio magna dicitur “vehemens” siue “fortis.”

Et sic nominatur<sup>273</sup> quia non nisi vehementibus et fortibus defensionibus repellitur, et etiam<sup>274</sup> quia ex magnis et vehementibus ac fortibus oritur coniecturis, argumentis et indicijs, vtpote in simplici heresi<sup>275</sup> si  
222B aliqui comperiantur qui eos quos scilunt hereticos fore occultant, fauorem

<sup>a</sup> So *Eym.* (Conceivably these words were omitted intentionally, but it seems more likely to be a mistake—perhaps already in the MS of *Eym.* — since the truncation of the quote of Gregory makes the sense hard to understand.)

<sup>266</sup> For eo quod . . . etiam *Eym. has*: talia enim heretici frequenter facere comprobantur. De huiusmodi . . .

<sup>267</sup> So *Eym.*; *Code* 1.5.2.1 adds autem

<sup>268</sup> *Eym.* (and *Code*): sanctionibus

<sup>269</sup> So *Eym.*; not in *Code*

<sup>270</sup> For tamen . . . precedentia *Eym. has*: vt patet C. “De heret.” l. ij, non tamen debent” et cet.

<sup>271</sup> For vt dicit . . . Hugutio *Eym. has*: Dicit enim: “Dicunt Papias et Hagusio . . .”

<sup>272</sup> For allegat . . . Gregorium *Eym. has*: Idem Greg.

<sup>273</sup> For sic nominatur *Eym. has*: hec suspitio dicitur magna, vehemens, siue fortis tum

<sup>274</sup> For et etiam *Eym. has*: tum

<sup>275</sup> si . . . heresi: not in *Eym.*

impendant, associant, visitant, munera offerant, recipiant, defensant, et similia exercentes. Tales nanque vehementer de heresi suspecti sunt<sup>276</sup> et similiter cognoscuntur circa heresim maleficarum, eo quod suspitio oritur quod participant cum eis in crimine, et precipue notantur. Hic mulierisant viri, qui ad amorem vel odium inordinatum, licet non ad alias lesiones hominum tendant aut iumentorum, solent maleficare. Similia enim, vt premissum est, in quacunque heresi exercentes vehementer sunt suspecti, vt<sup>277</sup> patet per allegatum c. "Accusatus" et § "Illo vero" et per notata ibidem per archidiaconum, cum non sit dubium eos talia facere in fauorem illius heretice prauitatis.

Tercia suspitio. Hec est maxima, et in iure vocatur "violenta" c. "Cum contumacia" et c. "Accusatus" (*Libro Sexto*, "De hereticis") et per notata per Archidiaconum et Johannem Andree super c. "Accusatus," verbo "Vehemens," vbi dicunt: "Dicit 'vehemens,' non [tamen] 'violenta' (supra <sup>222C</sup> "De presumptionibus" c. "Litteras")." De hac suspitione loquitur canon (distin. xxxiiiij "Quorundam"). Et hec presumptio seu suspitio dicitur "violenta," tum quia violentat, cogit et arrat iudicem ad credendum, nec tergiuersatione refellitur qualicunque, tum quia ex violentibus conuincitibus atque cohercentibus oritur coniecturis: exempli gratia, in simplici heresi<sup>278</sup> si aliqui reperiantur qui hereticos adorauerint, id est, reuerentiam suo amore exhibuerint, consolationem vel communionem ab eis acceperint, vel similia que ad ritum eorum pertinent perpetrauerint: tales nanque violenta suspitione de heresi et hereticorum credentia sunt conuicti per c. "Filij" et per c. "Accusatus" ("De hereticis," *Libro Sexto*) et per notata per Archidiaconum super c. "Quicunque hereticos" et verbo "Credientes" (eodem,<sup>279</sup> *Libro Sexto*), cum non sit dubium eos talia facere in credentiam heretice prauitatis.<sup>280</sup>

Super heresim vero maleficarum a simili qui perpetrant ea que ad ritum maleficarum pertinent, | et talia cum sint varia, videlicet ali- <sup>222D</sup> quando per verba solum contumeliosa, dicendo: "Tu senties in breui<sup>a</sup> que tibi euenient" vel similia in effectu, vel per tactum solum, tangendo hominem aut bestiam manibus, aut per visum tantum, se manifestando nocturno vel diurno tempore certis dormientibus in cubilibus, et hoc vbi homines aut iumenta nituntur maleficari, licet circa grandines varios alios obseruant modos, se alijs offerendo cerimonijs, circa flumen

<sup>a</sup> Ed. prin.: -ni

<sup>276</sup> Pause

<sup>277</sup> Resume

<sup>278</sup> For exempli . . . heresi Eym. has: vt pote

<sup>279</sup> Eym.: Extra "De heret."

<sup>280</sup> Pause

aliquod se agitando diuersimode, vt in precedentibus circa modos maleficia inferendi patuit: tales vtique violenta suspitione super heresim maleficarum, vbi reperiuntur et fama laborat, sunt conuicti, presertim vbi effectus est subsecutus in maleficio siue statim siue per successum temporis, quia tunc euidentis factum concurrat siue indicium<sup>a</sup> facti, vbi instrumenta maleficij in aliquo loco reposita<sup>b</sup> reperirentur, licet successus temporis non ita aggrauaret ad euidentiam facti, manet tamen suspecta vehementer et a fortiori amplius quam circa simplicem heresim.

223A Et si queritur nunquid|diabolus absque visu<sup>c</sup> aut tactu mulierum maleficiare posset homines seu iumenta, responderetur: vtique si deus permittit, sed quia maior dei permissio vbi creatura deo dicata per fidei abnegationem et alijs horrendis sceleribus concurrat, ideo et diabolus amplius<sup>d</sup> talem modum maleficiandi creaturas affectat, imo et dici potest quod diabolus, etiam si absque malefica posset, adhuc summe per maleficam talia exercere affectat varijs respectibus, vt in precedentibus patuit.

Epilogando ad nostrum propositum super modos ex presumptionibus iudicandi: dicendum<sup>281</sup> quod super prefatam distinctionem suspecti de heresi maleficarum sunt in triplice genere, cum quidam leuiter, quidam vehementer et quidam violenter.

Leuiter sunt suspecti qui talia modica vel leuia peragunt, quod ex eis oritur modica vel leuis suspitio contra eos de tali heresi, et licet, vt dictum est, vbi quis sic inuenitur suspectus, non sit hereticus habendus, tamen debet sibi indici canonica purgatio vel iniungi tanquam pro leui abiuratio. Et quidem<sup>282</sup> quod purgatio possit sibi indici habetur c. “Excommunicamus” primo in principio (*Extra*, “De hereticis”), vbi dicitur: “Qui autem inuenti fuerint sola suspitione notabiles” (“Suspitione probabili, hoc est, leui et que leuiter apparet,” dicit Hostiensis); sequitur:<sup>283</sup> “nisi iuxta considerationes suspitionis qualitatemque persone propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, et vsque ad satisfactionem<sup>e</sup> condignam ab omnibus euitentur,

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: iu-

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -o

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: -o

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: -uis

<sup>e</sup> *Ed. prin.*: -factiōem

<sup>281</sup> *Resume (Eym. begins:* Secundum hanc distinctionem dicendum quod suspecti de heresi sunt in triplice, cum quidam leuiter, quidam vehementer et quidam violenter. Leuiter sunt suspecti qui talia leuia et modica peragant, quod ex eis oritur leuis et modica suspitio contra eos de aliqua heresi vel errore. Et vbi quis sic inuenitur de heresi leuiter suspectus, nullatenus est hereticus nec habendus sed debet sibi . . .)

<sup>282</sup> et quidem: *not in Eym.*

<sup>283</sup> *Not in Eym.*

ita quod si per annum in excommunicatione persistierint, extunc vel heretici condemnentur." Hec ibi. Et nota quod indicta sibi purgatione canonica, siue consentiat<sup>a</sup> siue non, siue deficiat siue non, est per omnia iudicandum, sicut de diffamato de heresi, cui est purgatio canonica indicenda.

Sed et hoc quod abiuratio possit tali indici tanquam leuiter suspecto de heresi, patet per c. "Accusatus" in principio, vbi dicitur: "Accusatus de heresi vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna<sup>b</sup> et vehemens suspitio orta erat, si heresim in iudicio abiurauit et | postea committit in ipsa, censi debet quadam iuris fictione relapsus, licet ante abiurationem suam heresis crimen probatum non fuerit contra ipsum. Si autem modica et leuis fuit suspitio illa, quanquam ex hoc sit grauiter puniendus, tamen non debet in heresim relapsorum pena puniri." Hec ibi. 223C

Quidam autem cum sint suspecti vehementer, et sunt illi qui talia vehementia et fortia peragunt quod ex eis oritur vehemens et magna suspitio, et tales licet etiam non sint heretici nec vt heretici condemnandi, eo quod, vt expresse habetur *Extra*, "De presumptionibus," c. "Litteras" § "Quocirca," nullus pro suspitione vehementi est de tanto crimine condemnandus – nam ibi ita dicitur: "Quocirca mandamus, quatenus cum propter solam suspitionem, quanuis vehementem, nolumus illum de tam graui crimine condemnari" – tamen de tali sic vehementer suspecto debet sibi mandari quod abiuret generaliter omnem heresim et specialiter in quam incidit tanquam | vehementer suspectus per allegatum c. "Accusatus" in principio, vt est dictum, et per c. "Inter sollicitudines" (*Extra*, "De purgatione canonica") et per c. "Litteras" (*Extra*, "De presumptionibus"). 223D

Quod si postmodum relabatur, vel in pristinam vel in aliam, vel in eos quos scit maleficos aut<sup>284</sup> hereticos associet, visitet vel deducat, vel consulat munera donando, vel mittat, seu fauorem eis impendat,<sup>285</sup> relapsorum penam non euadet per allegatum c. "Accusatus," vbi dicitur sic: "Eum vero qui in vna heresis specie vel secta commisit aut in vno fidei articulo seu sacramento ecclesie errauit et postmodum heresim simpliciter vel generaliter abiurauit, si extunc in aliam speciem heresis<sup>286</sup> siue sectam ac<sup>287</sup> alio articulo seu sacramento committat, volumus

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: cosen-

<sup>b</sup> *So Eym.*, canon; *ed. prin.*: magis

<sup>284</sup> maleficos aut: *not in Eym.*

<sup>285</sup> *Eym. adds*: qui excusari non possit, etiam sine adoratione, ad modum solliciti quo sancti viri ab omnibus reuerentur et honorantur

<sup>286</sup> *For speciem heresis Eym. has*: etiam heresis speciem

<sup>287</sup> *Eym.*: seu; *canon*: aut

vt relapsum<sup>a</sup> in heresim iudicari: ille ergo<sup>288</sup> de cuius lapsu in heresim ante abiurationem constiterit<sup>289</sup> vel nunc constat, si post illam abiurationem recepat hereticos,<sup>290</sup> deducat, visitet siue associet, ac dona vel munera eis donet vel mittat, | [vel mittat] seu fauorem eis impendat” – et infra:<sup>291</sup> “merito debet iudicari relapsus, cum illum ex approbato a se prius errore<sup>292</sup> non sit dubium illud fecisse.” Hec ibi.

Ex quibus verbis apparet quod in tribus casibus in genere suspectus de heresi vehementer, postquam abiurauit, pena plectitur relapsorum. Primus est quando relabitur in eandem et pristinam heresim de qua suspectus fuerat vehementer; secundus, quando heresim simpliciter vel generaliter abiurauit, et relabitur tamen in aliam heresim, esto quod de ea antea nunquam suspectus habitus fuerit nec delatus; tertius, quando hereticos recepat et eos deducit et fauorem impendit, et hic casus complectitur multos casus et habet multos sinus, vt patet in allegato § “Eum vero” in c. “Accusatus” frequentius repetito.

Sed queritur quid agendum si talis vehementer suspectus<sup>293</sup> ad mandatum sui iudicis <non><sup>b</sup> consenserit continue<sup>294</sup> abiurare, an tradendus sit<sup>295</sup> secularis<sup>c</sup> arbitrio potestatis animaduersione debita puniendus per c. “Ad abolendam” § “Presenti vero.” Respondetur:<sup>296</sup> | nequaquam, quia capitulum illud<sup>297</sup> et § eius expresse loquitur non de suspectis sed de manifeste deprehensis in heresi etc.,<sup>298</sup> et rigorosius contra deprehensos manifeste quam contra suspectos tantummodo est agendum.

Et si queritur: qualiter ergo sit procedendum contra talem, respondetur quod procedetur<sup>299</sup> contra eum per c. “Excommunicamus” i et per § “Qui vero sola suspitione” etc. superius inserto.<sup>d</sup> Et excommunicabitur, in qua excommunicatione si per annum sterit, est vt hereticus condemnandus per allegatum capitulum.

<sup>a</sup> So *Eym. canon; ed. prin.*: -us

<sup>b</sup> So *Eym.*

<sup>c</sup> So *Eym.*: *ed. prin.*: -i

<sup>d</sup> *Sc.* -um

<sup>288</sup> *Eym. (and canon)*: quoque

<sup>289</sup> *Eym.*: -erat (-erit is a variant for the canon's text)

<sup>290</sup> For abiurationem . . . hereticos *Eym. (and the canon) has*: hereticos recepat

<sup>291</sup> For et infra *Eym. (and the canon) has*: qui excusari non possit, etiam sine adoratione (vt verbis vestris vtamus)

<sup>292</sup> For approbato . . . errore *Eym. (and the canon) has*: approbati a se prius erroris consequentia.

<sup>293</sup> For queritur . . . suspectus *Eym. has*: quid agetur si aliquis suspectus de heresi vehementer

<sup>294</sup> *Eym.*: -ō

<sup>295</sup> For an . . . sit *Eym. has*: numquid tradetur

<sup>296</sup> *Eym. adds*: quod

<sup>297</sup> For capitulum illud *Eym. has*: illud cap.

<sup>298</sup> For de suspectis . . . etc. *Eym. has*: in suspectis sed in conuictis. Nam dicit sic: “Presenti nihilominus ordinatione sancimus vt quicumque manifeste fuerit in heresi deprehensus” et cet.

<sup>299</sup> For Et si . . . procedetur *Eym. has*: Procedetur ergo

Quidam autem suspecti sunt violenter, et sunt illi qui talia violentia peragunt quod ex illis oritur violenta suspitio contra eos: talis<sup>300</sup> vt hereticus est habendus, et sicut de deprehenso in heresi, est de eo per omnia iudicandum<sup>a</sup> per c. "Excommunicamus" i (*Extra*, "De hereticis") § "Qui vero" et per c. "Cum contumacia" et per c. "Vt officium" (*Libro Sexto*). Nam vel fatentur crimen vel non: si sic et volunt redire et heresim abiurare ad penitentiam, recipiendi sunt per c. "Ad abolendam" et per c. "Excommunicamus" ij § "Finali." Quod si non consenserint abiurare, tradendi sunt curie seculari animaduersione debita puniendi<sup>224C</sup> per c. "Ad abolendam" (§ primo allegato). Si autem non fatentur crimen, postquam est conuictus, nec consensit abiurare, est vt hereticus impenitens condemnandus per c. "Ad abolendam." Violenta enim suspitio ad condemnandum sufficit et probationem in contrarium non admittit, vt habetur *Extra*, "De presumptionibus" c. "Literas" et c. "Afferte."<sup>301</sup>

Et cum hec discussio locum habet in simplici heresi absque euidentia aut indicio<sup>b</sup> facti, sicut etiam in sexto modo sentiendi patebit, vbi quis vt hereticus condemnatur, etiam si non sit hereticus in re: quanto magis circa heresim maleficarum, vbi semper concurrat aut euidentia factum in pueris, hominibus aut iumentis maleficiatis, aut indicium facti, puta per instrumenta reperta? Et licet in simplici heresi penitentes et abiurantes ad penitentiam et ad perpetuos carceres recipiantur, vt tactum est, in hac tamen heresi, licet ecclesiasticus iudex recipiat vt sic ad penitentiam, ciuilibus tamen propter forefacta circa damna temporalia vltime supplicio punire potest, | nec ecclesiasticus ipsum impedit, qui licet non eum<sup>224D</sup> tradat ad puniendum, tamen relinquere potest.

QUESTIO VICESIMA: SUPER PRIMUM MODUM  
SENTENTIANDI

QUIA ERGO DELATA PERSONA:

- vel<sup>302</sup> reperitur immunis et absoluenda totaliter,
- vel reperitur solum diffamata de heresi generaliter,
- vel reperitur vltra infamiam questionibus et tormentis exponenda  
aliquaqualiter,
- vel reperitur suspecta de heresi leuiter,

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -audum

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -ū

<sup>300</sup> *Eym.*: de aliqua heresi vel errore. Et vbi sic quis inuenitur de heresi violenter suspectus. pro conuicto de heresi ac

<sup>301</sup> *End*

<sup>302</sup> *Start of Eym.* (473 B-474 1A) (where the adjectival agreement is in the generalizing masculine)

vel reperitur suspecta de heresi vehementer,  
 vel reperitur suspecta de heresi violenter,  
 vel reperitur diffamata de heresi et suspecta insimul et communiter,  
 vel reperitur confessa heresim et penitens et non relapsa veraciter,  
 vel reperitur confessa heresim et penitens sed relapsa probabiliter,<sup>a</sup>  
 225A vel reperitur confessa heresim et impenitens sed non relapsa realiter,  
 vel reperitur confessa heresim et impenitens atque relapsa certitudi-  
 naliter,  
 vel reperitur non confessa sed conuicta de heresi legitimis testibus et  
 alias iudicialiter,  
 vel reperitur conuicta de heresi sed fugitiua vel absens contumaciter,<sup>303</sup>  
 vel reperitur ab alia malefica incineranda vel incinerata delata,  
 vel reperitur maleficia non inferendo sed tollendo per remedia illicita  
 et incongruenter,  
 vel reperitur vt maleficus sagittarius et armorum incantator interi-  
 mendo letaliter,  
 vel reperitur vt malefica obstetrix infantes demonibus execrando hos-  
 tiliter,  
 vel reperitur remedio appellationis se tuendo friuole et fraudulententer.

Et si quidem reperitur immunis totaliter, erit per sequentem modum  
 225B sententianda finaliter. Vbi notandum quod persona delata tunc | reperit-  
 ur immunis totaliter, quando<sup>304</sup> processus meritis diligenter cum bono  
 consilio peritorum discussis non conuincitur nec confessione propria  
 nec facti euidentia nec testium productione legitima, quia videlicet  
 discrepant in principali, nec etiam alias illa persona fuit suspecta aut  
 diffamata publice de antedicto crimine, quia secus, si de aliquo alio  
 crimine esset diffamata,<sup>305</sup> nec etiam sunt indicia facti contra talem  
 personam: circa talem talis practica seruatur, quia absoluenda est per  
 episcopum aut iudicem<sup>306</sup> per sententiam tenoris sequentis.

“Nos, N(OMEN), MISERATIONE DIUINA episcopus Talis ciuitatis  
 (aut iudex Talis etc.),<sup>307</sup> attendentes quod tu, Talis de Tali loco et Talis  
 diocesis, fuisti nobis delatus (vel delata)<sup>308</sup> de tali heretica prauitate,

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -biter

<sup>303</sup> *End*

<sup>304</sup> *Start of Eym. (474 1C–2B), which begins:* Primus modus processum fidei terminandi et finiendi est quando . . .

<sup>305</sup> quia . . . diffamata: *not in Eym.*

<sup>306</sup> *For* quia . . . iudicem *Eym. has:* Talis enim per episcopum et inquisitorem . . . absoluitur

<sup>307</sup> *In Eym., the formula begins:* Nos, frater N. ordinis fratrum predicatorum, inquisitor heretice prauitatis in terris talis domini a sancta sede apostolica specialiter delegatus, attendentes quod . . .

<sup>308</sup> *Parenthetical words not in Eym.*

scilicet maleficarum,<sup>309</sup> attendentes etiam illa esse talia quod non valebamus nec debuimus conniuentibus oculis pertransire, descendimus ad inquirendum si predicta fulcirentur aliqua veritate, testes recipiendo, te examinando et alia faciendo | que decebant secundum canonicas sanctiones: ea propter visis et diligenter examinatis omnibus actis et actitatis in hac causa, habitoque consilio peritorum in iure ac etiam in theoloica facultate, illoque sepius repetito, sedentes pro tribunali more iudicis iudicantis ac habentes pre oculis solum deum et negocij veritatem sacrosanctis euangelijis positis coram nobis, vt de vultu dei iudicium nostrum prodeat et oculi nostri videant equitatem, ad nostram diffinitiuam sententiam procedimus in hunc modum: Christi nomine inuocato, quia per ea que vidimus aut audiuius et producta et oblata, acta et actitata sunt coram nobis in presenti causa non inuenimus aliquid contra te legitime probatum fore de his de quibus delatus fueras coram nobis, pronunciamus, declaramus et sententialiter diffinimus contra te non esse actum legitime coram nobis propter quod possis et debeas vt hereticus aut maleficus<sup>310</sup> iudicari, nec suspectus haberi aliquo modo de heretica prauitate. Quare a presenti instantia inquisitione et iudicio totaliter te relaxamus. Lata fuit hec sententia” etc.<sup>311</sup>

Caueatur<sup>312</sup> vt non ponatur in sententia quacunq[ue] quod delatus sit insons vel immunis, sed quod non fuit probatum legitime contra eum, quia si postmodum temporis processu iterum deferatur et legitime probatur, potest non obstante predicta absolutoria sententia condemnari. Nota etiam quod eisdem modis absoluendus est quis quando est delatus de receptatione, defensione seu alia fautoria<sup>313</sup> heretice prauitatis, vbi<sup>314</sup> nihil probatur legitime contra eum.<sup>315</sup>

Secularis iudex commissione episcopi modo suo iudicabit.

QUESTIO XXI: SUPER SECUNDUM MODUM SENTENTIANDI  
DELATAM ET TANTUMMODO DIFFAMATAM

SECUNDUS<sup>316</sup> MODUS SENTENTIANDI EST quando delatus (vel delata)<sup>317</sup> processus meritis deligenter discussis cum bono consilio

<sup>309</sup> scilicet maleficarum: *not in Eym.*

<sup>310</sup> aut maleficus: *not in Eym.*

<sup>311</sup> *End*

<sup>312</sup> *Start Eym. 474 2D-E*

<sup>313</sup> *Eym. adds: hereticorum seu*

<sup>314</sup> *Eym.: cum*

<sup>315</sup> *End*

<sup>316</sup> *Start of Eym. (475 2D-E), which begins: Secundus modus processus fidei terminandi et finiendi est quando . . .*

<sup>317</sup> *For delatus . . . delata Eym. has: delatus de heresi*

peritorum reperitur tantummodo de tali heresi diffamatus in aliqua villa, ciuitate vel prouintia, et hoc est quando delatus Talis non conuincitur nec propria confessione nec facti euidencia nec testium productione legitima, nec sunt quecumque | indicia alia probata contra eum nisi precise sola infamia,<sup>318</sup> ita quod in speciali nullum probatur maleficium perpetratum, quod quidem probare potest super vehementem aut violentam suspicionem, quando verba comminatorie super lesionem inferendam protulisset, dicendo in effectu vel in sententia: “In breui tu senties que tibi euinient,” et post effectus aliquis fuisset subsecutus in lesione corporum aut iumentorum.

Circa<sup>319</sup> istum igitur contra quam nil probatur nisi precise infamia talis practica est seruanda. In tali enim casu, quia sententia non potest pro delato ferri absoluendo eundem, sicut in primo modo tactum est,<sup>320</sup> sed contra indicendo sibi canonicam purgationem,<sup>a</sup> ideo episcopus<sup>321</sup> (seu eius officialis) aut iudex aduertant primo quod in causa heresis non refert si aliquis sit tantummodo apud bonos et graues personas diffamatus, imo attenditur hic quod etiam apud quoscunque viles et simplices sit diffamatus. Et ratio est: quia a quibus quis potest accusari in crimine heresis, apud illos etiam potest quis infamari, sed quilibet hereticus potest a quibuscunque personis accusari, cum tantummodo inimici capitales, vt supra paluit, excipiuntur, ergo apud illos potest infamari.

Feret<sup>322</sup> ergo episcopus seu iudex super canonicam purgationem sententiam per hunc modum vel consimilem.

“Nos, N(OMEN), MISERATIONE DIUINA episcopus Talis ciuitatis (aut iudex Talis domini),<sup>323</sup> considerantes quod meritis processus facti per nos contra te, Talem Talis diocesis, nobis delatum de tali heretica prauitate diligenter discussis (etc.), non inuenimus te confessum nec conuictum de predicta labe nec alias suspectum adminus leuiter nisi quod te reperimus legitime et veraciter in Tali villa, ciuitate vel diocesi et apud bonos et malos publice diffamatum: ea propter ad purgandum

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: portionē

<sup>318</sup> *Pause*

<sup>319</sup> *Resume (Eym. begins: Circum istum talis practica est seruanda in tali casu. Quia sententia . . .)*

<sup>320</sup> *Clause not in Eym.*

<sup>321</sup> *End (Eym. then discusses how the bishop and inquisitor should cooperate)*

<sup>322</sup> *Start of Eym. (476 1A–2D), which begins: Ferant sententiam per hunc modum vel similem in effectu.*

<sup>323</sup> *For the parenthetical words Eym. has: et frater N. ordinis predicatorum inquisitor heretice prauitatis in terris talis domini a sancta sede apostolica specialiter delegatus*

huiusmodi infamiam et vt bonus odor in cetu fidelium existas, tibi indicimus canonicam purgationem, vt est iuris, assignando tibi talem diem talis mensis et talem horam talis diei, in qua<sup>a</sup> compareas personaliter coram nobis vt purges tuam infamiam tanta manu ordinis tui, qui quidem compurgatores sint homines fide catholici ac vita probati et qui conuersionem tuam ac vitam | nouerunt non tam moderno <sup>226C</sup> tempore quam transacto, significantes quod si in purgatione defeceris, te habebimus pro conuicto, prout volunt canonicæ sanctiones."

HIC AUTEM CONSIDERANDUM EST quod quando aliquis reperitur legitime de aliqua heresi publice diffamatus et contra eum aliquid non probatur nisi infamia ipsa sola, indicitur sibi canonica purgatio, hoc est, quod habeat aliquos viros, septem, decem vel viginti vel triginta secundum quod plus vel minus, et in locis pluribus vel paucioribus, magis vel minus insignibus<sup>b</sup> fuerit diffamatus, qui sunt sue conditionis seu ordinis, vt si diffamatus religiosus et illi sint religiosi, si clericus secularis, et illi clerici seculares, si miles,<sup>c</sup> et illi milites, qui purgant eum a crimine de quo est diffamatus. Qui compurgatores dicuntur esse homines fide catholici et vita probati, qui et illius conuersionem et vitam non tam moderno tempore quam antiquo nouerunt, vt habetur (*Extra*, "De purgatione canonica") "Inter<sup>324</sup> sollicitudines."

Si autem se purgare noluerit, excommunicetur, quam excommunicationem si per annum sustinuerit animo indurato, extunc vt hereticus <sup>226D</sup> condemnatur iuxta c. "Excommunicamus itaque" § "Qui autem."

Si autem se purgare decreuerit, sed in purgatione<sup>d</sup> defecerit, hoc est, quod compurgatores tales et tantos, prout ei iniunctum fuit, qui eum purgant non inuenerit, pro conuicto habetur, et sic vt hereticus condemnatur, vt habetur (*Extra*, "De hereticis") "Excommunicamus" i § "Adijcimus" et verbo<sup>325</sup> "qui non<sup>326</sup> se" et ("De purgatione canonica") <ca.><sup>e</sup> "Cum dilectus."

Considerandum autem est hic<sup>327</sup> quod quando dicitur quod indicatur diffamato quatenus purget se trina vel quarta manu ordinis sui, quod

<sup>a</sup> *So Eym.; ed. prin.:* q̄s

<sup>b</sup> *So Eym.; ed. prin.:* in si-

<sup>c</sup> *So Eym.; ed. prin.:* milites

<sup>d</sup> *Ed. prin.:* pur|pur-

<sup>e</sup> *So Eym.*

<sup>324</sup> *Eym. has:* c. "Inter..."

<sup>325</sup> *Eym.:* versibus

<sup>326</sup> *Canon:* nisi

<sup>327</sup> *For autem...* *Eym. has:* etiam hic est

ordo sumitur ibi in genere et non in specie, vnde si episcopus purgandus est, non negatur quin cum episcopis <in> purgatione possint<sup>a</sup> admitti abbates et religiosi presbiteri, et in alijs pari forma (“De purgatione canonica” <ca.> “Quotiens”).

Purgabit autem se diffamatus per modum qui sequitur, vt colligitur (*Extra*, “De purgatione canonica”) <ca.> “Quotiens” § “Porro” et c. “Accepimus”.

Quo ad secundum.<sup>328</sup>

227A ADUENIENTE AUTEM TERMINO EIDEM diffamato ad se purgandum canonice assignato comparebit personaliter purgandus cum suis compurgatoribus coram episcopo et inquisitore in loco | vbi noscitur infamatus, et ille qui diffamatus est, ponens manum super librum euangeliorum ante eum positum, dicet sic: “Ego iuro super ista quattuor euangelia sancta dei quod talem heresim” – exprimendo eam – “de qua sum diffamatus nunquam tenui nec credidi nec docui nec teneo nec credo.” Negabit scilicet illud cum iuramento de quo est diffamatus, quicquid sit illud. Quo facto omnes compurgatores ponent manum super librum predictum euangeliorum, et quilibet dicet ita: “Et ego iuro<sup>b</sup> super ista sancta dei euangelia quod credo ipsum verum iurasse.” Et tunc canonice est purgatus.

Considerandum est etiam: diffamatus de heresi ibi est purgandus vbi noscitur diffamatus, et si fuerit in multis locis infamatus,<sup>329</sup> imponatur sibi quod in omnibus illis fidem catholicam publice profiteatur et detestetur heresim de qua noscitur infamatus (“De purgatione canonica” <ca.> “Jnter sollicitudines”).

227B Nec contemnat qui canonice se de heresi purgauit. Nam si post<sup>c</sup> purgationem incidit in heresim iam purgatam, pro lapsu habetur et vt relapsus tradendus est curie seculari iuxta c. “Excommunicamus” i § “Adicimus” et verbum “Vel si post purgationem” et c. “Ad abolendam” § “Jllos quoque.” Secus autem si in aliam heresim incidit de qua se ante non purgauit iuxta capitulum allegatum.<sup>330</sup>

<sup>a</sup> in . . . possint: *so Eym.; ed. prin.:* ep–is purgandus possit (*presumably Institoris’ text of Eym. was defective or misread*)

<sup>b</sup> *Ed. prin.:* -a

<sup>c</sup> *Ed. prin.:* post

<sup>328</sup> *For this heading Eym. has:* Forma purgationis canonice a diffamato de heresi faciende

<sup>329</sup> *Eym.:* diffamatus

<sup>330</sup> *End*

QUESTIO XXI: SUPER TERTIUM MODUM SENTENTIANDI  
DIFFAMATAM ET QUESTIONIBUS EXPONENDAM

TERTIUS<sup>331</sup> MODUS PROCESSUM FIDEI finiendi et terminandi est quando delatus de heresi processus meritis diligenter consideratis cum bono consilio peritorum reperitur varius vel habens indicia contra se ad questiones, vt scilicet exponatur questionibus et tormentis, vt si questionatus nihil concesserit, pro immuni et innocente habeatur, et hoc est quando delatus non est deprehensus nec propria confessione nec facti euidencia nec testium legitima productione, nec sunt indicia ad talem suspicionem vt habeat heresim abiurare, est tamen in suis confessionibus varius, vel alias sunt indicia sufficientia ad questiones et tormenta.

Circa istum talis practica est seruanda. In tali autem casu, quia sententia interlocutoria est contra delatum ferenda et non pro eo, ideo per<sup>332</sup> inquisitorem coniunctim et non diuisim est ferenda iuxta c. "Multorum."<sup>333</sup> Imprimis si talis steterit in negatiua firmiter et nullatenus, licet inductus per probos viros, fateri voluerit veritatem, feretur sententia que videtur sapere vim diffinitiuę sententię per modum tenoris sequentis.<sup>334</sup> 227C

"Nos, N(OMEN), MISERATIONE DIUINA episcopus Talis ciuitatis (aut iudex in terris ditioni Talis domini subiectis),<sup>335</sup> attendentes meritis processus facti per nos contra te, Talem Talis loci <et><sup>a</sup> Talis diocesis [et] diligenter examinatis, quod tu est varius in tuis confessionibus et nihilominus sunt indicia multa que sunt sufficientia te ad exponendum questionibus et tormentis, ea propter, vt veritas ab ore tuo proprio habeatur et vt deinceps aures iudicum non offendas, interloquendo declaramus, iudicamus et sententiamus die presenti et hora tali te supponendum questionibus et tormentis.

"Lata fuit hec sententia . . ." <sup>336</sup>

Si questionandus reperiatur varius et insimul sint inditia alia ad questiones sufficientia, ponetur<sup>337</sup> vtrumque in sententia, vt in predicta 227D

<sup>a</sup> So *Eym.* (Presumably the conjunction was first accidentally omitted, then erroneously inserted after dioceses.)

<sup>331</sup> Start of *Eym.* (480 2A-481 1C) (in *Eym.*'s original text this directly follows the preceding section)

<sup>332</sup> *Eym.* adds: episcopum et

<sup>333</sup> *Eym.* adds: in Clementinis

<sup>334</sup> *Eym.* adds the heading: Forma sententię interlocutorie ad supponendum aliquem questionibus et tormentis

<sup>335</sup> For the parenthetical words *Eym.* has: et frater N. in terris ditioni Talis domini subiectis a sancta sede apostolica specialiter delegatus

<sup>336</sup> *Eym.* adds: etc., then the heading: Instructio acutissima circa questiones reorum

<sup>337</sup> *Eym.*: ponatur

positum est. Si autem hec duo non concurrant, sed vnum tantum, vt pote varietas sine alijs indiçijs vel alia indicia sine varietate, ponetur in sententia vt inuenitur.

228A Sententia autem lata mox exequatur vel exequi simuletur. Non sit tamen iudex multum voluntarius ad questionandum aliquem. Nam questiones et tormenta non inferuntur nisi in defectu aliarum probationum, et ideo perquirat alias probationes. Quod si non inuenit et tenet probabiliter quod delatus est culpabilis sed metu negat veritatem, bonis modis et quandoque cautelosis interdum adhibitis, eius amicis inducentibus ad veritatem dicendam, faciat suam diligentiam vt ab ore eius habeat veritatem. Et negocium non festinet: nam meditatio frequens et carceris et<sup>a</sup> calamitas ac replicata informatio proborum virorum disponunt ad veritatem erudiendam.<sup>338</sup> Quod si delato conuenienter expectato et tempore congruenter prorogato ac delato multipliciter informato, credant fide bona episcopus et iudex<sup>339</sup> omnibus consideratis ipsum delatum negare veritatem, questionent eum moderate, sine tamen effusione sanguinis, scientes quod questiones sunt fallaces et inefficaces. Nam aliqui sunt ita moles corde et vecordes quod ad leuem torturam omnia concederent, quecunque falsa. Aliqui autem sunt ita pertinaces quod quantumcunque vexarentur, ab eis veritas non haberetur. Aliqui sunt qui fuerunt alias questionati, et istorum aliqui melius sustinent questiones, quia statim brachia trahuntur et flectuntur; aliqui autem remanent debiliores et sic minus sustinent questiones. Aliqui etiam sunt maleficiati et in questionibus maleficijs vtuntur qui ante morerentur quam aliquid faterentur. Efficiuntur enim quasi insensibiles. Quare in questionibus cum maxima prudentia est agendum et ad conditionem questionandi quam plurimum attendendum.

228B Cum autem lata fuerit, mox ministri se disponant ad questionandum delatum, et cum disponunt se, episcopus aut iudex<sup>340</sup> et per se et per alios bonos viros, fidei zelatores, inducant questionandum ad fatendum libere,<sup>341</sup> etiam compromittendo ad conseruationem vite si opus sit, vt supra tactum est. Quod<sup>342</sup> si nec sic poterit ad terrorem vel etiam ad veritatem fatendam induci, poterunt secundam diem vel tertiam assignare ad continuandum tormenta, non ad iterandum, quia iterari non debent

<sup>a</sup> Not in Eym. (and unnecessary)

<sup>338</sup> So too in 211C; Eym.: eruenda

<sup>339</sup> Eym.: inquisitor

<sup>340</sup> Eym.: inquisitor

<sup>341</sup> End (Eym. adds: veritatem; then comes a long passage that is reproduced in 211D–212D)

<sup>342</sup> Start of Eym. (481 2A–C)

nisi nouis superuenientibus indicijs contra eum, et tunc possunt, sed continuari non prohibetur. Dicent ergo sic.

“Et nos, N(omen), episcopus, et N(omen), iudex (si assit),<sup>343</sup> prefati, assignamus tibi, Tali, diem talem ad questiones continuandum, vt a tuo ore proprio veritas eruatur,” et totum ponatur in processu.

Et infra tempus eidem assignatum et per se et per alios probos viros inducent eum ad fatendum veritatem. Quod si fateri noluerit, die assignata poterunt questiones continuari, et sic questionetur eisdem vel alijs generibus<sup>a</sup> tormentorum fortius vel leuius secundum maiorem culparum grauitatem. Et poterunt iudices multas cautelas licitas adhibere et in verbis et in factis, vt veritas habeatur, quas magis docet experientia atque vsus et negociorum varietas quam ars alicuius seu doctrina.

Vbi autem decenter questionatus et tormentis expositus noluerit <sup>228C</sup> detegere veritatem, amplius non vexetur, sed libere abire dimittatur.<sup>344</sup> Si<sup>345</sup> autem perstiterit in ipsa confessione et prodiderit<sup>b</sup> veritatem, culpam propriam cognoscendo<sup>346</sup> et ab ecclesia veniam postulando, tanquam deprehensus in heresim<sup>c</sup> propria confessione sed penitens iuxta c. “<Ad><sup>d</sup> abolendam” § “Presenti” abiuret et sententialiter vt deprehensus publice condemnetur per modum quo condemnantur in heresim<sup>e</sup> deprehensi propria confessione, vt dicitur infra<sup>347</sup> in octauo modo expediendi huiusmodi deprehensos (videatur ibi).

Vbi vero veritatem prodiderit<sup>f</sup> et non penituerit,<sup>g</sup> sed in heresi pertinaciter perstiterit et relapsus non fuerit, condemnabitur iuxta c. “Ad abolendam” § “Presenti,” et expectatus competenter, informatus decenter tradetur brachio seculari vltimo supplicio feriendus, vt dicitur infra in decimo modo. Si autem relapsus fuerit, condemnabitur per modum quo dicitur infra in vndecimo<sup>h</sup> modo processum aliquem terminandi (videatur ibi).

<sup>a</sup> So Eym. (cf. 212D); ed. prin.: grauibus

<sup>b</sup> So Eym.; ed. prin.: proderit

<sup>c</sup> So Eym.; sc. -i

<sup>d</sup> So Eym.

<sup>e</sup> So Eym.; sc. -i

<sup>f</sup> So Eym.; ed. prin.: proderit

<sup>g</sup> So Eym.; ed. prin.: -erint

<sup>h</sup> So Eym.; ed. prin.: decimo

<sup>343</sup> For iudex . . . assit Eym. has: inquisitor

<sup>344</sup> End (Eym. goes on to say that someone who has refused to confess must be given a statement, if he so requests, to the effect that no proof of the charges has been found, and then he explains that in the case of a confession it must be repeated afterwards without torture)

<sup>345</sup> Start of Eym. (481 2D-482 1B)

<sup>346</sup> Eym.: recog-

<sup>347</sup> Not in Eym.

HIC AUTEM EST DILIGENTIUS attendendum quod ille qui questionandus est ante questiones interdum contra se nihil | confitetur nec<sup>348</sup>  
 228D aliquid probatur propter quod possit nec debeat heresim abiurare nec propter heresim condemnari, et de talibus agitur hic et dictum est statim, interdum autem<sup>a</sup> ipse delatus est in heresim<sup>b</sup> deprehensus vel alias sunt alia contra eum probata indicia propter que debet abiurare vt leuiter vel vehementer de heresi suspectus, propter que non est questionandus, sed si<sup>349</sup> vltra hoc negat aliqua que non probantur, sed sunt indicia sufficientia ad questiones, et cum pro talibus questionatur, sed<sup>350</sup> nihil propter questiones confiteatur, nihilominus<sup>351</sup> ista<sup>352</sup> non est absoluenda<sup>353</sup> iuxta primum modum, sed secundum probata contra eam procedatur. Et abiurabit vel vt suspectus vel vt deprehensus (si vir),<sup>354</sup> prout processus merita exigent<sup>355</sup> et requirent.<sup>356</sup> Si vero propter questiones confiteatur illa vel eorum aliqua propter que questionatur, tunc abiurabit hec et illa et pro istis et illis sententia contra eum est ferenda.<sup>357</sup>

QUESTIO XXIIJ: SUPER QUARTUM MODUM SENTENTIANDI  
 DELATAM ET SUSPECTAM LEUITER<sup>358</sup>

QUARTUS<sup>359</sup> MODUS PROCESSUM FIDEI sententiandi<sup>360</sup> et terminandi est quando delatus de heresi processus meritis | diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum reperitur tantum suspectus de heresi leuiter, et hoc est quando delatus de heresi non deprehenditur nec confessione propria nec facti euentia nec testium productione legitima,

<sup>a</sup> So *Eym.*; *ed. prin.*: at

<sup>b</sup> *Eym.*: -i

<sup>348</sup> *Eym. adds:* contra eum

<sup>349</sup> Not in *Eym.* (presumably inserted in an attempt to make sense of this sentence, which is not well composed in *Eym.*)

<sup>350</sup> *Eym.*: sed (presumably another change meant to improve the sense)

<sup>351</sup> Not in *Eym.*

<sup>352</sup> *Eym.*: iste

<sup>353</sup> *Eym.*: -us

<sup>354</sup> Parenthetical phrase not in *Eym.* (presumably a clumsy way of returning to the masculine forms in *Eym.* after the temporary use of the feminine)

<sup>355</sup> *Eym.*: -unt

<sup>356</sup> *Eym.*: -unt

<sup>357</sup> End

<sup>358</sup> Corresponding heading in *Eym.*: De quarto modo terminandi processum fidei per abiurationem de leui

<sup>359</sup> Start of *Eym.* (486 1C–D)

<sup>360</sup> So 100 Mem. (476); *Eym.*: finiendi (which is clearly correct)

nec alias sunt indicia fortia seu vehementia de illa heresi contra eum, sed tantummodo modica et leuia et talia esse per consilium iudicata<sup>a</sup> propter que vt suspectus leuiter de heresi potest et debet vt talis illam heresim de qua delatus extitit abjurare. Et talis, si relabatur, pena relapsis<sup>b</sup> debita non punitur, licet grauius tunc fuerit puniendus quam si non in ante abiurasset iuxta c. "Accusatus" in principio ("De hereticis," *Libro Sexto*).

Circa istum talis practica est seruanda. Talis enim si habetur suspectus publice, abiurabit publice in ecclesia<sup>361</sup> per modum qui sequitur in sententia.

"EGO,<sup>362</sup> TALIS, DIOCESIS TALIS, habitator ciuitatis vel loci Talis, in iudicio consitutus coram vobis, domino episcopo Talis ciuitatis,<sup>363</sup> sacrosanctis euangelijs positus coram me et proprijs manibus eis per me tactis, iuro me credere corde et profiteor ore illam sanctam fidem catholicam et apostolicam | quam sacrosancta romana ecclesia credit, confitetur, 229B predicat et obseruat.

"Item, iuro me credere corde et profiteor ore quod dominus Jesus Christus<sup>364</sup> cum omnibus sanctis detestatur heresim pessimam maleficarum et quod omnes illam insequentes seu illi adherentes eternis ignibus crutiabuntur cum diabolo et angelis eius eternaliter nisi resipiscant et ecclesie sancte per penitentiam reconciliati fuerint.

"Et<sup>365</sup> consequenter abiuro, abnego et reuoco illam heresim de qua habetis me suspectam vos domini episcopus et officialis,<sup>366, 367</sup> videlicet quod familiaritatem cum maleficis habui, eorum<sup>c</sup> errorem ignoranter defendi, odio habui inquisitores et illarum persecutores, seu etiam quod eorum<sup>d</sup> crimina non detexi.

<sup>a</sup> So *Eym.*; ed. prin.: in- (cf. 230A)

<sup>b</sup> So *Eym.*; ed. prin.: -i

<sup>c</sup> Sc. carum

<sup>d</sup> Sc. earum

<sup>361</sup> End (*Eym.* then gives information about where the abjuration is to take place if the denounced person was not publicly suspected)

<sup>362</sup> Start of *Eym.* (486 2C-487 1E), which has the heading: Forma abiurandi heresim quando delatus est suspectus leuiter

<sup>363</sup> *Eym.* adds: et fratre N., inquisitore heretice prauitatis in terris ditioni talis domini subiectis

<sup>364</sup> Pause (*Eym.* continues: exprimatur articulus catholicus contra heresim de qua leuiter est suspectus, verbi gratia [an example is set out]. Et post abiuret heresim contrariam sic.)

<sup>365</sup> Resume

<sup>366</sup> For officialis *Eym.* has: inquisitor

<sup>367</sup> Pause

“Item,<sup>368</sup> iuro quod nunquam predictam heresim credidi neque credo nec illi adhesi nec adhereo nec vnquam credam neque adherebo<sup>a</sup> nec illam docui nec docere intendo.

“Quod si aliquid predictorum fecerim<sup>369</sup> in futurum – quod deus auertat! – penis iuris taliter abiura<nti debi><sup>b</sup>tis prompto animo me submitto, paratus subire omnem penitentiam quam pro his que feci et dixi <pro quibus><sup>c</sup> merito me habetis suspectum volueritis mihi  
229C iniungere,<sup>d</sup> <et><sup>e</sup> illam iuro | pro viribus adimplere et<sup>f</sup> nullatenus contrahere. Sic<sup>g</sup> me deus adiuuet et hec euangelia sacrosanta.”

Predicta autem abuiratio fiat in vulgari, vt ab omnibus intelligatur. Qua facta iudex, si adest, aut officialis<sup>370</sup> potest sibi dicere publice in vulgari talia verba vel similia in effectum.

“Fili (vel filia),<sup>371</sup> tu suspicionem quam <de><sup>h</sup> te habebamus et<sup>i</sup> non immerito abiurasti et purgasti per abiurationem prelibatam: de cetero caueas tibi quod non incidas in hanc heresim abiuratam. Nam licet si peniteres non tradereris<sup>j</sup> brachio seculari, quia abiurasti tanquam suspectus leuiter et non vehementer, tamen tunc multo fortius punieris quam si non abiurasses et amodo pro modico habereris<sup>k</sup> suspecta<sup>372</sup> vehementer, et vbi vt talis abiurares et prolabereris,<sup>l</sup> pena relapsis debita punieris et absque misericordia tradereris<sup>m</sup> curie seculari vltimo supplicio ferienda.”

Si autem abiurat secrete in camera<sup>373</sup> episcopi vel in camera iudicis,<sup>374</sup> quando scilicet non est factum publicum, modo consimili abiurabit.

Quibus peractis feretur sententia in hunc modum.<sup>375</sup>

<sup>a</sup> So Eym.; ed. prin.: here-

<sup>b</sup> So Eym.

<sup>c</sup> So Eym.

<sup>d</sup> Ed. prin.: iniuu-

<sup>e</sup> So Eym.

<sup>f</sup> So Eym.; ed. prin.: vt

<sup>g</sup> So Eym.; ed. prin.: sicut (perhaps through confusion with the abbreviation sic; cf. 231A)

<sup>h</sup> So Eym.

<sup>i</sup> So Eym.; ed. prin.: vt (cf. 231A)

<sup>j</sup> So Eym.; ed. prin.: traderis

<sup>k</sup> So Eym.; ed. prin.: haberis

<sup>l</sup> So Eym.; ed. prin.: -laberis

<sup>m</sup> So Eym.; ed. prin.: traderis

<sup>368</sup> Resume

<sup>369</sup> Eym.: -ero

<sup>370</sup> For iudex . . . officialis Eym. has: inquisitor

<sup>371</sup> Parenthetical words not in Eym.

<sup>372</sup> Eym.: -us

<sup>373</sup> Eym.: palatio

<sup>374</sup> For iudicis Eym. has: eiusdem inquisitoris

<sup>375</sup> Eym. adds the heading: Forma ferendi sententiam seu iungendi penitentiam ei qui abiuravit vt suspectus leuiter

“NOS, MISERATIONE DIUINA EPISCOPUS Talis ciuitatis (aut 229D iudex, si adest, in terris Talis domini ditioni subiectis),<sup>376</sup> attendentes quod visis et diligenter consideratis processus meritis per nos facti contra te, Talem, delatum nobis de heretica prauitate, reperimus te talia et talia commisisse” – dicantur illa – “que te reddunt suspectum leuiter de heresi et propter que te talem merito habentes, te fecimus vt leuiter suspectum de predicta labe eandem heresim abiurare. Verum ne predicta per te commissa remaneant impunita<sup>3</sup> et vt efficiaris caucior in futurum, de multorum et magnorum consilio in iure peritorum ac etiam religiosorum in et super his habito maturo pariter et digesto, habentes pre oculis solum deum ac irrefragibilem sancte fidei catholice veritatem sacrosanctis euangelijs positis coram nobis, vt de vultu dei iudicium nostrum prodeat et oculi nostri videant equitatem, sedentesque pro tribunali more iudicum iudicantium, te, Talem, hic in nostra presentia personaliter constitutum, per modum qui sequitur condemnamus, sententiamus seu potius penitentiamus, scilicet ne de cetero vnquam scienter teneas, associates, verbis defendas,<sup>377</sup> legas seu habeas talem,<sup>378</sup> et ne deinceps” etc. (Ponantur illa que commisit propter que suspecta fuit habita<sup>379</sup> de predicta heretica prauitate.) Lata fuit hec sententia (seu penitentia) . . .<sup>380</sup>

Caueatque notarius quod in processu ponat quod talis abiuratio est facta tanquam per suspectum habitum de heresi leuiter et non vehementer: alias periculum magnum esse posset.<sup>381</sup>

QUESTIO XXIIIIJ: SUPER QUINTUM MODUM SENTENTIANDI  
SUSPECTAM VEHEMENTER<sup>382</sup>

QUINTUS MODUS PROCESSUM FIDEI finiendi et terminandi est quando delata de heresi processus meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum reperitur suspecta de heresi vehementer, et hoc est quando delata de heretica prauitate non reperitur legitime deprehensa nec confessione propria nec facti euidencia nec testium productione legitima, sed sunt magna et grauia probata indicia contra eam, et

<sup>3</sup> *Ed. prin.*: ipnni-

<sup>376</sup> *For the parenthetical words Eym. has:* et frater etc. vt in predictis

<sup>377</sup> teneas . . . defendas: *not in Eym.*

<sup>378</sup> *Eym. adds:* librum.

<sup>379</sup> *For suspecta . . . habita Eym. has:* suspectus habitus fuit

<sup>380</sup> *Eym. adds:* etc.

<sup>381</sup> *End*

<sup>382</sup> *Start of Eym. (492 2B–494 2A), which begins with the heading:* De quinto modo terminandi processum fidei per abiurationem de vehementi; *then:* Quintus modus . . .

230B talia per consilium iudicata<sup>a</sup> que illam reddunt suspectam | vehementer de predicta heretica prauitate.<sup>383</sup>

Circa istum talis practica est seruanda. Talis nanque debet vt suspectus vehementer de tali heresi abiurare illam hereticam prauitatem, ita quod si postmodum relabatur, pena relapsis<sup>b</sup> debita puniatur, hoc est, quod tradatur brachio seculari vltimo supplicio ferienda iuxta c. “Accusatus” in principio (“De hereticis,” *Libro Sexto*). Et abiurabit publice vel secrete secundum quod suspectus est habitus publice vel secrete et apud plures vel pauciores et graues vel leues, vt dictum est statim de illo qui est suspectus leuiter de heresi, et habet vt talis<sup>c</sup> heresim abiurare.

Modus autem disponendi ad abiurationem talis est.<sup>384</sup> Adueniente<sup>385</sup> nanque<sup>386</sup> die dominica ad abiurationem faciendam et ad audiendam sententiam (seu penitentiam) abiurando imponendam, predicator<sup>387</sup> sermonem faciet generalem. Quo facto legantur publice per notarium<sup>388</sup> vel clericum ea de quibus ipse abiurandus est conuictus et alia ex quibus habitus suspectus de heresi vehementer. Post dicetur sibi per iudicem vel officialem:<sup>d</sup><sup>389</sup> “Ecce quod ex hic recitatis tu es nobis suspectus de tali heresi vehementer, quare oportet quod tu purges te et abiures heresim supradictam.” Et tunc ponetur coram abiurando liber euangeliorum, et ipse ponet manum super illum, et si scit legere competenter, tradetur sibi sequens abiuratio in scriptis et leget coram omni populo. Si autem nesciat legere competenter, notarius<sup>390</sup> legat<sup>391</sup> ea spaciose et abiurandus respondebit alta et intelligibili voce per hunc modum. Nam notarius vel clericus dicet sic: “Ego Talis de Tali loco,” et iste respondebit per eadem verba; et ille: “in iudicio constitutus,” et iste respondebit per eadem verba (in vulgari semper), et sic quousque abiuratio sit finita. Et abiurabit per formam tenoris sequentis.<sup>392</sup>

“Ego, Talis de Tali loco, Talis diocesis, in iudicio personaliter constitutus coram vobis venerandis dominis episcopo Talis ciuitatis et Tali

<sup>a</sup> *So Eym.; ed. prin.: in- (cf. 229A)*

<sup>b</sup> *So Eym.; ed. prin.: -i*

<sup>c</sup> *So Eym.; ed. prin.: -ē (cf. 229A, C)*

<sup>d</sup> *Ed. prin.: officium (cf. 229C)*

<sup>383</sup> *In Eym., all the forms in this parag. that refer to the suspect are masculine.*

<sup>384</sup> *Pause (Eym. then gives a section on public notification of the impending abjuration)*

<sup>385</sup> *Resume (493 1B)*

<sup>386</sup> *Eym.: autem*

<sup>387</sup> *Eym.: inquisitor*

<sup>388</sup> *Eym. adds: vel aliquem fratrem*

<sup>389</sup> *For iudicem . . . officialem Eym. has: inquisitorem*

<sup>390</sup> *Eym. adds: vel aliquis religiosus seu clericus*

<sup>391</sup> *Eym.: -et*

<sup>392</sup> *Eym. adds the heading: Forma abiurandi heresim quando delatus est suspectus vehementer*

iudice<sup>393</sup> in terris ditioni Talis domini subiectis, sacrosanctis euangelijs positis coram me proprijs manibus per me tactis, iuro me credere corde et profiteor ore illam sanctam fidem catholicam et apostolicam quam sacrosancta romana ecclesia docet, profitetur, predicat et tenet.

230D

“Item, iuro me credere corde et profiteor ore quod” etc.

Explicetur articulus catholicus contrarius illi heresi de qua vehementer est suspectus, vt verbi gratia<sup>394</sup> si est de heresi maleficarum, dicitur sic: “Juro me credere quod non solum simplices heretici aut scismatici eternis ignibus crutiabuntur, verum super omnes heresi maleficarum infecti, demonijs fidem quam in sacro fonte baptismatis perceperunt abnegantes et spurcitijs diabolicis pro implendis eorum<sup>a</sup> prauis desiderijs insistent hominibus, iumentis, terre frugibus plurima nocumenta inferentes.

“Et<sup>395</sup> consequenter abiuro abnego et reuoco illam heresim seu potius infidelitatem que false et mendaciter asserit<sup>396</sup> non aliquam maleficam in terris et quod nemo credere debeat illas posse nocumenta inferre auxilio demonum, cum talis infidelitas expresse militat, vt iam cognosco, aduersus determinationem sancte matris ecclesie et omnium catholicorum doctorum, imo et aduersus leges imperiales, que huiusmodi comburendas decreuerunt.

“Item,<sup>397</sup> iuro quod nunquam predicte heresi credidi” – supple “per-<sup>231A</sup> tinaciter”<sup>398</sup> – “neque nunc credo neque credam nec adhereo de presenti nec adherere intendo nec docui nec docere intendo nec docebo.

“Item iuro et promitto quod talia et talia” – exprimentur – “propter que habetis me suspectum de huiusmodi heresi vehementer nunquam faciam nec operam vt fiant dabo.

“Quod si aliquid de predictis fecero in futurum – quod deus auertat! – penes de iure relapsis debitis prompto animo me submitto, paratus subire omnem penitentiam quam pro his que feci et dixi propter que habetis me suspectum de dicta heresi vehementer decreueritis mihi iniungere, et illam iuro et promitto pro viribus adimplere et nullatenus contraire.

“Sic me deus adiuuet et hec euangelia sacrosancta!”

Predicta autem abiuratio fiat in vulgari, vt ab omnibus capiatur, nisi fieret solummodo coram personis ecclesiasticis qui linguam latinam

<sup>a</sup> Sc. earum

<sup>393</sup> For iudice Eym. has: fratre, inquisitore heretice prauitatis

<sup>394</sup> Pause (Eym. then gives an example, from which the following dicitur sic is borrowed)

<sup>395</sup> Resume (493 2A)

<sup>396</sup> End (Eym. gives details that are modified here)

<sup>397</sup> Resume

<sup>398</sup> Clause not in Eym.

intelligerent competenter. Si autem abiurauerit secreta, scilicet in palacio episcopi<sup>399</sup> vel camera episcopi,<sup>400</sup> quando scilicet factum non est publicum, modo consimili abiurabit.

231B Facta autem predicta abiuratione<sup>401</sup> iudex aliusabit eum (vt supra) quod non incidat relabendo in penam relapsorum.

Sit<sup>402</sup> cautus notarius quod ponat in actis quomodo talis abiuratio facta est per talem, vt per suspectum de heresi vehementer,<sup>403</sup> ad hoc vt si relaberetur, sciretur qualiter puniretur,<sup>a</sup> quia pena relapsis debita.

Quibus peractis feretur sententia seu penitentia in hunc modum.<sup>404</sup>

231C “NOS, N(OMEN), EPISCOPUS TALIS ciuitatis, et frater (si assit),<sup>405</sup> N(omen), inquisitor heretice prauitatis, in terris Talis domini ditioni subiectis a sancta sede apostolica specialiter delegatus, attendentes quod tu, Talis de Tali loco et Talis diocesis, talia et talia commisisti” – dicantur illa – “vt ex processu meritis diligenter discussis legitime nobis constat, propter que merito habemus te suspectum vehementer de tali heretica prauitate, et<sup>406</sup> vt taliter suspectum te fecimus abiurare de magno consilio in iure peritorum iustitia suadente. Verum vt efficiaris cautior in futurum et ne reddaris procliuior ad similia peragenda et ne crimina permaneant impunita vt sis ceteris | delinquentibus in exemplum, de multorum et magnorum in iure consilio peritorum ac etiam in facultate theologica magistrorum seu doctorum, in et super his habito maturo et digesto, habentes pre oculis solum deum ac sancte fidei catholice et apostolice veritatem sacrosanctis euangelijs positis coram nobis, vt de vultu dei iudicium nostrum prodeat et oculi nostri videant equitatem, sedentesque pro tribunali more iudicum iudicantium, te, Talem, hic in nostra presentia personaliter consitutum, forma que sequitur condemnamus seu potius penitentiamus, videlicet ne deinceps talia vel talia facere vel dicere aut docere presumas.” Ponantur illa que conuincitur commississe propter que fuit suspectus habitus de predicta heresi vehementer et nonnulla que si committeret, incideret leuiter in relapsum. Sed alia sibi

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: puu-

<sup>399</sup> *Eym. adds*: vel in capitulo fratrum

<sup>400</sup> *Eym. adds*: vel inquisitoris

<sup>401</sup> *Pause* (*Eym. continues with a warning similar to the one in 229C that the inquisitor may say to the abjurer; the rest of the sentence gives the general sense*)

<sup>402</sup> *Resume* (493 2D)

<sup>403</sup> *Eym. adds*: et non solum leuiter

<sup>404</sup> *Eym. adds the heading*: Forma sentiendi eum qui abiurauit vt suspectus vehementer

<sup>405</sup> *Parenthetical words not in Eym.*

<sup>406</sup> *Eym.*: illam

imponantur, prout negocij varietas expostulat et requirit, vtpote quod nunquam scienter habeat talia exercitia vel ne eos quos sciuerit abiurasse receptet et similia. "Lata fuit hec sententia . . ." <sup>407</sup>

Attendum <sup>408</sup> autem quod suspecti de heresi | et non deprehensi, <sup>231D</sup> siue sint suspecti vehementer siue leuiter, non debent perpetuo incarcerari nec perpetuo immurari, quia hec est pena illorum qui fuerunt heretici et postea penituerunt, vt patet in c. "Excommunicamus" ij ("De hereticis," *Libro Sexto*), sed possunt propter illa que commiserunt, ex quibus habiti sunt suspecti, ad certum tempus carceri mancipari et postmodum, prout videbitur, dispensari iuxta c. "Vt commissi" ("De hereticis," *Libro Sexto*).

Nec huiusmodi suspecti sunt crucibus consignandi. Nam cruces sunt insignia heretici penitentis, suspecti autem non fuerunt heretici habiti, quare non sunt consignandi. Potest tamen eis imponi quod stent certis diebus solennibus in valuis talium ecclesiarum, vel circa altaria dum missarum solennia celebrantur, habentes in manibus cereum ardentem tanti ponderis, vel quod vadant ad talem peregrinationem et similia, prout negocij qualitas expetit et requirit. <sup>409</sup>

QUESTIO XXV SUPER SEXTUM MODUM SENTENTIANDI  
DELATAM VIOLENTER SUSPECTAM

SEXTUS <sup>a, 410</sup> MODUS PROCESSUM FIDEI <sup>411</sup> terminandi est quando <sup>232A</sup> delatus de heretica prauitate processus meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum reperitur de heresi suspectus violenter, <sup>b</sup> et hoc est quando delatus ipse non reperitur legitime deprehensus confessione propria nec facti euidencia nec testium productione legitima, sed sunt indicia non leuia solum vel vehementia sed fortissima et violentissima que ipsum delatum reddunt merito suspectum de dicta heresi violenter et propter que talis debet vt suspectus violenter de <sup>412</sup> dicta heresi iudicari.

<sup>a</sup> The initial (hand-written) capital was written erroneously as a "T" in the copy used for Schryder's facsimile.

<sup>b</sup> So Eym.; ed. prin.: vehementer

<sup>407</sup> Pause (Eym. adds: etc., then gives a paragraph about the next three steps that an inquisitor may take)

<sup>408</sup> Resume (494 1E)

<sup>409</sup> End

<sup>410</sup> Start of Eym. (495 1E-498 1B) (in Eym.'s original text this directly follows the previous section and begins with the heading: De sexto modo terminandi processum fidei in casu violenter suspecti)

<sup>411</sup> Eym. adds: finiendi et

<sup>412</sup> Pause (Eym. continues: heresi abiurare)

Et vt modus iste clarius intelligatur, demus exempla tam de simplici heresi in fide quam et de heresi maleficarum. Nam in simplici heresi casus contingeret quando delatus ipse non reperitur legitime deprehensus confessione propria etc. (vt supra), tamen propter<sup>413</sup> aliquid quod dixit vel egit, vtpote citatus in non causa fidei sustinuit excommunicationem per annum vel plus, talis iam est suspectus leuiter de heresi, quia hoc non caret scrupulo heretice prauitatis (“De Penis” c. 232B “Grauem”); citatus<sup>414</sup> autem responsurus de fide vbi<sup>415</sup> non compareret, sed rennuit contumaciter comparere, propter quod excommunicatur: tunc fit suspectus de heresi vehementer. Nam tunc<sup>416</sup> leuis suspicio transit in vehementem. Et si sustinet illam excommunicationem per annum animo pertinaci, tunc fit suspectus de heresi violenter. Nam et tunc<sup>417</sup> vehemens suspitio transit in violentam, contra quam non admittitur defensio, imo ex tunc talis est vt hereticus condemnandus, vt patet per c. “Cum contumacia” et notatur ibidem (*Libro Sexto*).<sup>418</sup>

In heresi vero maleficarum exemplificatur super violentam suspicionem quando dixit et egit aliqua que a maleficis practicantur quando volunt aliquem maleficari, et quia hoc commune est vt verbis comminatorijs aut factis per visum vel tactum se habeant manifestare, et triplici ex causa, vt peccatum in iudicibus aggrauetur, et vt simplices eo facilius seducantur, et vt deus peramplius offendatur et maior seuiendi in homines sibi facultas relinquatur, vnde violenter malefica fit<sup>a</sup> suspecta quando post verba comminatoria, dicendo: “Faciam tibi que in breui senties” vel similia in sententia, et post verba effectus aliquis in ipso vel in alio fuit subsecutus. Tunc enim non leuiter fit suspecta, sicut 232C qui propter familiaritatem habitam cum maleficis fuerunt | suspecti aut qui procare ad amorem inordinatum aliquem voluissent (vide supra de tribus suspicionibus: leui, vehementi et violenta).

Nunc videndum est qualis<sup>419</sup> practica sit cum talibus seruanda. Nam circa violenter suspectum in simplici heresi hec practica seruatur. Nam

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: fit, but cf. *exc.* in the next sentence and in 232B

<sup>413</sup> *Resume (Eym. begins*: vtpote propter aliquid quod dixit vel egit, vt quia sustinuit excommunicationem per annum vel plus in causa fidei. Qui enim sustinet excommunicationem per annum vel plus, licet in non causa fidei, est suspectus leuiter de heresi, quia hoc non caret scrupulo heretice prauitatis (“De penis,” c. “Grauem”).

<sup>414</sup> *For* citatus autem *Eym. has*: et si

<sup>415</sup> *Not in Eym.*

<sup>416</sup> *Not in Eym.*

<sup>417</sup> et tunc: *not in Eym.*

<sup>418</sup> *Pause*

<sup>419</sup> *Resume (495 2C) (Eym. begins*: Circa istum talis practica est seruanda. Iste enim licet fortasse . . .)

licet in re fortassis non sit hereticus, vtpote quia non habet errorem in mente nec de illo pertinaciam in voluntatem,<sup>a</sup> vt notat archidiaconus super c. allegato, nihilominus est vt hereticus condemnandus propter predictam suspicionem violentam contra quam non est probatio admit-tenda.

Condemnatur autem heretica sic<sup>20</sup> quod si nolit resilire et heresim abiurare et satisfactionem condignam exhibere,<sup>b</sup> traditur brachio seculari animaduersione debita puniendus iuxta c. "Ad abolendam" § "Presenti." Si autem velit et consentiat, cum effectu abiurat<sup>c</sup> heresim et carceri perpetuo mancipatur iuxta c. "Excommunicamus" ij ("De hereticis").

Pari forma ille qui sic est suspectus de heresi violenter.<sup>21</sup>

Circa suspectum autem violenter super heresim maleficarum, licet idem modus esset obseruandus, tamen mitiori modo procedendo, aduertendum quod | si stabit in negatiua, asserens, prout facere solent, quod 232D non ea intentione verba illa protulerit sed ex vehementi et muliebri passione, vnde et iudici non videtur ipsam igni posse adiudicare non obstante violenta suspitione, tunc iudex ea in carceribus detenta inquirat et proclamare<sup>d</sup> faciat si in similibus dudum notata fuisset, et si sic, vtrum publice sit de tali heresi diffamata, ex quibus procedere ad vteriora potest, taliter vt ante omnia questionibus <et><sup>e</sup> tormentis exponatur, et si indicia apparuerint super talem heresim aut super maleficium taciturnitatis, puta quia lachrymas non effudit, imo et quasi insensibilis ad tormenta reperitur, quia videlicet cito post tormenta omnibus viribus restituitur, tunc procedat per varias cautelas supra positas, vbi de similibus agitur.

Et in casu quo omnia deficerent, tunc aduertat quod si similia dudum perpetravit, tunc omnino non est dimittenda, sed per annum adminus squaloribus carceris mancipanda et crutianda, sepissime etiam exami-nanda, precipue sacratoribus diebus. Si autem diffamata cum hoc, licet tunc iudex per ea que super tacta sunt circa simplicem heresim ipsam posset igni adiudicare, precipue propter multiplicationem testium et

<sup>a</sup> Sc. -e (so Eym.)

<sup>b</sup> Sc. exhi-

<sup>c</sup> Ed. prin.: ad-

<sup>d</sup> Classical Latin would require a passive infinitive, but the construction here follows many western European languages in using an active one after a verb of command.

<sup>e</sup> So repeatedly in the Mem.

<sup>420</sup> For condemnatur . . . sic Eym. has: hereticus autem taliter condemnatur

<sup>421</sup> Pause (Eym. gives a long discussion of how to treat someone who refuses to make the required abjuration)

233A quia sepius in similibus vel in alijs maleficijs fuit notata, tamen | quia cum pietate procedere vult, ideo indicet ei canonicam purgationem, vt videlicet xx aut xxx compurgatores habeat, et procedat, prout in secundo modo sententiandi tactum est, ita videlicet indicando sibi quod si in purgatione defecerit, quod tunc tanquam rea igni adiudicabitur. Et secundum hoc iudex procedere potest.

In casu vero quo se purgaret, tunc abiurationem omnis heresis cum pena relapsorum ac perpetua penitentia per modum<sup>a</sup> qui sequitur in sententia formanda faciat, et modus disponendi ad abiurationem talis est<sup>422</sup> vt dictum est in quarto et quinto modis precedentibus processum fidei terminandi.

Nota etiam quod in sequentibus modis omnibus sententiandi, vbi iudices per viam pietatis procedere vellent, tunc per modum iam tactum procedere possent, sed quia seculares iudices varijs suis vtuntur modis iuxta rigorem et non semper iuxta equitatem procedentes, ideo ipsis infallibilis regula et modus assignari non potest, sicut iudici ecclesiastico qui abiurationem recipere potest sub perpetua penitentia per modum qui sequitur.

233B “Ego,<sup>423</sup> Talis de Tali loco, Talis diocesis, in iudicio personaliter constitutus coram vobis, venerabilibus dominis episcopo Talis ciuitatis et iudicibus,<sup>424</sup> | sacrosantis euangelijs positus coram me eis que proprijs manibus per me corporaliter tactis, iuro me credere corde et profiteor ore illam sanctam fidem catholicam et apostolicam quam sacrosancta romana ecclesia tenet, profitetur, credit, predicat atque docet, et consequenter abiuro omnem heresim et abnego et reuoco<sup>425</sup> extollentem se aduersus sanctam romanam et apostolicam ecclesiam, cuiuscunque secte fuerit vel erroris.<sup>426</sup>

“Item,<sup>427</sup> iuro et promitto talia et talia” – exprimantur illa – “que egi seu dixi propter que et ex culpa mea habetis me suspectum de dicta heresi violenter deinceps nunquam faciam vel dicam vel<sup>428</sup> quod fiant operam dabo.

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -nm

<sup>422</sup> *Cf.* modus autem disponendi talis erit, which introduces the omitted details about treating someone who refuses to abjure

<sup>423</sup> *Resume* (496 1E). A second version of the text 233A–B follows immediately afterwards in 233B–D (presumably only one of the alternative versions was meant to be included in the final draft but both were accidentally included).

<sup>424</sup> *For* iudicibus *Eym. has:* fratre N., inquisitore heretice prauitatis in terris talis domini a sancta sede apostolica specialiter delegato

<sup>425</sup> *For* abiuro . . . reuoco *Eym. has:* abiuro, abnego et reuoco omnem

<sup>426</sup> *Pause* (*Eym.* then gives extensive details relating to the heresy being abjured)

<sup>427</sup> *Resume* (496 2C)

<sup>428</sup> *Eym.*: nec (omitted in second version and perhaps not in *Institoris's* copy of *Eym.*)

"Item, iuro et promitto quod omnem penitentiam quam mihi iniungere volueritis pro predictis <pro><sup>a</sup> viribus adimplebo nec contraueniam in aliquo.

"Sic me deus adiuuet et ista sacrosancta euangelia!

"Quod si contra abiurata<sup>429</sup> fecero in futurum<sup>430</sup> – quod deus auertat! – extunc<sup>431</sup> penis de iure relapsis debitis nunc pro tunc obligo et astringo quatenus illis ferior."<sup>432</sup>

Sit cautus notarius quod scribar<sup>433</sup> in actis quod dicta abiuratio est facta per vnum<sup>434</sup> de heresi violenter suspectum, vt si probaretur<sup>435</sup> post relapsus, vt tunc<sup>436</sup> talis iudicaretur talis et traderetur<sup>437</sup> brachio seculari.<sup>438</sup>

"Ego,<sup>439</sup> Talis de Tali loco, Talis diocesis, in iudicio personaliter constitutus coram vobis, | venerabilibus dominis N(omine) episcopo Talis ciuitatis <et><sup>440</sup> iudicibus<sup>441</sup> in terris Talis domini, sacrosantis euangelijs positus coram me eis que proprijs manibus per me corporaliter tactis, iuro me credere corde et profiteor ore illam sanctam fidem catholicam et apostolicam quam sacrosancta romana ecclesia tenet, profiteretur, credit, predicat atque docet, et consequenter abiuro, abnego et reuoco omnem heresim extollentem se aduersus sanctam romanam et apostolicam ecclesiam, cuiuscunque secte fuerit vel erroris."<sup>442</sup>

"Item,<sup>443</sup> iuro et promitto et<sup>b</sup> talia et talia" – exprimantur illa – "que egi seu dixi propter que et ex culpa mea habetis me suspectum de dicta heresi violenter deinceps nunquam faciam vel doceam <nec><sup>c</sup> quod fiant operam dabo.

<sup>a</sup> So Eym.

<sup>b</sup> Not in Eym. and unnecessary

<sup>c</sup> So Eym. (oddly, this appears as vel in the preceding version of the formula)

<sup>429</sup> Eym. adds: vel iurata

<sup>430</sup> Eym. adds: diabolo instigante, which appears in the second version

<sup>431</sup> Not in Eym.

<sup>432</sup> Eym.: feriar; he adds: cum legitime constiterit me contrafecisse, which appears in the second version

<sup>433</sup> Eym.: inscrib-

<sup>434</sup> Eym.: talem

<sup>435</sup> Eym. adds: abiurans

<sup>436</sup> Not in Eym.

<sup>437</sup> For vt . . . traderetur Eym. has: vt si probaretur, abiurans relapsus iudicaretur, et vt talis tradetur (so too, with a minor variant, in the second version)

<sup>438</sup> End of first version

<sup>439</sup> Start of second version of the text in 233B-C

<sup>440</sup> So Eym. (presumably omitted by accident)

<sup>441</sup> Eym.: fratre N., inquisitore heretice prauitatis in terris talis domini a sancta sede apostolica specialiter delegato

<sup>442</sup> Pause (Eym. then gives extensive details relating to the heresy being abjured)

<sup>443</sup> Resume (496 2C)

“Item, iuro et promitto quod omnem penitentiam quam mihi iniungere volueritis pro predictis pro viribus adimplebo nec contraueniam in aliquo.

“Sic me deus adiuuet et ista sacrosancta euangelia!

“Quod si contra abiurata vel iurata fecero in futurum diabolo instigante – quod deus auertat! – penis de iure relapsis debitis nunc pro tunc me obligo et astringo quatenus illis ferior,<sup>444</sup> cum legitime constiterit me contra fecisse.”<sup>a</sup>

<sup>233D</sup> Sit cautus notarius quod scribat<sup>b</sup> in actis quod dicta abiuratio est | facta per Talem tanquam per habitum suspectum de heresi violenter, vt si probaretur, abiuratus<sup>445</sup> relapsus iudicaretur et vt talis traderetur brachio seculari.<sup>446</sup>

QUIBUS<sup>447</sup> SIC ACTIS ABSOLUAT eum a sententia excommunicationis de qua est suspectus habitus violenter, quod inciderit sicut<sup>448</sup> in heresibus supradictis. Vnde sicut hereticus, cum redijt et abiurat, est a sententia excommunicationis absoluendus, quia omnis hereticus est excommunicatus iuxta c. “Excommunicamus” i et ij (“De hereticis”) et etiam iuxta c. “Ad abolendam” in principio, sic talis de quo agitur, cum sit vt hereticus condemnandus, vt dictum est prius, postquam abiurauerit, est ab excommunicationis sententia absoluendus.<sup>449</sup>

Et<sup>450</sup> absolute facta feretur sententia seu penitentia per modum tenoris sequentis.<sup>451</sup>

“NOS, N(OMEN), EPISCOPUS TALIS ciuitatis et” – si adest – “iudex Talis<sup>452</sup> Talis domini, attendentes quod tu, Talis de Tali loco Talis diocesis, fuisti nobis delatus de talibus et talibus fidem sanctam tangentibus” – exprimantur illa – “et quod nos processimus ad informandum nos super illis, vt iustitia suadebat, et meritis processus diligenter examinatis et omnibus actis et actitatis in causa presenti, inuenimus te talia

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -esse

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: as-

<sup>444</sup> *Eym.*: feriar

<sup>445</sup> *Eym.*: abiurans

<sup>446</sup> *Pause (and end of second version of the abjuration) (Eym. then gives details about subsequent procedure that repeat material already presented; cf. 231A–B with 229C)*

<sup>447</sup> *Resume (497 1B)*

<sup>448</sup> *Not in Eym. (perhaps added in an attempt to clarify Eym. 3 unclearly composed sentence)*

<sup>449</sup> *Pause (Eym. then gives the details of lifting the excommunication)*

<sup>450</sup> *Resume (497 2A)*

<sup>451</sup> *Eym. adds the heading: Forma ferendi sententiam siue iniungendi penitentiam ei qui fuit habitus suspectus de heresi violenter*

<sup>452</sup> *For si . . . talis Eym. has: frater N., inquisitor heretice prauitatis in terris talis domini a sancta sede apostolica specialiter delegatus*

et talia commisisse” – explicentur illa – “ea propter et non immerito<sup>a</sup> de tali heresi” – explicentur illa – “te suspectum violenter habentes fecimus | te vt taliter suspectum omnem heresim generaliter publice ab-  
 234A  
 iurare, prout nobis mandant canonice sanctiones. Sane cum secundum eadem canonica instituta omnis talis sit vt hereticus condemmandus et tu saniori consilio inherendo et ad gremium sancte matris ecclesie redeundo abiuraueris” – vt premittitur – “omnem hereticam prauitatem, propter quod absoluimus te a sententia excommunicationis qua vt obnoxius dei ecclesie astrictus merito tenebaris, si tamen de corde vero et fide non ficta reuersus es ad ecclesie vnitatem, idcirco inter penitentes deinceps computaris,<sup>453</sup> ad misericordie sinum sacrosancta ecclesia te recipiens<sup>454</sup> de presenti. Verum quia indignum valde existit offensas diuinas impunitas conuiuentibus<sup>b</sup> oculis pertransire et iniurias hominum castigare, cum grauius sit diuinam quam humanam ledere maiestatem, et ne tua crimina incentiuum existant alijs delinquendi et vt<sup>455</sup> efficiaris cauior in futurum ac minus procliuus reddaris in posterum ad predicta seu similia committenda, vt<sup>456</sup> in futuro seculo leuius patiaris, nos, episcopus et | iudex<sup>457</sup> prefatus,<sup>458</sup> prehabito in et super his sano  
 234B  
 et maturo consilio peritorum, sedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, habentes pre oculis solum deum et sancte fidei irrefragabilem veritatem, sacrosanctis euangelijs positis coram nobis, vt de vultu dei iudicium nostrum prodeat et oculi nostri videant equitatem, te, Talem, in nostra presentia personaliter constitutum, hac die et hora tibi in antea assignatis sententialiter per modum qui sequitur condemnamus seu potius penitentiamus: in primis quod statim induaris super vestes omnes quas defers veste liuida ad modum scapularis monachi sine caputio facta, ante et retro habente cruces de panno croceo longitudinis palmarum trium et latitudinis duorum, quam vestem deferre habeas super omnes vestes alias per tantum tempus” – exprimat: vnus anni vel duorum vel plus vel minus, prout culpa exegerit<sup>c</sup> delinquentis – “et nihilominus cum dicta veste et crucibus stes in porta talis ecclesie tali et tanto tempore, scilicet in quattuor festis principalibus virginis |  
 234C  
 gloriose (vel talibus et talibus festiuitatibus) in valuis talis et talium

<sup>a</sup> *Ed. prin.:* -eto

<sup>b</sup> *So Eym.; ed. prin.:* conuiuent-

<sup>c</sup> *So variant of Eym. (the main text has: exiget); ed. prin.:* -igerit

<sup>453</sup> *Eym.:* computaberis

<sup>454</sup> *Eym.:* recipiente

<sup>455</sup> *Eym. adds:* tu

<sup>456</sup> *Eym.:* et vt

<sup>457</sup> *Eym.:* inquisitor

<sup>458</sup> *Eym.:* prefati

ecclesiarum, teque ad talem carcerem ad perpetuum (vel ad tale tempus) sententialiter condemnamus.” Ponantur illa que videbuntur magis ad honorem fidei expedire, attenta culpe maioritate vel minoritate<sup>459</sup> seu contumacia delinquentis; et sequatur: “retinentes nobis ex certa scientia et expresse, vt nobis concedunt canonica instituta, quatenus dictam penitentiam possumus mitigare, aggrauare, mutare, tollere in toto et in parte, totiens quotiens nobis visum fuerit faciendum. Lata fuit hec sententia . . .”<sup>460</sup>

Qua lecta mox executioni debite demandetur et induatur veste predicta cruces huiusmodi continente.<sup>461</sup>

QUESTIO XXVI: SUPER MODUM SENTENTIANDI DELATAM<sup>a</sup>  
SUSPECTAM ET DIFFAMATAM

234D SEPTIMUS<sup>462</sup> MODUS PROCESSUM FIDEI finiendi et terminandi est quando delatus de heretica prauitate processus meritis diligenter discussis cum bono consilio peritorum in iure reperitur suspectus de heresi et etiam diffamatus, et hoc est quando delatus ipse non reperitur legitime deprehensus nec propria confessione nec facti euidencia nec testimonium legitima productione, sed reperitur publice diffamatus ac etiam reperiuntur indicia contra eum que ipsum reddunt suspectum alias de heretica prauitate leuiter vel vehementer, vtpote quia habuit magnam familiaritatem cum hereticis, qualis fuit ille de quo agitur in capitulo “Jnter sollicitudines” (“De purgatione canonica”). Et tali ratione infamie est indicenda canonica purgatio, et ratione suspicionis debet heresim aburrare iuxta c. allegatum “Jnter sollicitudines.”

Circum istum talis practica est seruanda. Talis enim sic publice de heresi diffamatus et vltra infamiam ex alijs indicijs suspectus habitus de heretica prauitate in primis purgabit se publice per modum<sup>463·464</sup> quo in secundo modo tactum est. Qua<sup>465</sup> purgatione expleta per ipsum diffamatum mox idem diffamatus, vt suspectus aliter et ex alijs indicijs heresim<sup>b</sup>

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: debitam

<sup>b</sup> *So Eym.; ed. prin.*: -i

<sup>459</sup> *For culpe . . . minoritate Eym. has: culpa maiori vel minori*

<sup>460</sup> *Eym. adds: etc.*

<sup>461</sup> *End (Eym. then gives details of final words to be said to the convict and the audience)*

<sup>462</sup> *Start of Eym. (500 2B–507 1B) (in Eym.'s original text this directly follows the preceding section)*

<sup>463</sup> *Eym.: hunc modum*

<sup>464</sup> *Pause (Eym. then gives details of the purgation)*

<sup>465</sup> *Resume (501 1B)*

de qua est suspectus habitus predictum habens librum<sup>466</sup> euangeliorum coram positus<sup>a</sup> | abiurabit per hunc modum.<sup>467</sup>

235A

"Et<sup>468</sup> ego, Talis de Tali loco, Talis diocesis, coram vobis venerabilibus dominis meis, N(omine), episcopo talis ciuitatis et iudice<sup>469</sup> in terris talis domini, in iudicio consitutus personaliter, sacrosanctis euangelijs positus coram me eisque proprijs manibus corporaliter per me tactis, iuro me credere corde ac profiteor ore illam sanctam fidem catholicam quam romana ecclesia credit, profitetur, predicat et obseruat, et consequenter abiuro, abnego et reuoco omnem heresim extollentem se aduersus sanctam et apostolicam ecclesiam, cuiuscunque secte fuerit<sup>b</sup> seu erroris."<sup>470</sup> Et postea, vt supra tactum est.

"Jtem,<sup>471</sup> iuro et promitto quod talia et talia que egi propter que et merito sum de tali diffamatus et vltra vos me habetis suspectum" – exprimentur illa – "nunquam deinceps faciam seu dicam neque operam dabo quod fiant.

"Jtem, iuro et promitto quod omnem penitentiam quam mihi iniungere decreueritis pro predictis pro viribus adimplebo nec contraveniam in aliquo.

"Sic me deus adiuuet et ista euangelia sacrosancta!

"Quod si contra predicta iurata et abjurata fecero in futurum – quod<sup>235B</sup> deus auertat! – a<sup>c</sup> penis talibus de iure debitis me nunc pro tunc libere suppono, obligo et astringo, quatenus illis plectar, cum probatum legitime extiterit me talia commisisse."

Aduertendum tamen hic quod si indicia sunt talia et tam fortia quod cum infamia predicta vel absque ea reddant predictum diffamatum suspectum de heresi vehementer, tunc abiurabit omnem heresim generaliter, vt habitum est, et si relabatur<sup>d</sup> in quamcunque heresim, pena relapsi debita punietur, vt in c. "Jnter sollicitudines" ("De purgatione canonica") et in c. "Accusatus" ("De hereticis," *Libro Sexto*).

<sup>a</sup> Sc. –um (cf. next sent.): Eym.: se

<sup>b</sup> So Mem. (474), Eym.; ed. prin.: -int (cf. 233C)

<sup>c</sup> Not in Eym and obstructive of the sense

<sup>d</sup> So Eym. and Mem. (485); ed. prin.: -antur

<sup>466</sup> Eym.: libellum

<sup>467</sup> Eym. adds the heading: Forma heresim abiurandi per illum qui est de heresi diffamatus et suspectus alias de eadem

<sup>468</sup> Not in Eym.

<sup>469</sup> Eym.: fratre N., inquisitore heretice prauitatis in terris talis domini a sancta sede apostolica specialiter delegato

<sup>470</sup> Pause (Eym. then gives details relevant to regular heresy)

<sup>471</sup> Resume (501 2B)

Si autem indicia illa sunt ita modica et leuia quod etiam cum predicta infamia non reddant eum suspectum de heresi vehementer sed solum leuiter, tunc sufficiet quod abiuret non generaliter nec simpliciter sed singulariter heresim de qua habitus est suspectus, ita quod si prolabatur in aliam speciem heresis, pena relapsis debita non punietur, sed si in eadem,<sup>a</sup> ratione abiurationis, quia scilicet suspectus<sup>b</sup> leuiter abiurauit, 235C pena relapsis debita non punietur,<sup>472</sup> licet | durius quam si alias non abiurasset, vt<sup>473</sup> omnia hec patent in c. “Accusatus” in principio (“De hereticis,” *Libro Sexto*).

Ratione autem purgationis canonice est dubium an si post purgationem canonicam in eandem speciem heresis de qua se purgauit canonice prolabatur, pena relapsis debita, hoc est, vltimo supplicio, feriat, et videtur quod sic per c. “Excommunicamus” i § “Addijcimus,” verbum “Vel si post purgationem” et per c. “Ad abolendam” § “Illos quoque” (“De hereticis” in antiquis).<sup>474</sup>

Sit cautus notarius quod scribat in actis an talis abiurauerit tanquam suspectus de heresi leuiter vel vehementer, quia multum interest, vt alias frequenter<sup>475</sup> dictum est.<sup>476</sup>

Quibus<sup>477</sup>·<sup>478</sup> factis feretur sententia seu penitentia per formam tenoris sequentis.<sup>479</sup>

235D “NOS, N(OMEN), EPISCOPUS TALIS ciuitatis (aut iudex in terris ditioni Talis domini subiectis),<sup>480</sup> diligenter attendentes quod tu, Talis de Tali loco et Talis diocesis, fuisti delatus nobis de tali heretica prauitate” – exprimentur illa – “et<sup>481</sup> nos volentes, vt tenebatur, iudicialiter informari an tu | incidisses in predictam heresim condemnatam, ad inquirendum, testes examinandum, teque citandum et interrogandum medio iuramento et ad alia facienda que fienda erant per nos descendimus

<sup>a</sup> Sc. eandem

<sup>b</sup> Ed. prin.: sns-

<sup>472</sup> For sed si . . . non punietur (so 100 Mem. [485]), Eym. has only: ratione abiurationis (presumably the words were inserted to make sense of an unclear passage, though they rather obscure the sense)

<sup>473</sup> Eym.: et

<sup>474</sup> Ed. prin.: antiq; so 100 Mem. (486); not in Eym.

<sup>475</sup> Eym.: supra

<sup>476</sup> Pause (Eym. then gives details about the manner of making the abjuration)

<sup>477</sup> Eym. adds: sic

<sup>478</sup> Resume (502 1B)

<sup>479</sup> Eym. adds the heading: Forma ferendi sententiam vel iniungendi penitentiam diffamato de heresi et suspecto alias de eadem

<sup>480</sup> For the parenthetical words, Eym. has: frater N. ordinis predicatorum, inquisitor heretice prauitatis in terris tali ditioni talis domini subiectis a sancta sede apostolica specialiter delegatus

<sup>481</sup> Not in Eym.

et processimus, vt decebat: quibus peractis, visis et diligenter inspectis pariter et discussis processus meritis huiusmodi<sup>482</sup> cause et omnibus et singulis productis, actis et actitatis<sup>483</sup> habitoque in et super illis theologorum atque in iure peritorum pluries maturo consilio ac digesto reperimus te de predicta heresi in Tali loco (seu Talibus locis) apud bonos et graues publice diffamatum, propter quod, vt nobis mandant canonica instituta, indiximus tibi purgationem canonicam, qua coram nobis hic publice te purgasti et ipsi compurgatores pariter te purgarunt; inuenimus etiam te talia commisisse” – exprimantur illa – “propter que et non immerito suspectum te habuimus vehementer (vel<sup>484</sup> leuiter)” – dicatur si est istud vel illud – “et hoc de predicta heretica prauitate, propter que<sup>485</sup> fecimus te vt taliter | suspectum heresim abiurare” – dicatur: “omnem heresim,”<sup>236A</sup> si abiurauit vt suspectus vehementer, vel “heresim supradictam,” si vt suspectus leuiter. “Verum quia non possumus et<sup>486</sup> debemus talia que peregisti nullatenus<sup>487</sup> tollerare, sed cogimus ea vitare iustitia suadente, ad hoc vt reddaris cautior in futurum et vt crimina non remaneant impunita et vt ceteri non reddantur procliuiore ad similia committenda, et vt creatoris iniurie non equanimiter tollerentur, ea propter <te>,”<sup>a</sup> Talem predictum purgatum et abiuratum hic in nostra presentia personaliter constitutum in hoc loco et hora tali tibi in antea assignatis, nos, episcopus (aut iudex)<sup>488</sup> prefati, sedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, sacrosanctis euangelijs positos coram nobis, vt de vultu dei iudicium nostrum prodeat et oculi nostri videant equitatem, sententiamus seu penitentiamus per modum qui sequitur, scilicet quod tenearis” etc. Ponantur illa que videbuntur magis ad honorem fidei esse et exterminationem heretice prauitatis, vtpote quod certis diebus dominicis et festiuis habeat stare ad portam talis vel talis | ecclesie cum cereo<sup>236B</sup> tanti ponderis in manu dum missarum solennia celebrantur, capite discooperto et pedibus nudatis, et offerre ad altare cereum antedictum, et quod habeat sextis ferijs ieiunare et quod certo tempore locum illum non audeat exire sed certis diebus ebdomade se habeat episcopo vel iudici<sup>489</sup>

<sup>a</sup> *So Eym., Mem. (487)*

<sup>482</sup> *Eym. and Mem. (486): huius*

<sup>483</sup> *Eym. and Mem. (486) add: equa lance librat*

<sup>484</sup> *For vehementer (vel leuiter) Eym. has: vehementer seu leuiter, Mem. (486) has: leuiter vel vehementem*

<sup>485</sup> *So 100 Mem. (486); Eym.: quod*

<sup>486</sup> *Eym. and Mem. (486): nec*

<sup>487</sup> *Eym. and Mem. (486): villa-*

<sup>488</sup> *For the parenthetical words Eym. has: et inquisitor*

<sup>489</sup> *Eym.: inquisitori*

presentare, et similia que iniungenda<sup>a</sup> videbuntur secundum culparum exigentiam et varietatem, quia non potest dari regula vna generalis. "Lata fuit hec sententia . . ." <sup>490</sup>

Qua lata exequatur poteritque dispensari vel mitigari vel commutari secundum quod negocium, penitentis correctio et humilitas hec<sup>491</sup> requirunt, quia potestatem habent episcopus et iudex,<sup>492</sup> et hoc de iure, vt in c. "Vt commissi" ("De hereticis," *Libro Sexto*).<sup>493</sup>

QUESTIO XXVIJ: SUPER MODUM SENTENTIANDI HERESIM  
CONFESSAM SED PENITENTEM

OCTAUIUS<sup>494</sup> MODUS PROCESSUM FIDEI terminandi et sententiandi, finiendi<sup>b</sup> est quando delatus de heretica prauitate meritis processus diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum reperitur confessus heresim sed penitens et alias non relapsus veraciter, et hoc est <sup>236C</sup> quando delatus ipse confitetur iudicialiter coram episcopo et<sup>495</sup> inquisitore medio iuramento fore verum quod ipse tanto tempore stetit et perseuerauerit<sup>496</sup> in illa seu alia de qua delatus est heretica prauitate et illi credit et adhesit, sed postmodum ad informationem episcopi et aliorum<sup>497</sup> vult resilire et ad gremium ecclesie redire et illam et omnem aliam heresim abiurare et satisfacere, prout ipsi voluerunt<sup>498</sup> ordinare, et non reperitur quod nunquam<sup>c</sup> aliam<sup>499</sup> heresim aliquam abiurauerit, sed nunc abiurare prompto<sup>d</sup> animo est paratus.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis enim esto quod multis annis steterit in heresim<sup>e</sup> predicta ac etiam alijs quibuscunque, illasque<sup>500</sup>

<sup>a</sup> So *Eym.*; *ed. prin.*: -e

<sup>b</sup> For sententiandi, finiendi: *Eym.* has only finiendi, while *Mem.* (487) has only sententiandi (presumably the latter was a gloss or variant of the former in *Institutoris*'s text of *Eym.* adapted here, but by accident both wound up in the text).

<sup>c</sup> So 100 *Eym.*; *Mem.* (487): vn-

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: -u

<sup>e</sup> Sc. -i (so *Eym.*, *Mem.* (487))

<sup>490</sup> *Eym. adds*: seu penitentia etc.

<sup>491</sup> So 100 *Mem.* (487); *Eym.*: hoc

<sup>492</sup> *Eym. has*: inquisitor, adding: etiam si non retineant

<sup>493</sup> *End*

<sup>494</sup> *Start of Eym.* (503 1C–507 1B) (in *Eym.*'s original text this directly follows the preceding section)

<sup>495</sup> So 100 *Mem.* (487); *Eym.*: vel

<sup>496</sup> So *Eym.*; *Mem.* (487): -auit

<sup>497</sup> *Eym.*: inquisitoris tandem

<sup>498</sup> *Eym.*, *Mem.* (487): -erint

<sup>499</sup> So 100 *Mem.* (487); *Eym.*: alias

<sup>500</sup> So 100 *Mem.* (487); -que not in *Eym.*

crediderit, practicauerit, multosque induxerit in errores, si tandem cum effectu illas hereses consenserit abiurare et satisfactionem congruam ad arbitrium episcopi et iudicis ecclesiastici<sup>501</sup> exhibere, non est tradendus brachio seculari ultimo supplicio feriendus, nec, si est clericus, degradandus, sed est ad misericordiam admittendus iuxta c. "Ad abolendam" § "Presenti" (*Extra*, "De hereticis") et abiurata primitus heretica prauitate est in perpetuum carcerem retrudendus<sup>502</sup> | iuxta c. "Excommunicamus" ij § "Si quis," ei absolutionis beneficio imperitito et iniuncto eidem quod talibus iniungi consuevit iuxta c. "Vt officium," prouiso ramen sollerter ne simulata fictione redeat fraudulenter.<sup>503</sup> Seculare etiam brachium impedire non possunt.

Modus autem abiurandi est vt supra tactum est: tantummodo additur vt coram populo festiuo die in ecclesia crimina sua ore proprio confiteatur, ita videlicet vt dum ab officiali interrogatur: "Tu tot annis perseuerasti in tali heresi maleficarum?" et ille respondebit: "Jta," et post: "Tu hec et hec fecisti, vt confessus es?" et ille respondebit: "Jta," et sic consequenter. Et tunc post omnia abiurabit flexis genibus.

[et<sup>504</sup> qui suspecti de heresi nullatenus habeantur]<sup>a</sup>

Et quia iste qui est sic deprehensus in heretica prauitate est excommunicatus iuxta c. "Excommunicamus" primo<sup>b</sup> et secundo<sup>c</sup> ("De hereticis") et per abiurationem redijt ad gremium ecclesie, ideo est ei absolutionis beneficium impendendum iuxta c. "Vt officium" in principio ("De hereticis," *Libro Sexto*), quare post predictam abiurationem<sup>505</sup> est absolendus, vt modum habent episcopi absoluendi a maiori | excommunicatione, quia vtuntur apostolica auctoritate,<sup>506</sup> et<sup>507</sup> statim feratur<sup>508</sup> sententia per hunc modum.<sup>509</sup>

<sup>a</sup> Evidently, something went awry in the process of adaptation and the excerpt was accidentally begun eight words too soon (note that this half sentence begins with the letters et qui, which is exactly how the passage meant to be copied begins; perhaps someone started copying in the wrong place).

<sup>b</sup> Sc. -um

<sup>c</sup> Sc. -um

<sup>501</sup> For iudicis ecclesiastici *Eym. has:* inquisitoris

<sup>502</sup> So 100 Mem. (487); *Eym.:* de-

<sup>503</sup> Pause (*Eym adds:* et episcopum et inquisitorem immo seipsum fallendo sub agni specie lupum gerat)

<sup>504</sup> Resume (505 1D)

<sup>505</sup> Pause (*Eym then gives further ceremonial for the abjuration*)

<sup>506</sup> For et absoluendus . . . auctoritate cf. the conclusion of the omitted ceremonial (*Eym. [505 2B]. Mem. [491]:* Et ego auctoritate apostolica qua fungor in hac parte absoluo te a sententia excommunicationis maioris qua fuisti innodatus . . .)

<sup>507</sup> Resume (505 2D)

<sup>508</sup> So 100 Mem. (491); *Eym.:* -etur

<sup>509</sup> *Eym. adds the heading:* Forma sententie contra eum qui abiurauit vt hereticus penitens

“NOS, TALIS,<sup>510</sup> EPISCOPUS TALIS ciuitatis (aut iudex in terris Talis domini ditioni subiectis),<sup>511</sup> attendentes quod tu, Talis de Tali loco, Talis diocesis, fuisti nobis fama publica referente ac fidedignorum insinuatione delatus de heretica prauitate, et quia<sup>512</sup> illa<sup>513</sup> infectus fueras<sup>514</sup> multis annis in magnum tue anime detrimentum, que delatio nostra precordia acrius vulnerauit, nos, quibus incumbit ex officio nobis tradito sanctam fidem catholicam in cordibus hominum complantare ac prauitatem hereticam ab eorum mentibus eneruare, volentes, vt tenebamur et tenemur, in et super his certius informari et videre si clamor qui ad aures nostras peruenerat veritate aliqua fulciretur, vt si sic veritas se haberet, prouideremus de salubri remedio oportuno, descendimus ad inquirendum, testes examinandum teque vocandum ac, vt congruentius potuimus, in et super contra te denunciatis te interrogandum  
 237B medio iuramento et ad peragendum omnia et singula que per nos erant fienda iustitia exigente, ac vt nobis mandant canonice sanctiones. Sane cum vellemus cause tue huiusmodi congruum finem dare et videre clare quid compertum fuerat, an scilicet ambulares in tenebris vel in luce et an fores infectus heresis labe necne, processus meritis, actitatis solenne tam in sacra theologia<sup>a</sup> facultate quam in iure canonico et ciuili peritorum coram nobis consilium ordinauimus congregari, scientes quod secundum canonica<sup>b</sup> instituta integrum est iudicium quod plurimorum sententijs confirmatur, et habito in et<sup>c</sup> super omnibus et singulis actis et actitatis in causa presenti sano, maturo ac digesto consilio peritorum predictorum<sup>515</sup> visisque ac diligenter inspectis processus meritis omnibusque et singulis in eo contentis<sup>516</sup> libratis, inuenimus te propria confessione in iudicio recepta<sup>d</sup> per nos medio iuramento in multiplici prauitate maleficarum<sup>517</sup> deprehensum<sup>518</sup> – exprimantur articuli.

<sup>a</sup> So 100 Mem. (492); sc. sacre theologie (so Eym.)

<sup>b</sup> So Eym., Mem. (492): ed. prin.: -as

<sup>c</sup> in et: so Eym., Mem. (492); ed. prin.: et in

<sup>d</sup> So Eym.: ed. prin.: -o

<sup>510</sup> Eym., Mem. (491): N. (Talis is normally used of the name of the accused)

<sup>511</sup> For the parenthetical words Eym. has: frater N. ordinis predicatorum, inquisitor heretice prauitatis in terris talis domini tali ditioni subiectis a sancta sede apostolica specialiter delegatus

<sup>512</sup> Eym.: quod

<sup>513</sup> quia illa: not in Mem. (492)

<sup>514</sup> So 100 Mem. (492); Eym.: fueris

<sup>515</sup> So 100 Mem. (492); not in Eym.

<sup>516</sup> Eym., Mem. (492) add: equa lance

<sup>517</sup> Not in Mem. (492) or Eym.

<sup>518</sup> Pause (Eym. then gives details of the heresy ascribed to the accused)

“Verum<sup>519</sup> cum misericors et miserator dominus nonnullos prolabi permittat aliquando in hereses et errores non solum vt viri catholici literati in sacris eloquijs exercentur,<sup>520</sup> verum etiam vt fide lapsi humiliores deinceps fiant ac in penitentie operibus excitentur, eiusdem processus meritis diligenter discussis, reperimus quod tu ad informationem nostram frequentem nostrequē<sup>3, 521</sup> et aliorum proborum adherendo consilio saniori ad gremium sancte matris ecclesie et ad eiusdem vnitatem salubriter euolasti, predictos errores et hereses detestando ac fidei sancte catholice agnoscens irrefragabilem veritatem tuis internis<sup>522</sup> visceribus infligendo,<sup>523</sup> propter quod illius vestigijs inherentes qui neminem vult perire,<sup>524</sup> te admisimus ad adiuratoriam et abiuratoriam publicam cautionem, faciendo te in presentiarum prefatas hereses et aliam omnem heresim publice abiurare, qua completa<sup>525</sup> absoluius te a sententia excommunicationis maioris qua ex lapsu in heresim extitisti<sup>526</sup> innodatus, et te reconciliando sancte matri ecclesie restituimus ecclesiasticis sacramentis, dum tamen de corde vero et fide non ficta redieris ad ecclesie vnitatem, prout te fecisse credimus et speramus.

“Sane cum indignum valde existat dominorum temporalium iniurias vlscisci deumque<sup>b</sup> celorum creatoris omnium iniurias equanimiter tolerare, cum multo grauius sit eternam quam temporalem ledere maiestatem, et vt ipse peccatorum miserator tui misereatur sisque<sup>527</sup> ceteris in exemplum, et vt crimina non remaneant impunita et vt efficiaris cautior in futurum et vt non reddaris procliuior sed difficilior ad predicta et quecunque alia illicita committenda, nos, episcopus et iudex (seu iudices)<sup>528</sup> in causa fidei antefati, sedentes pro tribunali more<sup>529</sup> — vt supra: “quod induatur veste liuida” etc.

<sup>a</sup> Sc. -oque

<sup>b</sup> So 100 Mem. (493); Eym.: dominique (which must be correct; perhaps the reading here derives from a misinterpretation of the abbreviation dñmque.)

<sup>519</sup> Resume (506 1C)

<sup>520</sup> Eym.: -cantur

<sup>521</sup> For nostram . . . nostrequē (so 100 Mem. [492]), Eym. has only: frequentem nostram, which may be erroneous

<sup>522</sup> So 100 Mem. (492); Eym.: intimis

<sup>523</sup> So 100 Mem. (492); Eym.: infig-

<sup>524</sup> illius . . . perire: so 100 Mem. (492); not in Eym.

<sup>525</sup> So 100 Mem. (492); Eym.: ex-

<sup>526</sup> So 100 Mem. (493); Eym.: extiteras

<sup>527</sup> So 100 Mem. (493); Eym.: et vt sis

<sup>528</sup> For iudex seu Eym. has: inquisitor

<sup>529</sup> Pause (Eym. then gives details of the sentence, the first provision beginning with the four words quoted here)

“Item,<sup>530</sup> te sententialiter condemnamus ad perpetuum carcerem,<sup>531</sup> vt ibi semper pane doloris et aqua angustie crucieris, retinentes nobis ex certa scientia et expresse quatenus<sup>532</sup> possimus libere dictam sententiam seu penitentiam mitigare, aggrauare, commutare, tollere totaliter vel in parte, si et quando et prout nobis et totiens quotiens videbitur faciendum.

“Lata fuit hec sententia” etc.

Qua lecta iudex assumet<sup>533</sup> per puncta et dicat<sup>534</sup> sententiato hec vel similia in effectu: “Fili, sententia vel penitentia tua stat in hoc, quod scilicet portes toto tempore vite tue cruces, quod stes in scala cum eis  
238A in porta talium | ecclesiarum, et quod sis in carcere perpetuo ad panem et aquam, sed, fili, ne sit tibi graue, quia certifico te quod si patienter tolleres, misericordiam apud nos inuenies: non dubites nec desperes, sed firmiter speres.”<sup>535</sup>

Quibus dictis sententia executioni debite demandetur, et statim vestis predicta sibi induatur et in scala in alto ponatur, vt ab egredientibus eminenter<sup>536</sup> videatur, circulantibus eum ministris curie secularibus.<sup>537</sup> Hora autem prandij ducatur a ministris ad carcerem et post fiant alia, prout ponuntur in sententia.

Dum autem ipse induitur et ad portam ecclesie deducitur,<sup>538</sup> iudex ecclesiasticus non se amplius intromittat. Si curia secularis contentatur, bene quidem; si non, agat ad libitum.

QUESTIO XXVIIJ SUPER MODUM SENTENDIANDI HERESEM<sup>a</sup>  
CONFESSAM SED RELAPSAM, LICET PENITENTEM

NONUS<sup>539</sup> MODUS PROCESSUM FIDEI terminandi et sententiandi<sup>540</sup>  
238B est quando delatus pro heretica prauitate processus meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum reperitur confessus heresim

<sup>a</sup> Ed. prin.: -i

<sup>530</sup> Resume (506 2D)

<sup>531</sup> For ad . . . carcerem (so 100 Mem. [493]), Eym. has: carceri tali ad perpetuum

<sup>532</sup> So 100 Mem. (493); Eym.: quod

<sup>533</sup> Mem. (494): sumat

<sup>534</sup> So 100 Mem. (493); Eym. -et

<sup>535</sup> So 100 Mem. (494); Eym.: species, which is surely erroneous

<sup>536</sup> So 100 Mem. (494); Eym.: euidenter

<sup>537</sup> Not in Eym.; Mem. (494): secularis, which must be correct

<sup>538</sup> End (Eym. then gives a long discussion of procedural matters)

<sup>539</sup> Start of Eym. (510 2A–512 1D), which follows directly after the preceding section in Eym.'s original text

<sup>540</sup> So 100 Mem. (495); Eym.: finiendi

et penitens sed relapsus realiter, et hoc est quando delatus ipse confitetur iudicialiter coram episcopo aut iudicibus<sup>541</sup> alias se omnem heresim abiurasse, et ita legitime reperitur, et quod post credidit<sup>542</sup> tali heresi seu errori, vel quod specialiter heresim abiuravit,<sup>a</sup> scilicet maleficarum,<sup>543</sup> et post redijt in eandem, sed post adherens consilio saniori<sup>b</sup> penitet, credit catholice et reuertitur ad ecclesie vnitatem. Tali enim non sunt, si humiliter petat, deneganda<sup>c</sup> penitentiae et eucharistie sacramenta, sed quantumcunque peniteat, nihilominus vt relapsus est tradendus brachio seculari vltimo supplicio feriendus. Hoc autem intelligitur vbi reperitur quod abiurauerit tanquam deprehensus in heresim<sup>d</sup> seu tanquam suspectus de heresi vehementer, non autem leuiter tantum.

Circa autem istum talis practica est seruanda. Nam concluso in consilio peritorum maturo pariter et digesto et, si oportuerit, replicato, quod predictus delatus de iure est relapsus, episcopus aut iudex<sup>544</sup> mittent ad dictum relapsum delatum in carcere inclusum duos vel tres probos viros, et presertim religiosos seu clericos, fidei zelatores, eidem relapso<sup>238C</sup> non suspectos nec ingratos sed familiares et gratos, et isti intrabunt ad eum captata hora competenter, et loquentur sibi de contemptu mundi et miserijs vite presentis et gaudijs ac gloria paradisi, et demum his premissis indicabunt sibi ex parte episcopi seu iudicis<sup>545</sup> quod non potest euadere mortem temporalem et ideo quod curet de salute anime sue ac disponat de peccatorum suorum confessione et sacramenti eucharistie perceptione.<sup>546</sup> Et isti frequentabunt<sup>e</sup> eum, inducentes<sup>547</sup> illum ad penitentiam ac etiam<sup>548</sup> ad patientiam, confirmantes eum pro viribus in catholica veritate, taliter vt ipsum diligenter faciant confiteri ac conferri eidem petenti humiliter eucharistie sacramentum. Nam huiusmodi sacramenta non sunt talibus deneganda iuxta c. "Super eo" ("De hereticis," *Libro Sexto*).

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: ad-

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: sen-

<sup>c</sup> *So Eym.*, Mem. (495); *ed. prin.*: -e

<sup>d</sup> *Sc.* -i (*so Eym.*, Mem. [495])

<sup>e</sup> *So Eym.*, Mem. (496); *ed. prin.*: -bant

<sup>541</sup> *For* aut iudicibus *Eym. has.*: et inquisitore

<sup>542</sup> *Eym. adds.*: illi

<sup>543</sup> *Clause not in Eym.* or Mem. (495)

<sup>544</sup> *For* seu iudex *Eym. has.*: et inquisitor

<sup>545</sup> *For* seu iudicis *Eym. has.*: et inquisitoris

<sup>546</sup> *So too* Mem. (496); *Eym.*: re-

<sup>547</sup> *So too* Mem. (496); *Eym.*: inducenda

<sup>548</sup> *So too* Mem. (496); *not in Eym.*

Quibus sacramentis receptis, eo quod<sup>a</sup> bene disposito ad salutem iudicio predictorum, post duos vel tres dies, in quibus per predictos in fide catholica confirmetur et ad patientiam inducatur, episcopus seu iudex<sup>549</sup> loco eius mandabunt balliuo<sup>b</sup> loci seu potestati curie secularis quatenus tali die et hora, scilicet non festiua, sit cum sua familia in tali platea seu loco, extra ecclesiam tamen, ad recipiendum de foro suo quendam relapsum, quem ipsi episcopus et iudex<sup>550</sup> tradent ei, et nihilominus quod die prefixa de mane seu precedente faciat publice preconisari per ciuitatem seu locum in locis illis seu vicis in quibus preconisationes alie communiter solent fieri, quod tali die et hora in tali loco predicator<sup>551</sup> pro fide sermonem faciet et episcopus et alij iudices<sup>552</sup> condemnabunt quendam relapsum in hereticam prauitatem, tradendo eum brachio seculari.

Considerandum autem hic est quod iste qui sic relapsus est, si fuerit in sacris ordinibus constitutus vel alias sacerdos vel cuiuscunque<sup>c</sup> ordinis seu religionis obumbratione fuscatus,<sup>d</sup> prius antequam tradatur, est totius ecclesiastici<sup>e</sup> ordinis preprogiua nudandus, et sic omni officio et beneficio ecclesiastico expoliatus relinquatur seculari arbitrio potestatis animaduersione debita puniendus, vt in capitu. “Ad abolendam”<sup>f</sup> § “Presenti” (“De hereticis”).

239A Quando<sup>553</sup> igitur<sup>554</sup> talis est a suis ordinibus degradandus<sup>5</sup> et seculari curie derelinquendus,<sup>555</sup> episcopus<sup>h</sup> conuocet prelatos et viros religiosos sue diocesis, quia, licet non olim, nunc tamen solus episcopus cum prelati et alijs varis religiosis et peritis sue diocesis potest in sacris ordinibus constitutum degradare, cum est relinquendus brachio seculari vel perpetuo immurandus pro heretica prauitate iuxta c. “Quoniam” (“De hereticis,” *Libro Sexto*).

<sup>a</sup> *So 100 Mem. (496); Eym. coque*

<sup>b</sup> *So Eym., Mem. (496); ed. prin.: ballino (This form is repeated in 240D and 244A, but the presence of the expected “n” in the Mem. perhaps makes the “n” a persistent mistake of the compositor.)*

<sup>c</sup> *Ed. prin.: -cnnque*

<sup>d</sup> *So Eym., Mem. (496); ed. prin.: -cutus*

<sup>e</sup> *Ed. prin.: -asti*

<sup>f</sup> *Ed. prin.: -um*

<sup>g</sup> *So Eym.; ed. prin.: -os; Mem.: -atus*

<sup>h</sup> *So Eym., Mem. (496); ed. prin.: -os*

<sup>549</sup> *For seu iudex Eym. has: et inquisitor*

<sup>550</sup> *Eym.: inquisitor*

<sup>551</sup> *Eym.: inquisitor*

<sup>552</sup> *For alij iudices Eym. has: inquisitor*

<sup>553</sup> *So 100 Mem. (496); Eym.: Cum*

<sup>554</sup> *So 100 Eym.; Mem. (496): ergo*

<sup>555</sup> *Eym.: relin-; Mem. (496): delin-*

Adueniente<sup>a</sup> autem die prefixa degradando relapso ac tradendo, si fuerit in sacris ordinibus constitutus, [in]<sup>b</sup> brachio seculari, aut relinquendo,<sup>556</sup> si fuerit laicus, ad audiendum diffinitiuam sententiam in aliqua platea seu loco extra ecclesiam populo congregato et facto sermone per inquisitorem ac ipso<sup>c</sup> relapso inibi in alto loco constituto et presenti curia seculari, si degradandus ipse relapsus fuerit, episcopus in pontificalibus indutus et prelatis sue diocesis eidem assistentibus ipsum degradandum coram eo existentem et indutum ac dispositum ac si<sup>557</sup> deberet in suo ordine ministrare a suo ordine degradabit, a superiori ordine incipiendo et sic gradatim vsque ad infimum, et sic<sup>d</sup> confere-  
239B  
ndo ordinem verbis vtitur episcopus ad hoc per ecclesiam ordinatis, ita degradando in qualibet dispositione et casule et stole, et sic de alijs poterit vti aliquibus verbis contrarijs primis.

Qua quidem degradatione facta, vbi fienda sit per modum secundum quem de iure seu consuetudine<sup>e</sup> est fienda, officialis<sup>558</sup> mandabit notario seu religioso vel clerico quatenus legat sententiam, que sententia, siue relapsus laicus, siue clericus est degradatus, feretur per modum tenoris sequentis.<sup>559</sup>

“Nos, N(OMEN), MISERATIONE DIUINA episcopus Talis ciuitatis et iudex in terris Talis domini ditioni subiectis,<sup>560</sup> attendentes, legitime informati,<sup>561</sup> quod tu, Talis de Tali loco et Talis diocesis, fuisti coram nobis” – si ita fuerit – “(seu contra Talibus, episcopo et iudicibus)<sup>562</sup> delatus de tali heretica prauitate (seu talibus),” – explicentur – “in quibus heresibus, vt legitime fuit compertum, fuisti a<sup>f</sup> confessione propria reprehensus ac etiam testibus conuictus, et quod in illis persisteras tanto

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -o

<sup>b</sup> *Not in Eym. or Mem. (496) and meaningless*

<sup>c</sup> *So Eym., Mem. (496); ed. prin.*: -i

<sup>d</sup> *So 100 Mem. (496); sc. sicut (so Eym.)*

<sup>e</sup> *So Eym., Mem. (496); ed. prin.*: -nis

<sup>f</sup> *Not in Eym. or Mem. (497) and meaningless*

<sup>556</sup> degradando . . . relinquendo *was a confused passage. Eym. has: pro degradando relapso, si fuerit in sacris ordinibus constitutus, ac tradendo brachio seculari aut relinquendo. while Mem. (496) has: degradando relapso ac tradendo, si fuerit in sacris ordinibus constitutus, aut brachio seculari relinquendo*

<sup>557</sup> *For ac si (so 100 Mem. (496)), Eym. has: sicut*

<sup>558</sup> *Eym.*: inquisitor

<sup>559</sup> *Eym. adds the heading: Forma ferendi sententiam contra eum qui in heresim est relapsus sed penitens et vt relapsus traditur curie seculari*

<sup>560</sup> *For iudex . . . subiectis Eym. has: frater N. ordinis predicatorum, inquisitor heretice prauitatis in terris talis domini ditioni subiectis a sancta sede apostolica specialiter delegatus*

<sup>561</sup> *So 100 Mem. (497); Eym.*: informari

<sup>562</sup> *For iudicibus Eym. has: inquisitore*

- 239C tempore animo indurato,” – dicatur, | prout fuit – “sed post adherens<sup>563</sup> consilio saniori illas hereses in Tali loco publice abiurasti, in forma ecclesie consueta abnegasti et reuocasti,<sup>564</sup> propter que predicti episcopus et inquisitor, credentes te veraciter conuersum ad gremium ecclesie sancte dei, te ab excommunicationis sententia qua astrictus tenebaris absoluentes, si tamen de corde vero et fide non ficta reuersus esses ad sancte ecclesie vnitatem, iniunxerunt tibi penitentiam salutarem, verum post omnia supradicta et tot annorum curriculis iam elapsis, nunc nouiter iterum delatus nobis<sup>565</sup> extitisti, quod iterum incideras in tales hereses abiuratas” – explicentur – “nosque, licet displicenter de te talia audissemus, tamen iustitia nos cogente descendimus ad inquirendum, testes examinandum, reque vocandum et interrogandum medio iuramento necnon ad omnia et singula facienda que per nos fienda erant secundum canonica instituta. Sane cum vellemus presentem causam fine debito terminare, solenne consilium tam in theoloica<sup>a</sup>.<sup>566</sup> facultate quam in iure canonico ac ciuili peritorum iussimus congregari et habito predictorum<sup>567</sup> consilio maturo pariter et digesto in et
- 239D super omnibus et singulis actis et actitatis ac visis et diligenter discussis processus<sup>b</sup> meritis et omnibus equa lance libratis, prout fieri exigebat, reperimus legitime tam per testes quam per propriam tuam confessionem iudicialiter receptam, quod tu<sup>568</sup> reincidisti in hereses abiuratas. Nam reperimus quod talia et talia dixisti (vel fecisti),” – explicentur omnia – “propter que et merito de predictorum consilio te habuimus et habemus pro relapso iuxta canonica instituta, quod dolenter referimus et referendo dolemus, sed quia ad informationem nostram et proborum virorum catholicorum diuina gratia inspirante iterum es reuersus ad gremium ecclesie et ad eiusdem fidei veritatem,<sup>569</sup> predictos errores et hereses detestando et credendo catholice fidemque catholicam protestando, admisimus te ad recipiendum penitentie et eucharistie petita per te humiliter ecclesiastica sacramenta.<sup>570</sup> Verum cum ecclesia

<sup>a</sup> loica is a common medieval form for logica.

<sup>b</sup> Ed. prin.: -is

<sup>563</sup> So 100 Mem. (497); Eym. adds: vt videbatur

<sup>564</sup> So 100 Mem. (497); abnegasti et reuocasti are placed after abiurasti in Eym.

<sup>565</sup> So 100 Mem. (497); Eym. adds: fuisti et

<sup>566</sup> So 100 Mem. (497); Eym.: theologie

<sup>567</sup> So 100 Mem. (497); Eym.: predicto

<sup>568</sup> So 100 Mem. (497); not in Eym.

<sup>569</sup> For eiusdem . . . veritatem (so 100 Mem. [497]), Eym. has: eiusdem vnitatem

<sup>570</sup> So 100 Mem. (497); Eym. adds: prout relapsis penitentibus et humiliter petentibus conceduntur canonice sanctiones

dei in te et circa te vltra non habeat quid faciat, cum ita misericorditer se habuerit erga te, vt prediximus, et tu illa abusus fueris in | abiuuras hereses incidendo: ea propter nos episcopus et<sup>571</sup> iudices antefati, sedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, sacrosanctis euangelijis positus coram nobis, vt de vultu dei iudicium nostrum prodeat et oculi nostri videant equitatem, habentes<sup>572</sup> pre oculis solum deum et sancte fidei irrefragabilem veritatem ac exstirpationem heretice prauitatis, te, Talem, hoc loco die et hora tibi ad audiendam diffinitiuam sententiam in antea assignatis sententialiter iudicamus te<sup>573</sup> esse veraciter relapsum in hereticam prauitatem, licet penitentem, et vt veraciter relapsum in eandem de foro nostro ecclesiastico te proijcimus et relinquimus brachio seculari traditus.<sup>a</sup> Rogamus tamen et<sup>b</sup> efficaciter dictam curiam secularem quatenus<sup>574</sup> circa te citra sanguinis effusionem et mortis periculum suam sententiam moderetur.<sup>575</sup>

Et<sup>576</sup> sic episcopus et sui assessores<sup>577</sup> recedentes<sup>c</sup> curia secularis suum officium exequetur.<sup>578</sup>

Attendendum est:<sup>579</sup> quanuis episcopus et inquisitor debeant esse summopere diligentes et per se et per alios facere vt relapsus | peniteat et ad fidem catholicam conuertatur, tamen postquam penituerit et conclusum fuerit in consilio quod licet peniteat, nihilominus veraciter est relapsus et vt talis tradendus est brachio seculari, ipsi personaliter quod tali sententia debet plecti eidem non indicent, quia facies iudicis terret condemnandum et verba sua magis inducunt plectendum ad impenitentiam quam ad patientiam, et ideo<sup>580</sup> nec extunc nec ante sententiam nec post eum sibi faciant presentari, vt non moueatur animo contra eos, quod in casu tali mortis diligentius est cauendum, sed, vt est dictum, mittant ad eum aliquos viros probos, presertim religiosos seu clericos, ei non ingratos sed gratos,<sup>581</sup> qui futuram sententiam atque

<sup>a</sup> brachio . . . traditus: so 100 Mem. (498); Eym.: seu brachio seculari tradimus

<sup>b</sup> Unnecessary but in Eym.

<sup>c</sup> So 100 Mem. (498); Eym.: recedant et

<sup>571</sup> Eym. adds: inquisitor

<sup>572</sup> So 100 Mem. (497); Eym. adds: -que

<sup>573</sup> So 100 Mem. (498); not in Eym.

<sup>574</sup> So 100 Mem. (498); Eym.: quod

<sup>575</sup> Pause (Eym. then gives procedural details)

<sup>576</sup> Resume (512 1B)

<sup>577</sup> For sui assessores Eym. and Mem. (498) have: inquisitor

<sup>578</sup> So 100 Mem. (498); Eym.: -atur

<sup>579</sup> Eym. adds: tamen quod; Mem. (498) adds: quod

<sup>580</sup> So 100 Mem. (498); et ideo: not in Eym.

<sup>581</sup> So 100 Mem. (498); sed gratos: not in Eym.

mortem infligendam<sup>a</sup> indicant,<sup>582</sup> eum ad fidem confirment, ad patientiam exhortentur et post sententiam eum associant, consolentur, cum eo exorent et ab eo non discedant<sup>583</sup> donec spiritum reddiderit creatori: sint igitur<sup>584</sup> cauti et auisati ne quid agent seu dicant propter quod relapsus morte preueniatur et ipsi efficiantur irregulares et, vnde debebant<sup>585</sup>

240C m̄ritum deportare, deferant secum penam pariter atque culpam.

Considerandum est etiam quod tales<sup>b</sup> sententie tradendi aliquem curie seculari non consueuerunt fieri die festiua vel solenni, nec etiam<sup>586</sup> in ecclesia sed extra in aliqua platea, quia sententia est que ducit ad mortem et honestius est quod feratur in die feriali et extra ecclesiam, cum dies festiua et ecclesia domino sint dedicata.<sup>587</sup>

QUESTIO XXIX: SUPER MODUM SENTENDIANDI HERESIM  
CONFESSAM SED IMPENITENTEM ET <NON> TAMEN  
RELAPSAM

DECIMUS<sup>588</sup> MODUS PROCESSUM FIDEI terminandi et sentiendi<sup>589</sup> est quando delatus de heretica prauitate processus meritis diligenter discussis cum bono consilio peritorum in iure reperitur confessus heresim et impenitens, non tamen relapsus,<sup>590</sup> sed quia rarissime inuenitur talis casus, licet interdum nobis inquisitoribus contigerit, tamen episcopus et iudices cum tali non debent festinare, sed bene custoditam et compeditam ad conuersionem inducere etiam per plures

240D menses, proponendo quod<sup>591</sup> in corpore et anima sic impenitens<sup>592</sup> damnabitur.<sup>593</sup> Qui<sup>594</sup> si tandem nec prosperis nec aduersis nec minis nec blandicijs poterit emolliri vt resiliat ab erroribus suis et fuerit predicto congruo tempore expectatus, episcopus et iudices<sup>595</sup> disponent se

<sup>a</sup> So *Eym. (and Mem.)*; ed. *prin.*: -gandem

<sup>b</sup> So *Eym.*, Mem. (498); ed. *prin.*: -is

<sup>582</sup> So 100 Mem. (498); *Eym.* -ent

<sup>583</sup> *Eym.*: recedant; Mem. (498): recedent

<sup>584</sup> For sint igitur *Eym. and Mem. (498) haue*: qui tamen

<sup>585</sup> For vnde debebant *Eym. has*: vnde deberent; Mem. (498) *has*: vbi debeant

<sup>586</sup> So 100 Mem. (498); not in *Eym.*

<sup>587</sup> End

<sup>588</sup> Start of *Eym. (514 1D-515 2E)* (in *Eym.*'s original text this directly follows the preceding section)

<sup>589</sup> So 100 Mem. (498); *Eym.*: finiendi

<sup>590</sup> Pause (*Eym. gives a definition of impenitence, then describes at length how the accused heretic is to be kept in strict custody and induced to repent*)

<sup>591</sup> Resume (514 2C)

<sup>592</sup> For sic impenitens *Eym. has*: concremabuntur ac perpetuo

<sup>593</sup> Pause (*Eym. then gives some methods of coaxing the impenitent heretic to repent*)

<sup>594</sup> Resume (514 2D)

<sup>595</sup> *Eym.*: inquisitor

ad tradendum eum seu relinquendum brachio seculari, et mandabunt per cedula[m] nuncio seu<sup>596</sup> balliuo<sup>a</sup> seu potestati curie secularis<sup>b</sup> quatenus tali die non festiua et tali hora sit in tali loco, extra ecclesiam tamen, cum sua familia, et<sup>597</sup> ipsi tradent sibi quendam hereticum impenitentem, et nihilominus quod ex parte eorum faciat publice preconisari in illis vicis seu locis in quibus alie preconisationes sunt fieri consuete, quod die et hora ac loco predictis predicator<sup>598</sup> faciet sermonem pro fide<sup>599</sup> ac tradet hereticum quendam brachio seculari, et ideo quod omnes veniant et sint<sup>c</sup> et habebunt indulgentiam consuetam.<sup>600</sup>

Quibus expletis tradetur<sup>601</sup> curie seculari per modum tenoris sequentis,<sup>602</sup> sepius tamen ammonendo per prius vt resiliat<sup>d</sup> et peniteat, quod si omnino noluerit, fertur sententia.<sup>e</sup>

“Nos,<sup>603</sup> N(OMEN), MISERATIONE DIUINA episcopus Talis ciui- 241A  
tatis, et iudex in terris Talis domini,<sup>604</sup> attendentes quod tu, Talis de Tali loco et Talis diocesis, fuisti nobis delatus fama publica deferente ac fidedignorum insinuatione de heretica prauitate<sup>605</sup> – explicentur hereses – “et<sup>f</sup> quod in illis heresibus et factis perstiteras multis annis in tue anime detrimentum, nosque quibus ex officio incumbere prauitatem hereticam exstirpare, volentes, vt tenebamur, in et super his certius informari,<sup>606</sup> videre an ambulares in tenebris vel<sup>607</sup> in luce, diligenter inquisiuimus de predictis teque citantes ac efficaciter interrogantes, reperimus te predicta infectum heretica prauitate.<sup>608</sup> Sane cum pre cunctis nostre

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -no

<sup>b</sup> *So Eym.*; *ed. prin.*: -i

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: sunt (cf. 244A); *Eym.*: intersint

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: -eat

<sup>e</sup> *So Jerauscheck's facsimile; Schnyder's bas.*: -ie (This change does not involve the correction of broken type: both letters are very clear.)

<sup>f</sup> Unnecessary (clumsy adaptation)

<sup>596</sup> *Eym.*: seu nuncium (presumably, at some point in the tradition of Inquisitor's text of *Eym.*, seu was erroneously inserted behind rather than in front of nuncium, which was then "corrected")

<sup>597</sup> *Eym.*: vbi

<sup>598</sup> *Eym.*: inquisitor

<sup>599</sup> *Eym. adds.*: et de fide

<sup>600</sup> Pause (*Eym.* then gives procedural details)

<sup>601</sup> Resume (515 1D) (*Eym.* begins: ... degradatione expleta tradetur ...)

<sup>602</sup> Pause; *Eym.* then gives the heading: Forma tradendi hereticum pertinacem, alias non relapsam, curie secular.

<sup>603</sup> Resume

<sup>604</sup> For iudex . . . domini *Eym. has.*: frater N. ordinis predicatorum, inquisitor heretice prauitatis in terris talis domini a sancta sede apostolica specialiter delegatus

<sup>605</sup> *Eym. adds.*: scilicet quod asserebas et affirmabas publice quod sic et sic

<sup>606</sup> *Eym. adds.*: et

<sup>607</sup> *Eym.*: an

<sup>608</sup> *Eym. adds.*: ac eandem defensantem coram nobis animo pertinaci

mentis desiderabilibus insidat cordi nostro fidem sanctam catholicam in populorum precordijs complantare eradicata heretica prauitate, modos diuersos, varios et congruos tam per nos quam per alios adhibuimus, quatenus resilires ab heresibus et erroribus antedictis, in quibus steteras  
 241B atque stabas, prout et<sup>609</sup> nunc stas, contumaciter ac pertinaciter animo indurato. Verum cum humani generis inimico tuis precordijs assistente teque in dictis erroribus voluente et inuolente nolueris neque velis a sepe dictis heresibus resilire, plus eligens mortem anime incurrere gehennalem et corporis temporalem quam antefatas hereses abiurare ac<sup>610</sup> ad gremium ecclesie aduolare et animam lucrifacere, in reprobum sensum datus: ea propter cum sis ab ecclesia sancta dei excommunicationis vinculo innodatus et merito et numero<sup>a</sup> a grege dominico separatus ac participatione bonorum ecclesie priuatus, et ecclesia circa te non habeat vltra quid faciat, cum ad te conuertendum fecerit iuxta posse, nos, episcopus et<sup>611</sup> iudices in causa fidei sepe fati, sedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, sacrosanctis euangelijis positis coram nobis, vt de vultu dei iudicium nostrum prodeat et oculi nostri videant equitatem habentesque pre oculis solum deum et sancte fidei veritatem ac extirpationem heretice prauitatis, hac die, hora et loco tibi in antea assignatis ad audien-  
 241C dam sententiam diffinitiuam condemnamus | ac sententialiter iudicamus te esse veraciter hereticum impenitentem et vt veraciter talem tradendum et relinquendum brachio seculari et sic vt hereticum impenitentem per hanc nostram sententiam de foro nostro ecclesiastico te proijcimus et tradimus seu relinquimus brachio seculari ac potestati curie secularis, dictam curiam secularem efficaciter deprecantes quatenus circa te citra sanguinis effusionem et mortis periculum suam sententiam moderetur. Lata fuit hec sententia . . . ”<sup>612</sup>

QUESTIO XXX: SUPER HERESIM CONFESSAM ET RELAPSAM  
 ET IMPENITENTEM

VNDECIMUS<sup>613</sup> MODUS PROCESSUM FIDEI terminandi et finiendi est quando delatus de heretica prauitate processus meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum reperitur confessus

<sup>a</sup> et numero: *not in Eym. and meaningless (perhaps a gloss on grege that has intruded into the text)*

<sup>609</sup> *Not in Eym.*

<sup>610</sup> *Eym.: et*

<sup>611</sup> *Eym. adds: inquisitor*

<sup>612</sup> *Pause (Eym. adds: etc.)*

<sup>613</sup> *Resume (519 1B)*

heresim ac impenitens et relapsus, et hoc est quando delatus ore proprio confitetur iudicialiter talia et talia se credere<sup>614</sup> et practicas se.<sup>a</sup>

Circa istum est practicandum vt supra et feratur sententia [coram episcopo et iudicibus que tamen | sunt hereticalia manifeste]<sup>b</sup> per<sup>615</sup> 241D formam tenoris sequentis.<sup>616</sup>

“NOS, N(OMEN), MISERATIONE DIUINA episcopus Talis ciuitatis (aut iudex in terris Talis domini),<sup>617</sup> attendentes quod tu, Talis de Tali loco, Talis diocesis, fuisti nobis (seu Talibus predecesoribus nostris) delatus de heretica prauitate,” – explicentur – “in quibus, vt legitime est compertum, fuisti confessione propria<sup>618</sup> iudicialiter ac<sup>619</sup> fidedignis testibus deprehensus et quod in illis persisteras tanto tempore animo indurato” – dicatur, prout fuit – “sed quod post sano consilio inherendo illas hereses publice abiurasti in Tali loco in forma ecclesie consueta, propter que predicti episcopus et iudex,<sup>620</sup> credentes te veraciter resillis ab erroribus antefatis<sup>c</sup> et ad gremium ecclesie, credendo catholice, aduolasse, tibi absolutionis beneficium impartirunt,<sup>621</sup> absoluentes te ab excommunicationis sententia qua astrictus in antea tenebaris, si tamen de corde vero et fide non ficta conuersus extiteris ad sancte ecclesie vnitatem, tibi salutarem penitentiam iniungentes | ad misericordiam receperunt, 242A quia ecclesia sancta dei <non><sup>d</sup> claudit gremium reuertenti. Verum post omnia antedicta fuisti nobis delatus, quod displicenter accepimus, quod iterum incideris in damnatas hereses per te publice in antea abiuratas (seu talia et talia commisisti contra abiurationem<sup>e</sup> prelibatam) in tue anime detrimentum,” – explicentur – “nosque quanquam displicentia

<sup>a</sup> Some verb like *obseruare* has to be supplied.

<sup>b</sup> The bracketed words appear in *Eym.* directly after *credere*, the word with which the direct quotation in the previous sentence ends. Presumably, these first few words of the section to be omitted were erroneously left in when the preceding twelve words were added after *credere* (cf. exactly the same mistake in 243D).

<sup>c</sup> So *Eym.*; ed. prin.: -latis

<sup>d</sup> So *Eym.*

<sup>e</sup> So *Eym.*; ed. prin.: -atam

<sup>614</sup> End

<sup>615</sup> Start of *Eym.* (519 2C-520 2A) (in *Eym.*'s original text this directly follows the preceding section)

<sup>616</sup> *Eym.* adds the heading: Forma relinquendi seu tradendi impenitentem hereticum et relapsum brachio seculari

<sup>617</sup> For iudex . . . domini *Eym.* has: frater N. ordinis predicatorum, inquisitor heretice prauitatis in terris talis domini a sancta sede apostolica specialiter delegatus

<sup>618</sup> *Eym.* adds: ac

<sup>619</sup> *Eym.*: et

<sup>620</sup> *Eym.*: inquisitor

<sup>621</sup> *Eym.* -ierunt

sauciati, quod de te talia audissemus, nihilominus iustitia nos cogente descendimus ad inquirendum, testes examinandum, teque vocandum et interrogandum, vt decebat, medio iuramento et ad faciendum omnia et singula que per nos fienda erant secundum canonica instituta. Sane cum vellemus presentem causam fine debito terminare, solenne tam peritorum in theologica facultate quam in iure canonico et ciuili consilium fecimus congregari, et habito cum predictis in et super omnibus et singulis in presenti causa productis, deductis, actis et actitatis consilio maturo pariter et digesto ac etiam replicato, visisque ac diligenter discussis<sup>622</sup> processus meritis huius cause ac omnibus <equa lance libratis>,<sup>a</sup> prout  
 242B ius et iustitia suadebant, conperimus<sup>623</sup> legitime tam per testes dignos fide quam per tuam confessionem propriam pluries per nos receptam te incidisse ac recidisse in hereses abiuratas. Nam reperimus quod talia et talia dixisti vel egisti” – explicentur omnia – “propter que et merito de predictorum consilio te habemus tuis exigentibus excessibus pro relapso secundum canonicas sanctiones, quod dolenter referimus et referendo dolemus – nouit ille qui nihil ignorat, cordium intima omnium intuetur – et cum totis nostris precordijs cuperemus, prout adhuc cupimus, te reducere ad sancte ecclesie vnitatem ac eneruare<sup>b</sup> a tuis visceribus prefatam hereticam prauitatem, vt sic saluares animam tuam ac mortem euaderes corporis et anime gehennalem, conatus nostros exercuimus, ad te salubriter conuertendum modos congruos varios adhibentes, sed tu in reprobum sensum datus maligno spiritu ductus pariter et seductus preelegisti torqueri diris ac perpetuis cruciatibus in infernum,<sup>c</sup> et hic<sup>d</sup> temporalibus ignibus corporaliter consumari quam adherendo consilio saniori ab erroribus damnabilibus ac pestiferis resilire et ad gremium  
 242C et ad<sup>624</sup> misericordiam | sancte matris ecclesie aduolare: ea propter cum ecclesia dei vltra non habeat erga te quid faciat, cum ad te conuertendum totum exercuit posse suum, nos, episcopus et<sup>625</sup> iudices in hac fidei causa memorati, sedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, sacrosanctis euangelijs positis coram nobis, vt de vultu dei iudicium nostrum prodeat et oculi nostri videant equitatem, habentesque pre oculis

<sup>a</sup> *So Eym.*

<sup>b</sup> *So Eym.; ed. prin.: enumerare*

<sup>c</sup> *So Eym.; sc. inferno*

<sup>d</sup> *So Eym.; ed. prin.: hoc*

<sup>622</sup> *Eym.: inspectis*

<sup>623</sup> *Eym.: re-*

<sup>624</sup> *For et ad Eym. has: ac*

<sup>625</sup> *Eym. adds: inquisitor*

solum deum et honorem sancte fidei orthodoxe, hac die, hora et loco ad audiendam sententiam diffinitiuam tibi in antea assignatis te, Talem in nostra presentia constitutum, sententialiter condemnamus et condemnando iudicamus<sup>626</sup> esse veraciter impenitentem hereticum et relapsum et vt talem realiter tradendum seu relinquendum brachio seculari, et sic vt vere hereticum impenitentem pariter et relapsum per hanc nostram sententiam diffinitiuam de foro nostro ecclesiastico te projicimus et tradimus seu relinquimus brachio seculari ac potestati curie secularis, deprecantes efficaciter secularem curiam antefatam<sup>627</sup> quatenus citra sanguinis effusionem et mortis periculum erga te suam sententiam moderetur. Lata fuit hec sententia . . . <sup>628</sup>

242D

QUESTIO XXXI: SUPER CONUICTUM ET DEPREHENSUM,  
OMNIA TAMEN NEGANTEM

DUODECIMUS<sup>629</sup> MODUS PROCESSUM FIDEI terminandi et finiendi est quando delatus de heretica prauitate processus meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum reperitur in heresim<sup>b</sup> deprehensus facti euidencia vel testium productione legitima, non tamen confessione propria, et hoc est quando ipse delatus conuincitur legitime de aliqua heretica prauitate vel facti euidencia, vtpote quia heresim publice practicauit<sup>630</sup> vel per testes legitimos contra quos excipere delatus legitime non potuit, tamen ipse sic conuictus et deprehensus persistit firmiter in negatiua [et confitetur constanter]<sup>c</sup> iuxta notata per Hostiensem in *Summa* (ti. "De hereticis" § "Qualiter quis in heresim<sup>d</sup> deprehendatur") et patuit supra (q. xxxiiiij).<sup>631</sup>

Circa istum talis practica est seruanda. Talis duro carcere est tenendus in compedibus et cathena, frequenter ab officialibus<sup>632</sup> | coniunctim et 243A

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -latam

<sup>b</sup> *Sc.* -i (so *Eym.*)

<sup>c</sup> *Mem.* (500) ends this passage at negatiua. After constanter *Eym.* adds: catholicam sanctam fidem. Jste talis, quandiu sic persistit in negatiua, hereticus impenitens est censendus, and since the meaning of confitetur used absolutely without the omitted words is contrary to the sense of the passage, I suspect that the words et confitetur constanter were meant to be included in the excision and were mistakenly left in the excerpt.

<sup>d</sup> *Sc.* -i (so *Eym.*)

<sup>626</sup> *Eym.* adds: te

<sup>627</sup> *Eym.*: predictam

<sup>628</sup> *End* (*Eym.* adds: etc.)

<sup>629</sup> *Start of Eym.* (521 2C-524 2A) (in *Eym.*'s original text this directly follows the preceding section)

<sup>630</sup> *Eym.*: predicauit

<sup>631</sup> *Eym.*: par. ij, q. xxxiiiij

<sup>632</sup> *Eym.*: episcopo et inquisitore

diuisim et per se et per alios et efficaciter admonendus quod eis detegat veritatem, indicendo<sup>633</sup> ei quod sic faciat et confiteatur errorem suum, quod ad misericordiam admittetur, abiurando<sup>a</sup> primitus illam hereticam prauitatem; si autem noluerit sed steterit in negatiua, quod ad finem relinquatur brachio seculari et mortem non poterit euadere temporalem.

Quod si diutius informatus<sup>b</sup> et expectatus steterit in negatiua, episcopus et officiales<sup>634</sup> modo coniunctim, modo diuisim, nunc per se, nunc per alios probos viros, trahant ad se modo vnum testem, modo alium, informando eum vt attendat quid deposuit, et si dixit verum vel non, quia non seipsum damnat eternaliter et alium temporaliter,<sup>635</sup> et quod vereatur saltem eis secrete dicere, ne ille delatus moriatur iniuste. Et verba talia studeant ei<sup>636</sup> dicere, vt clare videant si deposuerunt veritatem necne.

243B Quod si testes sic<sup>c</sup> informati steterint in affirmatiua et delatus in negatiua, nec ad<sup>637</sup> hoc statim velint episcopus et officiales<sup>638</sup> negocium per sententiam determinare et<sup>639</sup> tradendo taliter deprehensum brachio seculari, sed diutius eum teneant, nunc inducendo | deprehensum ad affirmatiuam, nunc testes, diuisim tamen, ad excutiendum bene conscientiam suam. Et singulariter attendant episcopus et officiales<sup>640</sup> ad illum testem quem viderint melius dispositum ad bonum et qui videatur melioris conscientie, et circa illum instent diutius, si res ita se habuit vt deposuit necne, eius conscientiam onerando. Et si viderint testem aliquem vacillare vel alias habeant indicia contra eum propter que suspensus quod falsitatem dixerit merito habeatur, de bono consilio peritorum arrestent eum et procedant vt iustitia suadebit.

Compertum nanque est frequenter et frequentius quod sic deprehensus testibus fidedignis, postquam in negatiua diu perstitit, ad cor reductus, presertim veraciter informatus quod non tradetur brachio seculari sed ad misericordiam admittitur, suam detegit prauitatem et veritatem, quam iam diutius negauit, tunc libere confitetur. Et frequenter reperitur quod testes malitia agitati ac inimicicia superati se adinuicem

<sup>a</sup> *So Eym.; ed. prin.:* ad-

<sup>b</sup> *So Eym.; ed. prin.:* infamatus

<sup>c</sup> *So Eym.; ed. prin.:* sicut (*presumably a mistaken expansion of the abbreviation sic*)

<sup>633</sup> *Eym.:* -ando

<sup>634</sup> *Eym.:* inquisitor

<sup>635</sup> *For quia . . . temporaliter Eym. has:* quia si non, seipsum damnat eternaliter et alium temporaliter

<sup>636</sup> *Not in Eym.*

<sup>637</sup> *Eym.:* ex

<sup>638</sup> *Eym.:* inquisitor

<sup>639</sup> *Not in Eym.*

<sup>640</sup> *Eym.:* inquisitor

colligarunt ad imponendum insonti hereticam prauitatem, postque<sup>a</sup> ad informationem frequentem episcopi et officiales<sup>b.641</sup> remorsu conscientie fatigati ac diuinitus inspirati reuocant quod<sup>c</sup> dixerunt et fatentur malitiose se illi imposuisse tantam labem, propter quod talis et taliter deprehensus non est per sententiam festinandus sed diutius, quia per vnum annum et plures expectandus, antequam sic tradatur curie seculari. 243C

Quo expectato tempore competenti et adhibita diligentia condecanti, si sic delatus legitime deprehensus recognouerit culpam suam ac confessus fuerit iudicialiter se fuisse illaqueatum tanto tempore prefata heretica prauitate, ac illam<sup>d</sup> ac omnem heresim consenserit<sup>642</sup> abiurare et satisfactionem<sup>e</sup> ad arbitrium episcopi et inquisitoris congruam<sup>f</sup> exhibere, tanquam in heresim<sup>g</sup> deprehensus et propria confessione et testimonii legitima productione vt hereticus penitens abiuret omnem heresim publice per formam de qua agitur octauo modo supra posito processum fidei terminandi.<sup>643</sup>

Si vero sit<sup>h</sup> confessus quod incidit sic in heresim, sed stat in illa animo pertinaci, vt impenitens relinquatur brachio seculari, et agatur circa illum per modum quo supra agitur in decimo modo processum fidei terminandi, | vbi de talibus agitur. 243D

Si autem ipse deprehensus steterit constanter in negatiua, sed ipsi testes resilierint<sup>644</sup> a sua affirmatiua, suum testimonium reuocando ac culpam suam recognoscendo, quia insonti tantam labem imposuerunt rancore et odio agitati, prece seu pretio seducti, ipso<sup>i</sup> delato vt immune a iudicio relaxato punientur ipsi vt falsi testes, accusantes seu deferentes, vt notat Paulus super c. "Multorum" et verbo "Illos" in principio ("De hereticis" in *Clementinis*), et feretur sententia seu penitentia contra eos<sup>645</sup> ad arbitrium episcopi et iudicum, omnino tamen

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: postq̄ (=postquam); *Eym.*: postea vero

<sup>b</sup> *Sc.* -ium

<sup>c</sup> *So Eym.*; *ed. prin.*: qua

<sup>d</sup> *So Eym.*; *ed. prin.*: -a

<sup>e</sup> *So Eym.*; *ed. prin.*: -facere

<sup>f</sup> *So Eym.*; *ed. prin.*: -um

<sup>g</sup> *Sc.* -i (*so Eym.*)

<sup>h</sup> *So Eym.*; *ed. prin.*: sic

<sup>i</sup> *Ed. prin.*: -e

<sup>641</sup> *Eym.*: inquisitoris

<sup>642</sup> *Eym.*: non contempserit

<sup>643</sup> *Eym. adds.*: vbi de talibus agitur

<sup>644</sup> *Eym.*: -erunt

<sup>645</sup> *Pause (Eym. then gives an extensive formula for sentencing false witnesses, which is greatly abridged)*

ad<sup>646</sup> perpetuos carceres tales falsos testes condemnando et in pane et in aqua ad dies vite penitentiando, ponendo etiam post ad scalas ante portas ecclesie tales etc. Habent tamen potestatem episcopi mitigare aut etiam aggrauare post annum et tempora.<sup>647</sup> [per formam tenoris sequentis]<sup>a</sup>

SI<sup>648</sup> AUTEM TALITER DEPREHENSUS per annum vel<sup>649</sup> plus vel alio maiori congruo tempore expectatus perstiterit in negatiua continue, et testes legitimi in affirmatiua, disponant se episcopus et iudices<sup>650</sup>  
 244A ad relinquendum eundem brachio seculari, mittendo eidem aliquos probos viros, fidei zelatores, et presertim religiosos, eidem non ingratos sed familiares et gratos, qui sibi indicent quod mortem non potest euadere temporalem dum sic stat in negatiua, sed tradetur tali die vt hereticus impenitens potestati curie secularis. Et nihilominus episcopus et officiales mittant<sup>b</sup> balliuo<sup>c</sup> seu potestati curie secularis quatenus tali die et hora et in tali loco, extra ecclesiam tamen, veniat cum familia sua ad recipiendum quendam hereticum impenitentem, quem tradent ei, et etiam quod faciet<sup>651</sup> publice preconisari in locis illis in quibus preconisationes alie fieri consueuerunt, quod omnes sint tali die et hora in tali loco ad audiendum sermonem quem predicator<sup>652</sup> faciet de fide, et tradent episcopus et officiales<sup>653</sup> quendam hereticum pertinacem brachio seculari.

Adueniente autem die predicta ad ferendum sententiam assignata<sup>d</sup> erunt episcopus et officiales<sup>654</sup> in loco predicto, ipso tradendo ibidem

<sup>a</sup> The bracketed words appear in *Eym.* directly after *contra eos*, the words with which the immediately preceding direct quotation end. Presumably, these first few words of the section to be omitted were erroneously left in when the paraphrase was inserted after *contra eos* (cf. exactly the same mistake in 241 D).

<sup>b</sup> *So Eym.; ed. prin.:* -at

<sup>c</sup> *Ed. prin.:* -no

<sup>d</sup> *So Eym.; ed. prin.:* -ā

<sup>646</sup> *Start of paraphrase of Eym. (523 1C; part of the omitted sentence to be passed against a false witness):* . . . ad carcerem perpetuum talem . . . condemnamus, in quo sub vinculis ferreis in pane doloris et aqua angustie quandiu vixeris agas penitentiam de premissis . . . et nihilominus quod statim ponaris et eleueris in scala in tali ecclesia, in tali porta huius ecclesie . . . reseruantes nobis . . . quatenus dictam penitentiam libere valeamus mitigare, relaxare, aggrauare et mutare, si et quando et quotiens nobis visum fuerit faciendum.

<sup>647</sup> *End of paraphrase*

<sup>648</sup> *Direct quotation resumed (523 1D)*

<sup>649</sup> *Eym.:* seu

<sup>650</sup> *Eym.:* inquisitor

<sup>651</sup> *Eym.:* -iat

<sup>652</sup> *Eym.:* inquisitor

<sup>653</sup> *Eym.:* inquisitor

<sup>654</sup> *Eym.:* inquisitor

existente in alto, clero et populo congregato, vt eminenter ab omnibus videatur ac presente potestate curie secularis, stante<sup>a</sup> ipso tradendo.<sup>655</sup>

Quibus<sup>656</sup> | lectis feretur sententia per hunc modum.

244B

“NOS, MISERATIONE DIUINA EPISCOPUS Talis ciuitatis (aut iudex in terris Talis domini),<sup>657</sup> attendentes quod tu, Talis de Tali loco, Talis diocesis, fuisti nobis delatus de tali heretica prauitate” – exprimantur – “et vellemus<sup>b</sup> certiorari an<sup>658</sup> ea que de te et contra te nobis dicta fuerant veritate aliqua fulcirentur et an tu ambulares in tenebris aut in luce, descendimus ad nos informandum, testes diligenter examinandum teque vocandum ac interrogandum sepius medio iuramento defensionesque exhibendum ac ad omnia et singula faciendum que per nos fienda erant secundum canonicas sanctiones. Verum cum vellemus presens tuum negocium fine debito terminare, solenne consilium tam in theologica facultate quam in iure canonico et ciuili <peritorum><sup>c</sup> coram nobis fecimus congregari, et visis ac diligenter discussis processus meritis et omnibus et singulis in presenti causa productis, deductis, actis et actitatis,<sup>659</sup> predictorum consilio digesto pariter et maturo, reperimus contra te | legitime probatum quod<sup>244C</sup> fuisti tanto tempore infectus heretica prauitate, et iam<sup>660</sup> reperimus quod fecisti et dixisti talia et talia” – exprimantur – “ex quibus apparet manifeste quod es legitime deprehensus in predictam hereticam prauitatem.<sup>d</sup> Sane cum cuperemus, prout adhuc cupimus, te veritatem fatendo resilire ab heresi antedicta et reduci ad gremium ecclesie sancte ac ad sancte fidei vnitatem, vt sic saluares animam tuam et tam anime quam corporis mortem euaderes gehennalem tam per nos quam per alios nostram diligentiam exercentes ac te per<sup>e</sup> longa tempora expectantes, tu, in reprobum sensum datus, contempsisti acquiescere nostro consilio saniori, imo perstitisti et persistis in negatiua pertinacia

<sup>a</sup> So *Eym.*; *ed. prin.*: stando

<sup>b</sup> So *Eym.* (!); *sc.* volentes (cf. 235B, 237A, 241A)

<sup>c</sup> Not in *Eym.* (!), but clearly necessary (cf. 237B, 239C, 242A, 247C)

<sup>d</sup> *Sc.* predicta heretica prauitate (so *Eym.*)

<sup>e</sup> So *Eym.*; *ed. prin.*: per te

<sup>655</sup> *Pause* (*Eym.* then gives procedural details)

<sup>656</sup> *Resume* (523 2C)

<sup>657</sup> For aut . . . domini *Eym. has:* et frater N. ordinis predicatorum, inquisitor heretice prauitatis in terris talis domini ditioni subiectis a sancta sede apostolica specialiter delegatus

<sup>658</sup> *Eym.*: in (surely a misprint)

<sup>659</sup> *Eym. adds:* equa lance libratis

<sup>660</sup> For et iam *Eym. has:* nam

ac contumacia<sup>661</sup> animo indurato, quod dolentes referimus et referendo plangimus ac dolemus. Verum cum ecclesia dei tanto tempore expectauerit quatenus resilires, recognoscendo propriam tuam culpam, et nolueris neque velis, et non habeat vltra quid tibi gratie faciat ac mercedis: ea propter, vt sis certis in exemplum, et alij ab huiusmodi heresibus  
 244D) arceantur, et tanta facinora non remaneant impunita, nos, episcopus et iudices<sup>662</sup> in causa fidei memorati, sedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, sacrosanctis euangelijs positis coram nobis, vt de vultu dei iudicium nostrum prodeat et oculi nostri videant equitatem, habentes pre oculis solum deum et sancte fidei gloriam et honorem, te, Talem, in nostra presentia constitutum, hac die hora et loco ad audiendam diffinitiuam sententiam assignatis diffinimus, declaramus ac sententiamus te esse hereticum impenitentem tradendum seu relinquendum vt talem brachio seculari ac<sup>663</sup> per nostram sententiam vt vere hereticum pertinacem et<sup>664</sup> impenitentem a foro ecclesiastico te proijcimus et tradimus seu relinquimus brachio seculari ac potestati curie secularis, eandem curiam secularem efficaciter deprecantes quatenus circa te citra sanguinis effusionem et mortis pericula suam sententiam moderetur. Lata est hec sententia . . . ”<sup>665</sup>

POTERUNT<sup>666</sup> AUTEM EPISCOPUS ET iudices<sup>667</sup> disponere quod  
 245A) aliqui probi viri, fidei zelatores, ipsi relicto curie | seculari non ingratos<sup>a</sup> sed familiares et gratos<sup>b</sup> associent dictum relictum dum curia secularis in eum suum officium exequetur, qui eum consolentur et adhuc inducant quod fatendo veritatem et recognoscendo culpam suam, resiliat ab erroribus suis.

Quod si forsan post sententiam et iam relictus ad locum vbi est comburendus deductus dixerit se velle fateri veritatem et recognoscere culpam suam, et ita fecerit ac<sup>668</sup> paratus fuerit huiusmodi heresim et omnem aliam abiurare, licet presumatur quod hoc faciat plus metu mortis quam amore veritatis, crederem<sup>669</sup> quod ex<sup>670</sup> misericordia possit recipi vt

<sup>a</sup> Sc. -i (so Eym.)

<sup>b</sup> Sc. -i (so Eym.)

<sup>661</sup> For pertinacia . . . contumacia Eym. has: pertinaciter

<sup>662</sup> Eym.: inquisitor

<sup>663</sup> Eym.: et

<sup>664</sup> Eym.: ac

<sup>665</sup> Pause (Eym. adds: etc., then gives a short paragraph on the indulgence to be given to the audience)

<sup>666</sup> Resume (524 1D)

<sup>667</sup> Eym.: inquisitor

<sup>668</sup> Eym.: et

<sup>669</sup> Eym. adds: vt dicta est supra in decimo modo processum fidei terminandi

<sup>670</sup> Eym.: de

hereticus penitens et perpetuo immurari iuxta glosam super c. "Ad abolendam," § "Presenti" et verbo "audientia" et c. "Excommunicamus" ij ("De hereticis"), quanuis<sup>671</sup> de rigore iuris nec tali conuersioni<sup>672</sup> est magna fides a iudicibus fidei adhibenda,<sup>673, 674</sup> imo et propter damna temporalia illata ipsum semper punire possunt.

QUESTIO XXXIJ: SUPER CONUICTUM SED FUGITIUM VEL  
SE CONTUMACITER ABSENTANTEM

TREDECIMUS<sup>675</sup> ET VLTIMUS MODUS processum fidei terminandi <sup>245B</sup>  
et sentiendi<sup>676</sup> est quando delatus de heretica prauitate processus  
meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum reperitur  
conuictus de heretica prauitate, est tamen fugitiuus seu absens  
contumaciter, sed congruo tempore expectatus, et hoc est in tribus  
casibus. Primus est quando delatus est deprehensus in heresim<sup>a</sup> vel confessione  
propria vel facti euidencia vel testium productione legitima, sed fugerit<sup>677</sup>  
vel se absentauerit<sup>678</sup> et citatus legitime noluerit<sup>679</sup> comparere. Secundus  
casus est quando aliquis est delatus<sup>680</sup> et receptus<sup>b</sup> aliquali informatione  
contra eum habetur aliquid seu leuiter suspectus et sic citatur<sup>c</sup> responsurus  
de fide, et quia rennuuit contumaciter comparere, excommunicatur, et  
excommunicatus sustinet illam excommunicationem<sup>681</sup> animo pertinaci et  
semper contumaciter se absentat. Tercius casus est quando aliquis impediuit  
directe<sup>682</sup> sententiam seu processum fidei episcopi vel iudicum<sup>683</sup> vel qui ad hoc  
dederit auxilium, consilium <sup>245C</sup>  
vel fauorem: talis est excommunicationis mucrone percussus, quam si  
sustinuerit per annum animo indurato, extunc est vt hereticus condemnandus  
per c. "Vt inquisitionis" § "Prohibemus." ("De hereticis," *Libro*

<sup>a</sup> Sc. -i (so Eym.)

<sup>b</sup> Sc. -a (so Eym. and Mem. [503]) (cf. the same mistake appears in 246B)

<sup>c</sup> So Eym. and Mem. (503); ed. prin.: -etur

<sup>671</sup> Eym. adds: non vt puto

<sup>672</sup> Eym. adds: vt dictum est ibi

<sup>673</sup> adhibenda placed after fides in Eym.

<sup>674</sup> End

<sup>675</sup> Start of Eym. (528 2C-531 1A) (in Eym.3 original text this directly follows the preceding section)

<sup>676</sup> So 100 Mem. (503); Eym.: finiendi

<sup>677</sup> Eym. and Mem. (503): fugit

<sup>678</sup> Eym. and Mem. (503): absentauit

<sup>679</sup> Eym. and Mem. (503): noluit

<sup>680</sup> Eym. and Mem. (503) add: de heretica prauitate

<sup>681</sup> So 100 Mem. (503); Eym. adds: per annum

<sup>682</sup> So 100 Mem. (503); Eym. adds: iudicium

<sup>683</sup> Eym.: inquisitoris

*Sexto*) [et contumaciter se absentauit].<sup>a</sup> In primo casu ille talis est impenitens hereticus condemnandus iuxta c. “Ad abolendam” § “Presenti;” in secundo casu et tercio non est hereticus impenitens iudicandus, sed tanquam seu vt penitens hereticus condemnandus iuxta c. “Cum contumacia” et per c. “Vt inquisitionis” § “Prohibemus” (“De hereticis,” *Libro Sexto*).

Circa quemlibet istorum talis practica est seruanda. Talis enim congruo tempore expectatus citetur per episcopum et officialem<sup>684</sup> in ecclesia cathedrali illius diocesis in qua<sup>b</sup> deliquit et in alijs ecclesijs illius loci vbi domicilium contrahebat et specialiter vnde fugit, et citabitur per formam tenoris sequentis.<sup>685</sup>

“NOS, N(OMEN), MISERATIONE DIUINA episcopus Talis ciuitatis” – etc. – “(aut iudex)<sup>686</sup> <Tali><sup>c</sup> Talis diocesis spiritum consilij sanioris. 245D Pre<sup>d</sup> cunctis nostre mentis desiderabilibus | illud potissimum infigitur cordi nostro ne temporibus nostris in dicta Tali diocesi vberem florentemque ecclesiam, vineam, inquam, domini Sabaoth, quam summi patris dextera virtuosius<sup>e</sup> complantauit, quam eiusdem patris filius proprij ac viuifici vnda cruoris vberius irrigauit, quam ipse almus spiritus paraclitus miris ineffabilibusque donis intimius<sup>f</sup> fecundauit, quam tota ipsa incomprehensibilis atque inattingibilis trinitas beata grandissimis varijsque priuilegijs sanctius dotauit pariterque ditauit, aper de silua, qui est et dicitur hereticus quilibet, absorbeat et depascat, fructus fidei vberes deuastando ac lacerantes heresum<sup>g</sup> vepres palmitibus inserendo serpensque tortuosus nostri improbus humani generis inimicus, efflans virus, qui est Sathanas et diabolus, eiusdem vinee dominice palmites inficiat atque fructus virus prauitatis heretice immittendo. Nec<sup>687</sup> etiam ager ipse dominicus, populus, inquam, catholicus, ad quem excolendum

<sup>a</sup> Not in *Eym. or Mem.* (503), this clause makes no sense here and presumably has been in some way erroneously inserted here on the model of the preceding sentence.

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -o

<sup>c</sup> So *Eym.*, who continues: seu talis ordinis seu religionis; presumably when the latter text was excised, tali was also accidentally removed (though indispensable to the sense).

<sup>d</sup> So *Eym.*; *ed. prin.*: preterea

<sup>e</sup> So *Eym.*; *ed. prin.*: -osis

<sup>f</sup> So *Eym.*; *ed. prin.*: -mus

<sup>g</sup> So *Eym.*; *ed. prin.*: -im

<sup>684</sup> *Eym.*: inquisitorem

<sup>685</sup> *Eym.* adds the heading: Forma citandi conuictum de heresi absentem vel fugitiuum contumacem ad sententiam

<sup>686</sup> For etc. . . iudex *Eym. has*: et frater N., inquisitor heretice prauitatis in terris Talis domini ditioni subiectis a sancta sede apostolica specialiter delegatus

<sup>687</sup> *Eym.*: ne

pariter et serendum descendit de summorum polorum arce dei | patris 246A  
 vnigenitus atque primogenitus: seminavit miris sanctisque predicationibus, discurrit per villas et castella, docens non sine magnis fatigationibus, elegit apostolos viros vtrique operarios industrios ac conduxit, ditans illos eternis retributionibus, expectans ipse dei filius de agro isto magno illo<sup>a</sup> die iudicij extremo vberes manipulos colligere et per manus sanctorum angelorum recondere in celesti horreo sancto suo, Sampsonisque vulpecule incertate,<sup>b</sup> que, sicut persone labe heretica deprauate, facies quidem habentes diuersas sed caudas ignitas adinuicem colligatas, quia de varietate<sup>688</sup> flamme conueniunt in id ipsum: segetem dominicam iam albam ad messem, splendoribus fidei relucentem morsu amarissimo demoliantur ac discursu subtilissimo perdant<sup>c</sup> impetuque validissimo accedant pariter et accendant, dissipent et deuastant, sinceritatem sancte fidei catholice subtiliter et damnabiliter subuertendo.

“Ea propter cum tu, Talis, incideris in damnatas hereses maleficarum illas publice in Tali loco practiando<sup>689</sup> (seu taliter)” – dicatur – “(seu fueris per testes legitimos conuictus de heretica prauitate siue propria 246B deprehensus confessione in iudicio per nos receptus)<sup>d</sup> et post captus fugeris, medicinam refutans salutarem, citauerimus<sup>690</sup> te vt de et super his coram nobis manifestius responderes, tuque ductus maligno spiritu pariter et seductus renueris<sup>e</sup> comparere.” Vel sic: “Ea propter cum tu, Talis, delatus nobis de heretica prauitate et recepta informatione contra te alias de eadem esses nobis suspectus leuiter quoniam<sup>691</sup> fores infectus labe predicta, citauimus te quatenus coram nobis personaliter compareres<sup>f</sup> de fide catholica responsurus, cumque citatus renueris comparere contumaciter, excommunicauimus te ac excommunicatum fecimus publicari, in qua<sup>692</sup> stetit per annum (seu annos tot) animo pertinaci, latitans <fugiens hinc><sup>g</sup> et inde, ita quod nunc quo te duxerit spiritus malignus ignoramus, et cum te expectauerimus misericorditer et

<sup>a</sup> So *Eym.*: ed. *prin.*: -a

<sup>b</sup> Meaningless distortion of the correct reading of *Eym.*: intricate

<sup>c</sup> So *Eym.*: ed. *prin.*: -gant

<sup>d</sup> *Sc.* -a (so *Eym.*) (cf. same mistake in 245B)

<sup>e</sup> *Ed. prin.*: renuu-

<sup>f</sup> So *Eym.*: ed. *prin.*: comparēs

<sup>g</sup> So *Eym.*

<sup>688</sup> *Eym.*: vanitate

<sup>689</sup> For in . . . practicing *Eym.* has: damnatas hereses manifeste, illas publice in tali ecclesia predicando (the necessary change of hereses to the singular was neglected in the adaptation)

<sup>690</sup> *Eym.* adds: vero

<sup>691</sup> *Eym.*: quod

<sup>692</sup> *Eym.* adds: excommunicatione

benigne vt reuertereris<sup>a</sup> ad gremium <ecclesie sancte dei et ad><sup>b</sup> sancte fidei vnitatem, tu facere contempsisti, in reprobum sensum datus. Sane  
 246C volumus,<sup>c</sup> vt tenemur, iustitia nos cogente causam tuam huiusmodi fine debito terminare, nec valeamus tam nephanda crimina conuiuentibus<sup>d</sup> oculis tolerare: nos episcopus et<sup>693</sup> iudices in causis fidei supradictis te, Talem, sepe fatum latitantem profugum et fugitium, per presens nostrum edictum publicum requirimus pariter et citamus peremptorie<sup>e</sup> quatenus die tali talis mensis de tali anno in tali ecclesia cathedrali Talis diocesis hora terciarum compareas pesonaliter coram nobis diffinitiuam sententiam auditurus, significantes quod siue comparueris siue non, procedemus ad nostram diffinitiuam sententiam contra te, prout ius et iustitia suadebunt.

“Et vt prius nostra citatio perueniat ad tui noticiam nec valeas ignorantie velamine te tueri, presentes literas dictas requisitionem et citationem nostras in se continentes volumus et mandamus affigi in valuis publice talis predicte ecclesie cathedralis.

“In quorum testimonium singulorum presentes nostras literas impressione nostrorum sigillorum iussimus communiri.

“Datum . . . ”<sup>694</sup>

ADUENIENTE AUTEM DIE PREFIXA ad audiendam diffinitiuam  
 246D sententiam assignata, si profugus comparuerit et consenserit | publice omnem heresim abiurare, humiliter petens<sup>f</sup> admitti ad misericordiam postulando, si relapsus non fuerit, admittetur. Et si fuerit deprehensus propria confessione vel testium legitima productione, abiurabit et penitebit vt hereticus penitens secundum modum<sup>695</sup> quo agitur supra in octauo modo processum fidei terminandi, vbi de talibus agitur.

Sed si fuerit suspectus violenter, ita quod citatus responsurus de fide noluit comparere<sup>g</sup> et fuit ex hoc excommunicatus et stetit in excommunicatione per annum animo pertinaci et penitebit, admittetur et abiurabit

<sup>a</sup> *So Eym.; ed. prin.:* -uerteris

<sup>b</sup> *So Eym.*

<sup>c</sup> *Sc. cum velimus (so Eym.)*

<sup>d</sup> *Ed. prin.:* conuiuent-

<sup>e</sup> *So Eym.; ed. prin.:* -emptf

<sup>f</sup> *So ed. prin., Mem. (503); Eym.:* penitens

<sup>g</sup> *So Eym. and Mem. (503); ed. prin.:* -are

<sup>693</sup> *Eym. adds:* inquisitor

<sup>694</sup> *Eym. adds:* etc.

<sup>695</sup> *So 100 Mem. (503); Eym. adds:* de

omnem heresim et penitebit vt hereticus suspectus de heresi violenter penitens secundum modum<sup>696</sup> quo agitur supra in sexto modo processum fidei terminandi.

Si autem comparuerit et non consenserit abiurare, tradetur <vt><sup>a</sup> verus hereticus impenitens brachio seculari per modum<sup>697</sup> quo dictum est supra, et agitur in decimo modo processum fidei terminandi.

Si autem contumaciter rennerit comparere,<sup>698</sup> tunc formetur sententia<sup>699</sup> per modum tenoris sequentis.<sup>700</sup>

“NOS, N(OMEN), EPISCOPUS MISERATIONE diuina Talis ciuitatis,<sup>b</sup> attendentes quod tu, Talis de Tali loco, Talis diocesis, fuisti nobis | de 247A heretica prauitate fama publica referente (seu fide dignorum insinuatione) delatus, nos quibus ex officio decumbit,<sup>701</sup> descendimus ad videndum ac inquirendum an clamor qui ad aures nostras peruenerat veritate aliqua fulciretur,<sup>702</sup> verum cum inuenissemus te in heresim<sup>c</sup> deprehensum deponentibus contra te quampluribus testibus fidedignis, te coram nobis aduocatum iussimus detineri.”<sup>703</sup> Dicatur, sicut factum fuit, an videlicet comparuerit et medio iuramento interrogatus fassus fuerit vel non.<sup>704</sup> “Sed<sup>705</sup> post maligni spiritus consilio ductus et seductus metuens tua vulnera vino et oleo salubriter confoueri,<sup>706</sup> aufugisti,” – aut ponatur, si ita est – “carcerem<sup>707</sup> et arrestum fregisti pariter et aufugisti, latitans hinc et inde, et quo te malignus spiritus duxerit antefatus totaliter ignoramus.” Vel sic: “Verum cum inuenissemus contra te” – taliter vt predicatur – “nobis delatum de heretica prauitate multa indicia propter que suspectum leuiter de heretica prauitate predicta te merito habeamus,

<sup>a</sup> So *Eym. and Mem.* (504)

<sup>b</sup> *Eym. adds:* et frater N., inquisitor heretice prauitatis in terris talis domini ditioni subiectis a sancta sede apostolica specialiter delegatus: *presumably, this was to be replaced with the usual et iudex (vel sim.), but the new text was inadvertently left out.*

<sup>c</sup> Sc. -i (so *Eym.*)

<sup>696</sup> So 100 Mem. (504); *Eym. adds:* de

<sup>697</sup> So 100 Mem. (504); *Eym. adds:* de

<sup>698</sup> *Pause (Eym. then gives procedural details about degrading a heretical cleric)*

<sup>699</sup> *Resume (530 1E)*

<sup>700</sup> *Eym. adds the heading:* Forma ferendi sententiam contra absentem vel fugitiuum declarandum hereticum impenitentem

<sup>701</sup> *Eym.:* in-

<sup>702</sup> *Eym. adds:* et an tu sic delatus ambulares in tenebris vel in luce

<sup>703</sup> *Pause*

<sup>704</sup> *This sentence is a paraphrase of the bishop's recapitulation of the fugitive's confession, which ends:* dicatur vt fuit

<sup>705</sup> *Resume (530 2B)*

<sup>706</sup> *Pause*

<sup>707</sup> *Resume*

- 247B citauimus te per | publicum edictum in talibus et talibus ecclesijs Talis diocesis quatenus infra certum terminum nobis<sup>a</sup>, <sup>708</sup> prefixum coram nobis in Tali loco personaliter compareres in et super predictis contra te depositis et alias de fide catholica et eius articulis responsurus, tu vero insano consilio adherendo<sup>709</sup> rennuisti contumaciter comparere, cunque iusticia exigente te excommunicauerimus ac fecerimus excommunicatum publice denunciari, tu medicinam refutas<sup>710</sup> salutarem, dictam excommunicationem vltra quam per annum sustinuisti et adhuc sustines, in reprobum sensum datus, animo pertinaci et profugus latitans hinc et inde,<sup>711</sup> vt quo te malignus spiritus duxerit, ignoramus. Sane cum longo tempore, quia tanto die,<sup>b</sup> te expectauerit ecclesia sancta dei misericorditer et benigne quatenus ad eius misericordie gremium euolares, ab erroribus resiliendo et iuxta fidem catholicam professam operando,<sup>712</sup> ipsaque te clementie<sup>c</sup> vberibus enutriet, malignorum seductus consilio
- 247C acquiescere recusasti, in tua pertinacia perseuerans. Verum | cum velle-mus, prout volumus et debemus iusticia nos cogente, causam tuam fine debito per sententiam terminare, citauimus te quatenus hac die et hora et hoc loco compareres personaliter coram nobis diffinitiuam sententiam auditurus, et quia rennuisti contumaciter comparere, merito te ostendis velle perpetuo in tuis heresibus et erroribus remanere, quod dolentes referimus et referendo dolemus. Sed cum non possimus<sup>d</sup> nec velimus iusticiam subterfugere, nec tantam inobedientiam et contumaciam ad dei ecclesiam tollerare, ad exaltationem fidei orthodoxe<sup>713</sup> et ad extirpationem heretice prauitatis, iusticia exigente et tua inobedientia et<sup>714</sup> contumacia requirente, hac die, hora et loco tibi in antea ad audiendam diffinitiuam sententiam peremptorie<sup>e</sup> assignatis, prehabito multorum consilio peritorum tam in theologica facultate quam in iure canonico et ciuili,<sup>715</sup> processus meritis visis et diligenter discussis,<sup>716</sup> sedentes

<sup>a</sup> Sc. a nobis

<sup>b</sup> Eym: tandiu; the variant tanto quanto may have something to do with the false reading here.

<sup>c</sup> So Eym.; ed. prin.: -a

<sup>d</sup> So Eym.; ed. prin.: -sumus

<sup>e</sup> So Eym.; ed. prin.: -emptf

<sup>708</sup> Eym.: per nos

<sup>709</sup> Eym.: in-

<sup>710</sup> Eym.: -ans

<sup>711</sup> Eym. adds: ita

<sup>712</sup> For iuxta . . . operando Eym. has: fidem catholicam profitendo

<sup>713</sup> Eym.: catholice

<sup>714</sup> Eym.: ac

<sup>715</sup> For tam . . . ciuili Eym. has: tam in iure canonico quam in theologie facultate siue in iure ciuile

<sup>716</sup> Eym. adds: omnibusque in eis contentis equa lance libratis, nos

pro tribunali more iudicum iudicantium, sacrosanctis euangelijs | positis <sup>247D</sup>  
 coram nobis vt de vultu dei iudicium nostrum prodeat et oculi nos-  
 tri videant equitatem, habentesque pre oculis solum deum et sancte  
 fidei irrefregabilem veritatem, contra te, Talem, absentem vt presentem,  
 beati Pauli apostoli vestigia imitantes, sententiam diffinitiuam taliter  
 ferimus in his scriptis: Christi nomine inuocato, nos, episcopus, et<sup>717</sup>  
 iudices in causa fidei memorati, attendentes in causa ista fidei ac pro-  
 cessibus inde confectis ordinem iuris fore seruatum, attendentes etiam  
 quod legitime citatus non comparuisti nec per te nec per alium te ali-  
 qualiter excusasti, attendentes etiam quod in prefatis heresibus longo  
 tempore contumaciter perstitisti et adhuc etiam perseueras ac excom-  
 municationem per tot annos in causa fidei sustinuisti, prout et nunc  
 sustines, animo indurato, attendentes etiam quod ecclesia sancta dei  
 non habet vltra erga te quid faciat, cum perseueres et perseuerare velis  
 in excommunicatione et heresibus prelibatis: ea propter beati Pauli apo-  
 stoli vestigia sectantes declaramus, diffinimus ac sententiamus te, Talem, <sup>248A</sup>  
 absentem vt presentem esse hereticum pertinacem et vt talem relinquen-  
 dum brachio seculari, et per nostram sententiam diffinitiuam te a foro  
 ecclesiastico expellimus et relinquimus potestati curie secularis, eandem  
 curiam affectuose deprecantes vt si quando te habuerit in sua potestate,  
 erga te citra<sup>a</sup> sanguinis effusionem et mortis periculum suam sententiam  
 moderetur.

“Lata fuit hec sententia etc.”

Considerandum est hic quod si iste profugus et contumax fuerit de-  
 prehensus in heresi<sup>718</sup> vel propria confessione vel testibus legitimis, et  
 ante abiurationem fugit,<sup>719</sup> est per sententiam vere hereticus impenitens  
 iudicandus, et ita in sententia ponendum est. Si autem aliter non fuit de-  
 prehensus nisi quia delatus et suspectus habitus fuit citatus responsurus  
 de fide, et quia rennuit comparere, fuit excommunicatus, et in excom-  
 municatione stetit vltra quam per annum animo indurato et tandem  
 noluit<sup>720</sup> comparere, iste non est iudicandus hereticus sed | vt hereticus <sup>248B</sup>  
 et vt talis<sup>721</sup> condemnandus, et ita ponendum est in sententia, vt dictum  
 est prius.<sup>722</sup>

<sup>a</sup> *Bebringer et al. (2000) 769 n. 429 suggest ultra, but the whole phrase is formulaic (cf. 240A, 241C, 242C, 244D), and their reasoning is unclear to me.*

<sup>717</sup> *Eym. adds: inquisitor*

<sup>718</sup> *Eym.: -im*

<sup>719</sup> *Eym.: au-*

<sup>720</sup> *Eym.: noluerit*

<sup>721</sup> *Eym.: talibus (surely a mistake)*

<sup>722</sup> *End*

QUESTIO XXXIIJ SUPER PERSONAM DELATAM AB ALIA  
MALEFICA INCINERATA VEL INCINERANDA: QUALITER SIT  
SENTENTIANDA

QUARTUSDECIMUS MODUS PROCESSUM FIDEI terminandi et sententiandi est quando delatus de heretica prauitate processus meritis circa deponentem diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum reperitur de tali heretica prauitate tantummodo ab altera malefica incinerata vel incineranda delatus vel delata, et hoc contingere potest tredecim modis tanquam per tredecim casus: quia sic delatus

- vel reperitur immunis et absoluendus totaliter,
- vel reperitur cum hoc diffamatus de tali heresi generaliter,
- vel reperitur vltra infamiam questionibus exponendus aliqualiter,
- vel reperitur suspectus de heresi leuiter,
- vel reperitur suspectus de heresi vehementer,
- 248C vel reperitur suspectus de heresi violenter,
- vel reperitur diffamatus et suspectus insimul et communiter,

et sic consequenter in alijs casibus, prout in vicesima questione tactum est, vsque ad tredecimum inclusiue.

Primus modus fit quando tantummodo ab ipsa malefica detenta delatus est, et non conuincitur nec confessione propria nec testium production legitima,<sup>2</sup> nec alias reperiuntur indicia ex quibus verisimiliter tanquam suspectus iudicari posset. Talis omnino venit absoluendus, etiam per ipsum iudicem secularem qui deponentem aut incinerauit aut incinerare propria autoritate aut ex commissione episcopi iudicis ordinarij habuit, et absoluetur per sententiam in primo modo processum fidei terminandi circa vicesimam questionem contentam.

Secundus modus incidit quando vltra hoc quod a detenta delatus est etiam per totam illam villam seu ciuitatem diffamata existit, ita quod tantummodo infamia precise et sola laborauit semper, licet de post per depositionem detente malefice infamia sit aggrauata.

- 248D [Circa talem talis practica est seruanda. Quia iudex considerando quod vltra infamiam nihil in particulari aduersus eam ab alijs fidedignis in villa aut opido probatur, licet forte detenta certa grauia aduersus eum deposuit, quia tamen fidem perdidit abnegando illam diabolo, vnde et difficiliter eius dictis a iudicibus fides adhibetur nisi ex alijs circumstantijs illa infamia aggrauaretur, et tunc in tertium iam sequentem modum incideret, ideo canonica purgatio erit tunc indicenda, et procedetur per

<sup>2</sup> *Ed. prin.: -e*

sententiam in secundo modo processum fidei terminandi circa vicesimamsecundam questionem contentam.

Et si iudex ciuilis illam purgationem coram episcopo decreuerit fieri et solenniter in finem vt si deficeret, vt tunc per ecclesiasticum et ciuilem iudices in exemplum aliorum eo firmiori sententia puniretur, bene quidem fit. Si autem per se voluerit exequi, mandet vt decem vel viginti compurgatores ordinis sui habeat, et procedat vt in secundo modo sententiandi tales tactum est, nisi quod vbi excommunicandus esset, quod tunc ad ipsum ordinarium recursum habeat, et hoc contingeret vbi se purgare nollit. 249A

Tertius modus incidit super talem delatum vbi licet non vincatur confessione propria nec testium productione legitima nec facti euidentia, nec etiam sunt indicia super aliquod factum in quo vnquam notatus fuisset ab alijs inhabitatoribus ville aut opidi nisi quod infamia tantum laborauit apud eos, aggrauatur autem infamia ex detente malefice depositione, vtpote quia asseruit illum vel illam in omnibus fuisse sociam et secum in criminibus participasse, hoc ipsum tamen sicut constanter delata negat, ita et alijs inhabitatoribus vel non est notum vel de nulla nisi de honesta conuersatione seu etiam participatione ipsis constat.

Circa talem talis practica seruatur: primo quod adfrontare se habent facie ad faciem et obiectiones mutue et responsiones diligenter sunt considerande, et si quidem varietas aliqua in verbis incideret, vnde iudex verisimiliter ex concessis et negatis presumere potest ipsam delatam merito questionibus exponendam, procedatur per sententias in tertio modo processum fidei terminandi circa vicesimamtertiam questionem contentas, ipsam tormentis leuiter exponendo, adhibitis cautelis alijs quamplurimis et necesarijs, de quibus circa principium huius tercie partis supra patuit ad longum et ex quibus presumitur talem esse aut innoxiam aut ream. 249B

Quartus modus incidit vbi talis delatus inuenitur suspectus leuiter, et hoc vel confessione propria vel depositione alterius detente. Et sunt qui ad hanc leuem suspicionem reducunt illos qui ad procandum mulieres maleficas consulissent, vel vbi inter coniugatos odio se mutuo persequentes amorem procurassent, aut etiam pro aliquo commodo temporali apud maleficas laborassent. Sed quia tales<sup>723</sup> vtique excommunicati sunt

<sup>723</sup> *Start of adaptation of Eym. 2.50 (366 1D):* Et isti sunt excommunicati iuxta cap. "Excommunicamus" i § "Credentes" ("De heret." Liber Sextus). Et etiam sunt heretici et tales habendi sunt, vt in eo. tit. cap. "Excommunicamus" ij in fine, vbi premissis varijs hereticorum sectis dicitur sic: "Credentes autem eorum erroribus hereticos similiter iudicamus."

249C tanquam hereticorum credentes iuxta c. “Excommunicamus” primo<sup>a</sup> § “Credentes” (*Libro Sexto*, “De hereticis”), vbi dicitur: “Credentes autem eorum erroribus hereticos similiter iudicamus”<sup>724</sup> – quia<sup>725</sup> etiam ex factis presumitur de affectu; ad hoc arguitur xxxij q. ij “Qui viderit”<sup>726</sup> – ideo videtur quod acrius sint puniendi et sentiendi quam illi qui de heresi leuiter habentur suspecti, prout iudicandi sunt aliqui ex leuibus coniecturis, puta quia eis sericia exhibuissent, litteras detulissent, eorum erroribus sic nullam fidem adhibuissent, quod tamen illos non manifestassent, alimonia ab eis accepissent.

Sed siue illi siue isti intelligantur, hoc quod in consilio peritorum conclusum fuerit, super leuem suspicionem prosequendum erit a iudice per talem practicam. Talis<sup>727</sup> enim aut abiurabit aut canonicè se purgabit secundum quod in quarto modo processum fidei terminando<sup>b</sup> sub questione vicesimaquarta tangitur, sed tamen quia potius videtur quod abiuratio sit indicenda, et hoc propter allegatum c. “Excommunicamus” primo<sup>c</sup> § “Qui vero”<sup>728</sup> inuenti fuerint sola suspicione notabili<sup>d</sup>.<sup>729</sup> etc., tamen non debent, si relabantur, pena relapsorum puniri, et procedetur prout in quarto modo processum fidei terminando<sup>c</sup> circa vicesimamquartam questionem tactum est.

249D Quintus modus incidit vbi talis delatus inuenitur suspectus vehementer, et hoc simili modo vel confessione propria vel depositione alterius malefice detente. Et sunt qui ad hanc leuem<sup>f</sup> suspicionem reducunt impeditores<sup>730</sup> iudicum directe vel indirecte, eorum officium inquirendo<sup>g</sup> maleficas impediendo, dummodo hoc scienter fecerint, ex c. “Vt inquisitionis negocium” (*Libro Sexto*, “De hereticis”).<sup>731</sup> Item,

<sup>a</sup> Sc. -um

<sup>b</sup> Sc. -i

<sup>c</sup> Sc. -um; *Eym.*: -i

<sup>d</sup> Sc. -es (so *Eym.*, canon)

<sup>e</sup> Sc. -i

<sup>f</sup> Sic! (clearly a slip for vehementem)

<sup>g</sup> Sc. -i

<sup>724</sup> End

<sup>725</sup> Start of *Eym.* 2.50 (366 1B), which begins: Ex factis enim presumitur . . .

<sup>726</sup> End

<sup>727</sup> Start of adaptation of *Eym.* 2.50 (366 2D): . . . est eis abiuratio seu purgatio indicenda iuxta cap. “Excommunicamus” i § “Qui vero inuenti fuerint sola suspicione notabiles” etc.

<sup>728</sup> Canon: autem

<sup>729</sup> End

<sup>730</sup> Start of adaptation of *Eym.* 2.56 (380 2C): Secundus casus est quod quicumque impedit inquisitionis officium directe vel indirecte aut etiam quouis modo, et hoc scienter . . . Patet per cap. “Vt inquisitionis negocium” (Extra, “De heret.” Lib. vi) § vlt.

<sup>731</sup> End

reducunt omnes qui<sup>732</sup> impediētibz prestant scienter auxilium, consilium vel fauorem: patet per allegatum c. "Vt inquisitionis."<sup>733</sup> Item, reducunt qui<sup>734</sup> citatos aut captos hereticos instruunt de celanda veritate et vt illam subtrahant vel falsitatem asserant, et hoc ex c. "Accusatus" et § "Si."<sup>735</sup> Item, reducunt omnes<sup>736</sup> qui eos quos sciunt hereticos receperant scienter, deducunt, visitant vel associant, munera mittunt seu fauorem impendunt, que omnia in fauorem non persone sed culpe fiunt, vbi scienter fiunt.<sup>737</sup> Et ideo dicunt quod vbi delata persona participat de premissis, et hoc per consilium ita iudicatum fuerit, tunc iuxta quintum modum processum fidei terminandi sub questione vicesimaquinta 250A sententianda est, taliter vt omnem heresim sub pena relapsorum, vbi recidiuaret, habeat abiurare.

Possumus tamen asserere adijciendo quod iudices respectum habeant super vnus cuiusque malefice incinerate aut detente familiam, prolem seu etiam progeniem, eo quod vt plurimum tales reperiuntur infecte, cum malefice etiam proprios infantes ex demonum informatione ipsis habent offerre, vnde et indubie in quibuscunque flagicijs informare. Patent hec ex prima parte operis. Probatur et ex eo quod<sup>738</sup> sicut in simplici heresi propter agnitorum hereticorum familiaritatem dum quis de heresi infamatus existit, etiam consequenter ratione familiaritatis est de heresi vehementer suspectus, ita et in hac heresi maleficarum. Prefatus autem<sup>739</sup> casus patet in c. "Int̄ sollicitudines" (*Extra*, "De purgatione canonica"), vbi apparet quod ratione infamie de heresi fuit decano cuidam indicta purgatio canonica, et ratione familiaritatis hereticorum abiuratio publica, et ratione scandali fuit priuatus beneficio quousque scandalum sopiretur.<sup>740</sup>

<sup>732</sup> *Start of adaptation of Eym. 2.56 (380 2E)*: Tertius casus est quod prestantes scienter auxilium, consilium vel fauorem impediētibz inquisitionis negotium antefatum suspecti de heresi sunt habendi vehementer... Patet per c. "Vt inquisitionis negotium" in § finali.

<sup>733</sup> *End*

<sup>734</sup> *Start of adaptation of Eym. 2.56 (381 1A)*: Quartus casus est quod quicumque instruxerit per inquisitores citatos hereticos vel eorum credentes quod subtrahant veritatem vel vt asserant falsitatem suspecti de heresi vehementer sunt habendi... Hoc patet per ca. "Accusatus" in § finali.

<sup>735</sup> *End*

<sup>736</sup> *Start of adaptation of Eym. 2.56 (381 2B)*: Octauus casus est quod quicumque eos quos scit hereticos scienter receperat, deducit, visitat siue associat ac dona seu munera eis dat seu mittit, seu alias fauorem eis impendit, qui excusari non possit quin sit in fauorem magis culpe quam persone: suspecti tales vehementer de heresi sunt habendi...

<sup>737</sup> *End*

<sup>738</sup> *Start of Eym. 2.51 (381 2A), which begins*: Septimus casus est quod quicumque propter agnitorum hereticorum familiaritatem est de heresi infamatus ratione dicte familiaritatis vehementer de heresi est suspectus...

<sup>739</sup> *Eym.:* hic

<sup>740</sup> *End*

250B Sextus modus | incidit vbi talis delatus efficitur suspectus violentiter. Hoc autem fit non ad simplicem vel nudam depositionem alterius malefice detente sed ad indicia facti que eliciuntur ex quibusdam verbis et factis a malefica detenta perpetratis et prolatis, quibus adminus delata asseritur interfuisse et operibus deponentis communicasse. Pro quorum intelligentia aduertenda sunt ea que supra questione decimanona tacta sunt, precipue super violentam suspicionem quomodo ex violentibus et conuincentibus oritur coniecturis et qualiter iudex violentatur ad credendum ex sola suspitione aliquem esse hereticum, qui tamen fortassis bonus catholicus in corde existit, sicut canoniste exemplificant circa simplicem heresim de eo qui<sup>741</sup> citatus in causa fidei ad respondendum rennuit comparere contumaciter, propter quam contumaciam excommunicatur, in qua vbi per annum perseuerauit, efficitur de heresi suspectus violentiter.<sup>742</sup> Quare et a simili circa talem delatam aduertenda sunt indicia facti ex quibus efficitur violenter suspecta.

250C Et ponatur casus: detenta malefica asseruit illam | interfuisse suis maleficijs, que tamen delata constanter negat. Quid ergo faciet? Vtique opus erit considerare an ex aliquibus operibus sit vehementer suspecta et an vehemens supicio in violentam valeat transire: sicut in prefato casu citatus responsurus, vbi non comparet sed rennuit contumaciter, fit suspectus leuiter de heresi, etiam vbi citatus fuit in non causa fidei, si autem in causa fidei citatus rennuit comparere et propter contumaciam excommunicatur, tunc fit suspectus vehementer, quia tunc leuis suspicio transit in vehementem, et si per annum persistat, tunc vehemens transit in violentam, ita considerabit iudex si ratione familiaritatis contracte cum detenta malefica fit delata vehementer suspecta,<sup>a</sup> vt immediate supra in quinto modo incidendi tactum fuit: tunc opus erit considerare an ipsa vehemens suspicio in violentam transire possit. Presumitur enim quod transire possit, id est, quod flagicijs detente ipsa delata interfuit, vbi familiaritatem cum ea frequenter habuit. Est ergo procedendum iudici iuxta sextum  
250D modum processum | fidei terminandi, prout in vicesimasexta questione tangitur.

Quod si queritur quid faciet iudex si adhuc talis delata ab altera malefica detenta omnino persistat in negatiua, non obstantibus quibuscunque indicijs aduersus eam productis, respondetur: primo iudex

<sup>a</sup> *Ed. prin.*: -cca

<sup>741</sup> *Start of adaptation of Eym. 2.55 (381 1B)*: Quintus casus est quod omnis excommunicatus ex causa fidei, vtpote . . . citatus contumaciter se absentauit . . . Quam excommunicationem si sustinuerit per annum animo pertinaci, sit ipso iure vt hereticus condemnandus.

<sup>742</sup> *End*

debet aduertere super negatiuas responsiones, an ex vicio seu maleficio taciturnitatis proueniant siue non. Et quidem, vt in primis questionibus (q. xv et xvi) huius tercię partis patuit, iudex cognoscere potest si flere et lacrimas emittere non valeat, et vbi in questionibus quasi insensibilis redditur, ita quod ad pristinas vires faciliter redit, tunc quidem violenta suspicio aggrauatur, et omnino non est libere dimittenda, sed vt in sexto modo sentiendi et processum fidei terminandi patuit supra allegato, perpetuis carceribus ad penitentiam peragendam deputanda.

Si vero maleficio taciturnitatis non sit infecta propter vehementes dolores quos in questionibus sustinet vere et realiter, cum tamen alie ex maleficio taciturnitatis quasi insensibiles redduntur, vt dictum est, tunc vltimum refugium iudex habere potest super canonicam purgationem, <sup>251A</sup> que si a seculari iudice indicitur, dicitur vulgaris licita, quia non de numero illarum purgationum vulgarium de quibus ij. q. iij. "Consuluisti" et c. "Monomachia" tractatur. In qua purgatione si defecerit, vt reus vel rea iudicabitur.

Septimus modus incidit vbi delatus ipse non reperitur legitime deprehensus nec propria confessione nec facti euidencia nec testium legitima productione, sed tantum reperitur a detenta malefica delatus vel delata, et cum hoc reperiuntur indicia que ipsum reddunt suspectum leuiter vel vehementer, vtpote quia solummodo habuit magnam familiaritatem cum maleficis: tunc tali ratione infamie est indicenda canonica purgatio iuxta c. allegatum "Inter sollicitudines," et ratione suspicionis heresim abiurare, cum pena relapsorum, vbi recidiuaret, si vehementer suspectus, vel sine illa, si leuiter. Et procedatur vt in septimo modo processum fidei terminando<sup>a</sup> circa vicesimamseptimam questionem tactum est.

Octauus modus incidit vbi sic delatus reperitur confessus heresim <sup>251B</sup> illam sed penitens et nunquam relapsus. Vbi notandum: quod consequenter vbi agitur de relapsis et non relapsis, penitentibus et non penitentibus, tales distinctiones facte sunt propter ecclesiasticos iudices qui de vltimis inferendis supplicijs non se intromittunt, ideo ciuilis iudex super confessam, siue peniteat siue non, siue relapsa fuerit siue non, per ciuiles et imperiales leges procedere potest vt iusticia suadebit, tantummodo recursum ad ipsos tredecim modos sentiendi habere potest et secundum illos se resoluere, vbi aliquod ambiguum interueniret.

<sup>a</sup> Sc. -i

QUESTIO XXXIIIIJ: SUPER MODUM SENTENTIANDI  
 MALEFICAM MALEFICIA TOLLENTEM; INSUPER ETIAM  
 SUPER MALEFICAS OBSTETRICES ET MALEFICOS  
 SAGITTARIOS

QUINTUSDECIMUS MODUS PROCESSUM FIDEI terminandi et  
 sententiandi est quando delatus de heretica prauitate reperitur maleficia  
 non inferentem sed tollentem.<sup>a</sup> Circa istum talis practica est seruanda,  
 251C quia aut vtitur | remedijs licitis aut illicitis, et si quidem licitis, non  
 vt maleficus sed vt christicola est iudicandus, de quibus licitis remedijs  
 supra circa principium huius tercie partis ad longum patuit. Si vero illicitis,  
 tunc distinguendum, quia aut sunt illicita simpliciter aut secundum  
 quid: si simpliciter, adhuc dupliciter, quia vel nocumento proximi vel  
 sine nocumento, vtroque tamen modo semper cum expressa demonum  
 inuocatione. Si vero illicita secundum quid, puta quia absque expressa,  
 licet non absque tacita, demonum inuocatione fiunt, talia iudicantur  
 vana potius quam illicita nominari a canonistis et certis theologis, vt  
 supra in prima questione huius vltime partis totius operis patuit. Iudex  
 ergo quicumque, siue ecclesiasticus siue ciuilis, licet primos et vltimos  
 non habeat reprobare, et signanter primos potius commendare et vltimos  
 tollerare, prout canoniste asserunt licitum esse vana vanis contundere,  
 illos tamen qui cum expressa demonum inuocatione maleficia auferunt  
 nullo modo tollerare debent,<sup>b</sup> precipue illos qui cum nocumento proximi  
 251D talia committunt. Et dicuntur cum nocumento proximi praticare,  
 quando maleficium ita ab vno aufertur quod alteri infertur, nec obstat si  
 illa cui infertur sit malefica per se siue non, et siue sit illa que maleficium  
 intulit siue non, et siue sit homo siue quecunque alia creatura. Patent  
 super hec omnia acta et gesta in prima questione supra allegata deducta.

Sed queritur: quid faciet iudex vbi talis asserit se maleficia tollere  
 per licita et non illicita remedia, aut quomodo possit talia veraciter  
 iudex cognoscere? Respondetur quod citato illo interrogetur quibus  
 remedijs<sup>c</sup> vtatur, nec tamen verbis suis standum erit. Sed ecclesiasticus  
 iudex cui ex officio incumbit diligenter inquirat, siue per se siue per  
 plebanum aliquem qui a singulis parrochianis exacte sub prestito iuramento  
 quod exigere potest perquirat, quibus remedijs vtatur, et si quidem  
 inuenta fuerit, prout communiter inueniuntur, cum superstitiosis

<sup>a</sup> *Sc.* Inferens . . . tollens

<sup>b</sup> *Ed. prin.:* -et

<sup>c</sup> *Ed. prin.:* medijs (*cf. next sentence*)

remedijs, omnino non sunt propter horribiles penas a canonibus inflig-  
tas, vt inferius patebit, tollerande.

Et si queritur vnde possunt remedia licita ab illicitis discerni, cum  
semper asserunt se quibusdam orationibus et herbarum applicationibus <sup>252A</sup>  
huiusmodi amouere, respondetur: hoc facile foret, dummodo diligens  
inquisitio fieret. Nam quia necesse habent sua supersticiosa remedia  
occultare, eo vt non reprehendantur seu vt facilius mentes simplicium  
illaqueare valeant, ideo huiusmodi verbis aut herbarum applicationibus  
insistunt: tamen ex quattuor supersticiosis eorum<sup>a</sup> actibus tanquam sor-  
tilige et malefice manifeste reprehenduntur.

Sunt enim de occultis diuinantes et ea que non nisi malorum spiri-  
tuum reuelatione scire possunt reserantes: exempli gratia vbi pro sanitate  
acquirenda frequentantur a lesis, causam lesionis aut maleficij aperire et  
manifestare sciunt, vt si ratione altercationis cum vicina acciderit vel  
aliqua ex causa alia, hoc ipsum perfectissime noscunt et indicare fre-  
quentantibus sciunt.

Secundo, vbi ad vnus nocumenti seu maleficij curam se intromittunt,  
alterius vero minime, prout in diocesi Spirensi malefica quedam in loco <sup>252B</sup>  
quodam Zun Hofen nuncupato existit, que licet plures sanare videatur,  
certos tamen minime se posse curare fatetur, nullam ob aliam de causa<sup>b</sup>  
nisi, vt ab incolis fertur, quod maleficia talibus illata sint tam fortiter  
ab alijs, vt asserit, maleficis impressa, et hoc vtrique virtute demonum,  
quod illa amouere non valeat,<sup>c</sup> quia videlicet demon non semper demoni  
cedere potest aut non vult.

Tertio, vbi super huiusmodi<sup>d</sup> maleficia illata singulares exceptiones  
facere noscuntur, prout in ipsa ciuitate Spirensi contigisse noscitur: dum  
quedam honesta persona maleficiata in tibijs huiusmodi diuinatricem  
ob sanitatis gratiam aduocasset, illa domum ingressa et eam dum intuita  
fuisset, talem exceptionem fecit. "Si," inquit, "squamos et capillos in vul-  
nere non habueris, reliqua omnia extrahere potero." Causam etiam lesio-  
nis aperuit, licet ex rure et ad duo miliaria aduentasset, dicens: "Quia cum  
vicina altercasti tali die, ideo tibi accidit." Preter squamos etiam et pilos  
alias quamplures diuersorum generum res extraxit et sanitati restituit.

Quarto, vbi supersticiosis insistunt aut | insistere faciunt ceremonijs, <sup>252C</sup>  
vt si ante solis ortum vel alio determinato tempore se frequentari volunt,

<sup>a</sup> Sc. earum

<sup>b</sup> nullam . . . causa: apparently a conflation of nullam ob aliam causam and nulla alia de causa  
(presumably one or the other was meant to be deleted)

<sup>c</sup> Ed. prin.: -eant

<sup>d</sup> Ed. prin.: huius

dicentes quod infirmitates vltra angariam illatas sanare nequeant aut quod tantummodo duas aut tres personas per annum sanare valeant, licet non sanando sed a lesionibus cessando sanare videantur.

Possunt et addi quamplures alie considerationes circa talium personarum conditiones, quia vt plurimum retroactis temporibus male et reprehensibilis vite fuerunt, diffamate seu adultere aut maleficarum superstites, vnde ex nulla sanctitate vite hec gratia sanitatis a deo collata.

Incidentaliter reducuntur et obstetrices malefice omnes alias maleficas in flagicijs excedentes, de quibus et in prima parte operis deductum est, quarum etiam tantus numerus, vt ex earum confessionibus compertum est, quod non estimatur villula vbi huiusmodi non reperiantur existit.<sup>a</sup> Cui periculo vtique a presidentibus foret in parte succurrendum, vt non nisi iurate obstetrices a presidentibus deputarentur, cum alijs remedijs  
252D que in secunda | parte operis tacta sunt.

Incidit et de maleficis sagittarijs in contumeliam vtique christiane religionis tanto periculosius degentes,<sup>b</sup> quanto et securiores habent in terris optimatum et principum receptatores, fautores et defensores. Sed quod omnes tales receptatores, fautores etc. omnibus maleficis plerunque in certis casibus damnabiliores existunt, sic declaratur. Nam<sup>743</sup> talium defensores a canonistis et theologis in duplici genere assignantur. Quidam nanque errorem, alij vero personam sunt defendentes, et hi quidem qui errorem damnabiliores ipsis qui errant existunt, cum non solum heretici imo heresiarchi habendi sunt, vt patet xxiiiij q. iij, “Qui illorum,” et de his defensoribus communiter non loquuntur iura, eo quod ab alijs hereticis non distinguuntur: in quibus etiam habet locum c. “Ad abolendam” § “Presenti” sepe allegatum. Quidam alij sunt qui, licet non defendunt errorem, defendunt tamen personam errantem, vtpote qui resistunt viribus et potentia, ne tales malefici seu quicunque alij heretici veniant ad manus iudicis fidei ad examinandum vel puniendum, et similia.<sup>744</sup>

253A Simili | modo etiam fautores<sup>745</sup> talium sunt in duplici genere. Quidam nanque sunt qui publica funguntur autoritate, hoc est, publice persone, vt domini temporales seu etiam spirituales temporalem iurisdictionem

<sup>a</sup> Sc. existere

<sup>b</sup> Sc. -ibus

<sup>743</sup> *Start of Eym. 2.52 (370 2B), which begins:* Ad hanc [sc. questionem: hereticorum defensores qui sunt, et si heretici dicendi sunt] respondemus quod hereticorum defensores sunt in duplici genere. Quidam namque sunt qui defendunt hereticorum errorem, et ii damnabiliores illis qui errant, et non solum . . .

<sup>744</sup> *End*

<sup>745</sup> *Start of Eym. 2.53 (371 2D–372A), which begins:* Ad hanc respondemus quod fauentes hereticis sunt in duplici . . .

habentes, qui etiam<sup>746</sup> fautores esse possunt duobus modis, obmittendo et committendo: obmittendo scilicet facere ea circa maleficos<sup>747</sup> vel suspectos, infamatos vel credentes, receptatores, defensores et fautores, ad que ex eorum officio obligantur, cum tamen ab episcopis vel inquisitoribus vel eorum altero<sup>a</sup> requiruntur, vtpote si eos non capiant, vel captos non diligenter custodiant, vel infra districtum suum ad locum de quo eis mandatur non deducant, aut executionem promptam de eis non faciant, et similia, vt patet in c. "Vt inquisitionis" in principio (*Libro Sexto*, "De hereticis"); committendo autem vtpote si captos huiusmodi sine episcopi aut iudicis eius<sup>748</sup> licentia vel mandato a carcere liberent vel processum, iudicium vel sententiam eorum directe vel indirecte impediunt, vel similia peragunt, vt patet c. allegato "Vt inquisitionis" § "Prohibemus."<sup>749</sup> Pene<sup>750</sup> tallium in precedentibus circa 253B

secundum principale huius operis et circa finem, vbi de maleficis sagittarijs et alijs armorum incantatoribus tactum est, declarate sunt. Ad presens sufficiat quod omnes tales ipso iure sunt excommunicati et duodecim magnas penas incurrunt:<sup>b</sup> patet (*Extra*, "De hereticis") "Excommunicamus" primo § "Credentes" et c. allegato "Vt officium" § "Prohibemus," in qua excommunicatione si per annum persistierint animo pertinaci, extunc sunt vt heretici condemnandi, vt eodem c. et § allegato.<sup>751</sup>

Qui<sup>752</sup> vero dicendi sunt receptatores et an habendi sunt vt heretici: respondetur quod recipientes huiusmodi maleficos sagittarios aut quoscunque armorum incantatores, nigromanticos seu maleficos hereticos, de quibus in toto opere tractatum est, sunt in duplici genere,<sup>753</sup> sicut etiam de eorum defensoribus et fautoribus tactum est. Quidam<sup>754</sup> nanque sunt qui non tantum semel vel bis sed pluries et frequenter tales suscipiunt, et isti proprie et secundum vim vocabuli dicuntur receptatores a receptando, quod est verbum frequentatiuum. | Et tales receptatores 253C

quandoque sunt sine culpa, vtpote si ignoranter hoc faciunt nec aliquid

<sup>a</sup> So *Eym.*; *ed. prin.*: -i

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: -ruut

<sup>746</sup> For seu . . . etiam *Eym. has*: eorum balliui, veguerii et officiales ceteri et tales fauent et

<sup>747</sup> *Eym.*: hereticos

<sup>748</sup> For aut . . . eius *Eym. has*: et inquisitoris vel alterius ipsorum

<sup>749</sup> *End of direction quotation*

<sup>750</sup> *Continue as paraphrase*: Omnes isti fautores sunt, et etiam excommunicati ipso iure, in qua si per annum persistierint, extunc vt heretici condemnantur, vt clare patet cap. et § alleg.

<sup>751</sup> *End*

<sup>752</sup> *Start of Eym. 2. 51 (368 2D-369 1A), which begins*: Quinquagesimaprima questio est: hereticorum receptatores qui dicendi sunt, et si heretici habendi sunt. Ad hanc respondemus quod recipientes hereticos in domibus suis sunt in duplici genere . . .

<sup>753</sup> *Pause*

<sup>754</sup> *Resume*

vnquam sinistri de eis<sup>755</sup> suspicati sunt. Aliquando sunt in culpa, vtpote quando eorum errores sciunt et non ignorant quod ecclesia tales semper persequitur tanquam crudelissimos fidei hostes, et nihilominus domini terrarum eos receptant, tenent, defendunt etc.:<sup>756</sup> tales<sup>757</sup> proprie sunt et dicuntur hereticorum receptatores, et de talibus etiam loquuntur iura, et quod sunt excommunicati iuxta c. “Excommunicamus” primo<sup>a</sup> § “Credentes.”<sup>758</sup>

Quidam<sup>759</sup> autem non pluries et frequenter sed tantum semel vel bis huiusmodi maleficos aut hereticos receperunt, et isti non videntur proprie dici receptatores, quia non frequentarunt, sed receptores, quia eos receperunt et non receptauerunt, licet archidiaconus dicat contrarium in c. “Quicumque” super verbo “receptatores,”<sup>760</sup> de quo tamen non est magna vis, quia non de verbis sed de factis curandum est.<sup>761</sup>

253D Ponitur tamen differentia inter receptatores et receptores, eo quod domini terrarum semper dicuntur talium receptatores, vbi simplices qui eos expellere non habent nec possunt, etsi receptores sint, sunt tamen sine culpa.

Vltimo autem de impeditoribus officij inquisitionis episcoporum contra huiusmodi maleficos hereticos: qui<sup>762</sup> sunt et si heretici dicendi sunt, ad quod respondetur quod huiusmodi impeditores sunt in duplici genere.

Quidam nanque sunt qui impediunt directe, vt qui captos pro heresis crimine a carcere propria temeritate liberant vel processus inquisitionis lacerant, testes in causa fidei pro eo quia testificati sunt vulnerant, vel si dominus temporalis statuatur quod nullus nisi ipse de hoc crimine cognoscat aut quod nullus nisi sibi de hoc crimine accusari possit nec testificari nisi coram eo, et similia, et isti impediunt directe iuxta notata per Johannem Andree in c. “Statutum” super verbo “directe” (*Libro*

<sup>a</sup> Sc.-um

<sup>755</sup> For nec . . . eis *Eym. has*: vt quia eorum errores nesciunt nec aliquid sinistrum de eis audierunt

<sup>756</sup> For non . . . etc. *Eym. has*: et quod ecclesia pro illis eos persequitur non ignorant, et nihilominus eos latenter et frequenter receptant ne ad manus ecclesie perueniant

<sup>757</sup> *Eym. adds*: enim

<sup>758</sup> *Pause* (*Eym. then has a paragraph about the ramifications of whether or not the harbinger believes in the heretic's errors*)

<sup>759</sup> *Resume* (369 1B)

<sup>760</sup> *Eym. adds*: et etiam Guido Fulcodius predictus in Consultationibus ad Inquisitores Heretice Prauitatis (q. xi), qui volunt tales etiam dici et esse receptatores (*these words could have been dropped accidentally through haplography, but since the excision consists of a complete sense unit whose loss does not affect the overall sense, the omission may have been intentional*)

<sup>761</sup> *End* (*Eym.*: non de verbis curamus sed de factis)

<sup>762</sup> *Start of Eym. 2.54* (374 2D–375 1D), which begins: Quinquagesima quarta questio est: impeditores officij inquisitionis heretice prauitatis qui sunt . . .

Sexto,<sup>a</sup> "De hereticis"), et qui processum, iudicium vel sententiam in tali causa fidei directe impediunt vel qui ad hec agenda prestiterint auxilium, consilium vel fauorem.

Et tales licet sint multum culpabiles, | non tamen ex hoc sunt <sup>254A</sup> heretici iudicandi nisi aliter appareret quod essent consimilibus erroribus maleficorum inuoluti cum pertinaci voluntate.<sup>763</sup> Sunt tamen ipso iure excommunicationis mucrone percussi iuxta c. "Vt inquisitionis" § "Prohibemus," sic quod si in illa excommunicatione steterint per annum animo pertinaci, extunc sunt vt heretici condemnandi, vt patet c. et § allegato.

Quidam vero sunt qui impediunt indirecte, vtpote qui statuunt quod nullus portet arma ad capiendum hereticos<sup>764</sup> nisi de familia domini temporalis,<sup>765</sup> et similia iuxta notata per Johannem Andree in ca. "Statutum" super verbo "indirecte," et tales sunt minus culpabiles quam primi, nec sunt heretici sed sunt excommunicati iuxta allegatum c. "Vt inquisitionis," et etiam prestantes ad hoc consilium, auxilium vel fauorem, taliter<sup>766</sup> quod si steterint in illa excommunicatione per annum animo pertinaci, extunc velut heretici sunt condemnandi per allegatum c.<sup>767</sup> et<sup>768</sup> § "Prohibemus." Quod sic est<sup>769</sup> intelligendum<sup>770</sup> quod heretici <sup>254B</sup>condemnatur taliter quod si volunt redire,<sup>771</sup> recipiuntur | ad misericordiam, errore prius abiurato; alias vt impenitentes traduntur curie seculari, vt patet per c. "Ad abolendam" § "Presenti."<sup>772</sup>

Epilogando: malefice obstetrices, prout alie malefice maleficia inferentes, secundum qualitatem criminum condemnantur et sententiantur, et a simili malefice maleficia supersticiose, vt dictum est, opere diaboli tollentes, cum non dubium sit quod sicut auferre, ita et inferre possunt, vnde et quodam pacto taliter malefice ex demonum informatione conueniunt, vt he quidem ledere, alie vero sanare debeant, vt sic eo facilius mentes simplicium illaqueando suam perfidiam augmentant.

<sup>a</sup> So Eym.: ed. prin.: v

<sup>763</sup> For maleficorum . . . voluntate Eym. has: in mente et pertinaciam in voluntate

<sup>764</sup> ad . . . hereticos: not in Eym.

<sup>765</sup> Eym. adds: Nam consequenter qui sunt de familia inquisitoris non possunt portare, quod est indirecte impedire, vel quod nullus possit capere aliquem vel capi facere nisi dominus temporalis. Nam consequenter qui sunt de familia inquisitoris non possunt capere.

<sup>766</sup> Not in Eym.

<sup>767</sup> Eym. adds: "Vt inquisitionis"

<sup>768</sup> Eym.: in

<sup>769</sup> sic est: est sic in Eym.

<sup>770</sup> Eym. adds: vt dictum est supra (q. 47)

<sup>771</sup> For heretici . . . redire Eym. has sicut heretici si velint redire

<sup>772</sup> Pause

Sagittarij vero et alij armorum incantatores malefici cum non nisi ex fauore, defensione, receptatione presidentium sustentantur, omnes tales penis prescriptis subiacent, et qui officiales quoscunque contra huiusmodi maleficos aut eorum fautores etc. in eorum officio impedirent, simili modo excommunicati sunt et omnibus penis vti fautores subiacent. Verum vbi steterint<sup>773</sup> per annum in illa excommunicatione animo pertinaci, si redire voluerint, abiurant impedimentum et fautoriam et ad misericordiam admittuntur; alias vt impenitentes heretici traduntur brachio seculari. Et vbi non stent per annum, nihilominus contra impedidores huiusmodi potest procedi vt contra fautores hereticorum (arguitur c. "Accusatus" § vltimo).<sup>774</sup>

Et quod dictum est de fautoribus, defensoribus, receptatoribus et impeditoribus super maleficos sagittarios etc., idem et per omnia intelligendum est erga quascunque maleficas aut maleficos hominibus, iumentis aut terre frugibus varia nocumenta inferentibus.<sup>a</sup> Verum et ipsi malefici quicunque vbi in foro penitentie spiritu contrito et humiliato peccata deflentes et pure confitentes veniam petierint, ad misericordiam recipiuntur: alias vbi innotescunt, contra eos procedere debent quibus ex officio incumbit, citando, arrestando, capiendo et procedendo in omnibus iuxta criminum qualitatem vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue, vt tactum est, si et in quantum huiusmodi presidentes eterne damnationis laqueum propter excommunicationem eis ab ecclesia inflictam euadere velint.

QUESTIO XXXV HUIUS VLTIME PARTIS: SUPER MODOS  
SENTENTIANDI MALEFICOS QUOSCUNQUE FRIUOLE AUT  
ETIAM IUSTE APPELLANTES

SÍ VERO AD APPELLATIONIS remedium finaliter delatum confugere iudex cerneret, notandum primo quod hec<sup>775</sup> interdum valida atque iusta, interdum friuola atque nulla decernitur. Cum enim in negocijs

<sup>a</sup> *Sc. -es*

<sup>773</sup> *Resume (Eym. begins: sic tales qui vt impedidores fuerunt excommunicati et steterunt per annum in illa excommunicatione...)*

<sup>774</sup> *End*

<sup>775</sup> *Start of Eym. (453 2D–456 1D), which begins: Quartum quod prorogat et dilatat iudicium, sententiam et processum inquisitoris est delati ab inquisitore appellatio, et hec interdum est aliqua atque iusta, interdum friuola et nulla. Quando enim delatus sentit ab inquisitore realiter et de facto contra ius et iustitiam aggrauatum, vt pote quia non vult eum ad se defendendum admittere vel solus sine episcopo seu eius vicario pronuntiauit delatum questionare et similia non fienda.*

fidei summarie, simpliciter et de plano sit procedendum, vt ex precedentibus sepe tactum est ex c. "Multorum querela" in *Clementinis*, vbi et appellationis remedium interdicitur, attamen quia iudices interdum sponte propter negocij arduitatem libenter ipsum prorogant et dilant, ideo aduertere possunt quod vbi delatus sentiret se a iudice realiter et de facto contra ius et iusticiam aggrauatum, vtpote quia eum ad se defendendum admittere noluit, vel quia solus sine consilio aliorum vel etiam sine assensu episcopi vel eius vicarij pronunciauit delatum questionare, cum alias sufficientes probationes pro et contra habere potuisset, et huius similia,<sup>776</sup> tunc quidem appellatio foret iusta; alias non.

Secundo notandum quod iudex,<sup>777</sup> appellatione huiusmodi sibi presentata, tunc absque perturbatione et motu debet petere copiam appellationis, protestando verbo quod non currat sibi tempus, et cum ipse delatus tradiderit sibi copiam appellationis, aduertat quod<sup>778</sup> adhuc habet duos dies ad respondendum et post hec duos adhuc triginta ad apostolos exhibendum. Et licet statim possit respondere et apostolos dare istos vel illos, vbi sit multum expertus et peritus, tamen vt cautius procedatur, melius est aliquem terminum x vel xx aut xxv dierum eidem ad dandum pariter et recipiendum apostolos, quales dare decreuerit, assignare cum potestate prorogandi <infra tempus iuris>.<sup>a, 779</sup>

Tercio notandum est iudici quod [infra tempus iuris] et<sup>780</sup> infra tempus assignatum debet diligenter attendere et discutere causas appellationis seu grauamina allegata, et si videt habito bono consilio peritorum quod iniuste et indebite delatum aggrauauit, ad se defendendum<sup>781</sup> non admittendo vel questionibus non debito tempore exponendo<sup>782</sup> vel similia, adueniente termino assignato corrigat errorem suum et reducat processum ad punctum et statum in quo erat quando defensiones ille petiuit vel terminum ad interloquendum assignauit et similia, et tollat gravamen, quo ablato procedat prout ante, quia per ammotionem grauaminis

<sup>a</sup> So *Eym.* (The following phrase tercio . . . quod was accidentally inserted before rather than after the phrase *infra tempus iuris* in *Eym.*'s original text.)

<sup>776</sup> Pause

<sup>777</sup> Resume (*Eym.* begins: . . . et appellat ab inquisitore huiusmodi grauamina allegando atque apostolos sepe et sepius postulando, tunc inquisitor appellatione huiusmodi sibi presentata sine turbatione atque metu debet petere copiam appellationis protestans verbo quod non currat sibi tempus . . .)

<sup>778</sup> aduertat quod: not in *Eym.*

<sup>779</sup> Pause

<sup>780</sup> Resume

<sup>781</sup> For ad . . . defendendum *Eym.* has: se ad defendendum eum

<sup>782</sup> For questionibus . . . exponendo *Eym.* has: solus et per se sine episcopo vel eius vicario eundum delatum questionandum pronunciando

appellatio que erat aliqua fit nulla iuxta c. “<Cum><sup>a</sup> cessante” (*Extra*, “De appellationibus”).

Sed hic attendat<sup>783</sup> circumspectus et prouidus iudex<sup>784</sup> quod quedam sunt grauamina reparabilia, et sunt illa<sup>785</sup> de quibus iam<sup>786</sup> dictum est, et tunc habent locum ea que dicta sunt.<sup>787</sup> Quedam autem sunt irreparabilia, utpote si delatus fuerit questionatus realiter et de facto et post euadens appellat, vel si clenodia et aliqua vtilia simul cum vasis et instrumentis quibus | malefici vtuntur fuerunt recepti et combusti,<sup>b, 788</sup> et similia que nequeunt reparari nec reuocari, et tunc non habet locum predictus modus, scilicet processum ad statum reducere<sup>789</sup> in quo fuit grauamen huiusmodi<sup>c</sup> irrogatum.<sup>790</sup>

Quarto notandum iudici est quod<sup>791</sup> licet a die responsionis habeat xxx dies ad apostolos exhibendum iuxta c. “<Ab eo><sup>d</sup>” (“De appellationibus,”)<sup>792</sup> et possit petenti assignare vltimum diem iuris, hoc est, tricesimum,<sup>e</sup> ad apostolos recipiendum, tamen ne videatur quod velit vexare delatum et de vexatione indebita reddat <se><sup>f</sup> suspectum, et ne videatur confirmare grauamen sibi impositum propter quod extitit appellatum, melius est quod assignet infra tempus iuris terminum competentem, utpote decimum diem vel vicesimum,<sup>793</sup> et potest postmodum, si expedire noluerit,<sup>794</sup> adueniente termino prorogare, dicendo se fuisse alijs negocijs implicatum vel huiusmodi.<sup>795</sup>

Quinto notandum iudici quod<sup>796</sup> quando prefigit terminum appellanti et apostolos petenti, quod non assignet solum ad apostolos dandum, sed ad dandum pariter et recipiendum, quia si assignaret ad dandum

<sup>a</sup> So *Eym.*, canon

<sup>b</sup> Sc. recepta et combusta (*clumsy adaptation: the adjs. agree with libri in Eym.'s original text.*)

<sup>c</sup> So *Eym.*: ed. prin.: huius

<sup>d</sup> So *Eym.*

<sup>e</sup> Ed. prin.: -nm

<sup>f</sup> So *Eym.*

<sup>783</sup> For sed . . . attendat *Eym. has: Attendat autem*

<sup>784</sup> *Eym.*: inquisitor

<sup>785</sup> *Eym.*: ista

<sup>786</sup> *Eym.*: statim

<sup>787</sup> For habent . . . sunt *Eym. has: habet modus predictus*

<sup>788</sup> For clenodia . . . combusti *Eym. has: vel si libri sunt ab eo recepti pariter et combusti*

<sup>789</sup> *Eym.*: -eret

<sup>790</sup> *Pause*

<sup>791</sup> *Resume (Eym. begins: Attendat etiam inquisitor quod . . .)*

<sup>792</sup> *Eym. adds: Libro Sexto*

<sup>793</sup> For decimum . . . vicesimum *Eym. has: decem dierum vel viginti*

<sup>794</sup> *Eym.*: viderit

<sup>795</sup> *Pause*

<sup>796</sup> *Resume (Eym. begins: Attendat etiam inquisitor quod . . .)*

tantum,<sup>797</sup> tunc iudex<sup>798</sup> a quo appellaretur haberet appellanti mittere. Assignabit ergo ei terminum, hoc est, talem diem talis anni<sup>799</sup> ad dandum ei<sup>a</sup> et recipiendum a iudice<sup>800</sup> apostolos tales quales dare<sup>801</sup> decreuerit.<sup>802</sup>

Sexto notare debet quod<sup>803</sup> in assignatione huius<sup>804</sup> termini non dicat respondendo quod dabit apostolos negatiuos aut<sup>805</sup> affirmatiuos, sed vt plenius deliberare possit dicet quod exhibebit<sup>b</sup> tales quales tunc decreuerit exhibendos.

Attendat etiam<sup>806</sup> quod in assignatione huius<sup>807</sup> termini appellanti, vt tollatur omnis cautela<sup>808</sup> et astucie et malicie appellantis, assignet locum in specie, diem et horam, vtpote quod assinget xx diem augusti anni presentis et horam vesperarum, et cameram ipsius iudicis<sup>809</sup> in domo tali<sup>810</sup> Talis ciuitatis vel loci sitam Tali appellanti ad dandum et recipiendum apostolos tales quales decreuerit exhibendos.<sup>811</sup>

Septimo notat quod<sup>812</sup> si decreuit in animo suo detinere delatum crimine requirente et iusticia exigente, in assignatione | termini ponat 256A quod assignat talem terminum ad dandum vel recipiendum personaliter apostolos ipsi appellanti assignetque Talem locum eidem appellanti ad dandum eidem et recipiendum ab eo apostolos, de quo sit in potestate iudicis<sup>813</sup> appellantem libere retinere, datis tamen prius statim apostolis negatiuis; alias non.<sup>814</sup>

Septimo<sup>c</sup> notat iudex ne<sup>815</sup> aliquid innouet circa appellantem, ipsum capiendū vel questionando seu a carcere liberando vel alias, ab hora qua

<sup>a</sup> So *Eym.*; *ed. prin.*: eis

<sup>b</sup> *Sc.* exhibebat (*and so regularly later*)

<sup>c</sup> *Sic!*

<sup>797</sup> *Not in Eym.*

<sup>798</sup> *Eym.*: inquisitor

<sup>799</sup> *Eym. adds:* vtpote vigesimam mensis augusti

<sup>800</sup> *Eym.*: inquisitore.

<sup>801</sup> *Eym.*: se daturum.

<sup>802</sup> *Pause*

<sup>803</sup> *Resume (Eym. begins: Attendat etiam inquisitor quod...)*

<sup>804</sup> *Eym.*: huiusmodi

<sup>805</sup> *Eym.*: nec quod dabit

<sup>806</sup> *Eym. adds:* inquisitor

<sup>807</sup> *Eym.*: huiusmodi

<sup>808</sup> *Eym. adds:* et prouidenter

<sup>809</sup> *Eym.*: inquisitoris

<sup>810</sup> *Eym.*: predicatorum

<sup>811</sup> *Pause*

<sup>812</sup> *Resume (Eym. begins: Attendat etiam astutus et circumspetus inquisitor quod...)*

<sup>813</sup> *Eym.*: inquisitoris

<sup>814</sup> *Pause*

<sup>815</sup> *Resume (Eym. begins: Attendatque inquisitor quod...)*

fuit sibi appellatio presentata vsque ad horam qua tradidit apostolos negatiuos.<sup>816</sup>

Epilogando. Nota: sepe contingit quod delatus quando dubitat<sup>a</sup>,<sup>817</sup> quod contra eum feratur sententia, quia constat<sup>b</sup> sibi de culpa sua, frequenter recurrit ad appellationis remedium, vt sic subterfugiat iudicis<sup>818</sup> sententiam, vnde ab ipso appellat et causas friuolas assignat, vtpote quod iudex<sup>819</sup> eum captum tentuit et cautioni idonee eum tradere noluit et similia friuola colorata. Qua<sup>820</sup> appellatione iudici<sup>821</sup> presentata, copiam  
 256B appellationis petat, qua |habita statim vel post duos dies <respondeat, in qua><sup>c</sup> responsione, diem, horam et locum appellanti ad dandum et recipiendum apostolos tales quales decreuerit prefigat, infra terminum tamen iuris, vtpote x, xv, xx vel xxx<sup>822</sup> diem talis mensis. Infra quem terminum assignatum iudex<sup>823</sup> copiam appellationis et grauamina seu causas propter quas appellat diligenter discutiatur et cum bono consilio iurisperitorum<sup>824</sup> deliberet an exhibeat appellanti apostolos negatiuos, hoc est, responsiones negatiuas, appellationem non admittendo vel affirmatiuos,<sup>d</sup> hoc est, responsiones affirmatiuas et reuerentiales mittendas ad iudicem ad quem appellat, appellationi deferendo. Si enim videatur quod cause appellationis sunt false vel friuole atque nulle et quod appellans non vult nisi iudicium subterfugere seu prorogare, det apostolos negatiuos siue refutatorios. Si autem videatur quod grauamina sunt vera et iniuste sibi illata et non sunt reparabilia,<sup>e</sup> vel dubitat si est ita, vel alias  
 256C fatigatus propter maliciam appellantis vult se a tanto onere liberare, exhibeat appellanti apostolos affirmatiuos seu reuerentiales.

Adueniente igitur appellanti termino assignato, si iudex<sup>825</sup> nondum formauit apostolos seu responsiones, vel alias non est dispositus,

<sup>a</sup> So Eym.; ed. prin.: dubit|bitat

<sup>b</sup> Ed. prin.: cos-

<sup>c</sup> So Eym.

<sup>d</sup> So Eym.; ed. prin.: -as

<sup>e</sup> So 100 Eym.; Schnyder (1993) 287 asserts (wrongly: see Eng. notes) that the context demands: ... grauamina sunt ... iuste sibi illata et sunt irreparabilia or grauamina non sunt vera ... et sunt reparabilia

<sup>816</sup> Pause

<sup>817</sup> Resume (Eym. begins: Quando vero delatus dubitat quin contra eum)

<sup>818</sup> Eym.: inquisitoris

<sup>819</sup> Eym.: inquisitor

<sup>820</sup> Eym.: quia (surely a mistake)

<sup>821</sup> Eym.: inquisitori

<sup>822</sup> Eym.: vigesimumquintum

<sup>823</sup> Eym.: inquisitor

<sup>824</sup> Eym.: peritorum

<sup>825</sup> Eym.: inquisitor

peremptorie potest prorogare simul vel successiue vsque ad xxx<sup>826</sup> diem, qui est vltimus terminus iuris ad exhibendum apostolos assignatos.<sup>a</sup> Si autem formauit et est dispositus, potest statim dare apostolos appellanti.

Si igitur decreuerit dare apostolos negatiuos seu refutatorios, adueniente termino peremptorio assignato, exhibebit per modum qui sequitur in scriptis.<sup>827</sup>

“ET DICTUS IUDEX<sup>828</sup> RESPONDENS prefate interiecte appellationi, si dici appellatio mereatur, dicit quod ipse iuste et secundum canonicas sanctiones” – seu etiam “imperialia statuta seu leges”<sup>829</sup> – “processit et procedere intendit, et a iuris vtriusque<sup>830</sup> tramite non discessit, nec discedere intendit, minusque<sup>831</sup> ipsum appellansem aggrauauit nec aggrauare intendit aut intellexit, quod patet per causas coloratas allegatas,” – singulas decernendo.<sup>832</sup> “Non enim grauauit<sup>833</sup> in hoc quod eum<sup>834</sup> cepit et captum tenuit, quia cum sit sibi delatus de tali heretica prauitate et testes multos habeat contra eum, merito ipsum tanquam conuictum de heresi” – vel “sibi vehementer suspectum” – “captum tenere debuit atque debet. Nec grauauit eum, quia dare ipsum noluit cautioni. Nam cum crimen heresis sit crimen de maioribus et ipse appellans esset conuictus et starer<sup>b</sup> in negatiua, nequaquam erat nec est cautioni etiam maxime dandus, sed est et erat in carceribus detinendus.” Et sic discurret per alias rationes. Quo facto dicat sic: “Quare apparet quod ipse iudex<sup>835</sup> debite et iuste processit et a iuris semitis<sup>c</sup> minime deuiavit, minusque ipsum in aliquo aggrauauit, sed ipse appellans per causas coloratas atque fictas nititur subterfugere iudicium iniuste et indebite appellando, propter que eius appellatio est friuola atque nulla, vt pote a nullo grauamine interiecta, peccans in materia et forma, et cum appellationibus friuolis nec iura deferant nec sit a iudice deferendum, ideo dicit ipse iudex quod interiectam appellationem non admittit nec admittere

<sup>a</sup> So too *Eym.*; sc. -us

<sup>b</sup> So *Eym.*; ed. prin.: statū

<sup>c</sup> So *Eym.*; sc. -ite

<sup>826</sup> *Eym.*: vigesimum (manifestly an error)

<sup>827</sup> *Eym.* adds the heading: Forma dandi apostolos negatiuos

<sup>828</sup> *Eym.*: inquisitor

<sup>829</sup> For imperialia . . . leges *Eym. has:* ac consulta ad inquisitores et priuilegia eorundem

<sup>830</sup> Not in *Eym.*

<sup>831</sup> *Eym.*: neque (but minusque is noted as a variant)

<sup>832</sup> *Eym.*: discurrendo

<sup>833</sup> *Eym.* adds: eum

<sup>834</sup> *Eym.*: ipsum

<sup>835</sup> *Eym.*: inquisitor

intendit, nec ei defert nec deferre proponit, et hanc responsionem offert dicto Tali sic indebite appellanti pro apostolis negatiuis, et mandat inseri statim immediate post appellationem predictam eidem presentatam.”

Et sic tradat notario, qui appellationem eidem presentauit.<sup>836</sup>

QUIBUS<sup>837</sup> APOSTOLIS NEGATIUIS SIC adhibitis appellanti, statim iudex<sup>838</sup> continuando ipsum suum officium exequat, mandando eundem capi seu detineri vel ipsum arrestando vel terminum ad comparendum coram se eidem assignando vel aliquid simile propter quod appareat quod non desinit esse iudex, continuabitque processum suum contra appellantem quousque a iudice<sup>839</sup> ad quem est<sup>840</sup> appellatum sit prohibitum<sup>841</sup> ne procedat. Caueat tamen iudex<sup>842</sup> quod nullam nouitatem faciat contra appellantem<sup>843</sup> personam, nec ipsum capiendo nec si captus | est a carcere liberando nec alias ab hora qua<sup>844</sup> fuit sibi appellatio presentata quousque apostolos ei<sup>845</sup> tradiderit negatiuos, sed extunc, vt predicatur, poterit, si iustitia hoc requirat, quousque sit prohibitus a iudice ad quem fuerat appellatum, et tunc<sup>846</sup> cum processibus clausis et sigillatis et cum fida ac tuta custodia<sup>847</sup> idonea cautione, si oportuerit, remittat eum ad iudicem antedictum.

Si autem iudex<sup>848</sup> exhibere decreuerit apostolos affirmatiuos et reuerentiales, adueniente eidem termino peremptorio assignato ad dandum et recipiendum apostolos, exhibebit per modum qui sequitur in scriptis.<sup>849</sup>

“ET DICTUS IUDEX<sup>850</sup> RESPONDENDO prefate interiecte appellationi,<sup>851</sup> si dici appellatio mereatur, dicit quod ipse iuste et prout debuit<sup>852</sup> in causa presenti processit<sup>a</sup> et non alias, nec dictum aggrauatum

<sup>a</sup> So *Eym.*; *ed prin.*: -um

<sup>836</sup> Pause (*Eym.* then gives an alternative formula of rejection)

<sup>837</sup> Resume

<sup>838</sup> *Eym.*: inquisitor

<sup>839</sup> For a iudice *Eym. has*: per iudicem

<sup>840</sup> *Eym.*: fuerat

<sup>841</sup> *Eym.*: prohibitus

<sup>842</sup> *Eym.*: inquisitor

<sup>843</sup> *Eym.*: -antis

<sup>844</sup> *Eym. adds*: appellantis

<sup>845</sup> For apostoli ei *Eym. has*: eidem appellanti apostolos

<sup>846</sup> Not in *Eym.*

<sup>847</sup> The order of the two cum-clauses is reversed in *Eym.*

<sup>848</sup> *Eym.*: inquisitor

<sup>849</sup> *Eym. adds the heading*: Forma concedendi appellanti apostolos affirmatiuos

<sup>850</sup> *Eym.*: inquisitor

<sup>851</sup> For interiecte appellationi *Eym. has*: interiectioni appellationis

<sup>852</sup> *Eym. adds*: de iure

se appellasse aggrauare<sup>a</sup> intendit, quod patet ad allegatas rationes” – singulas discurrendo. “Non enim ipsum aggrauauit in hoc[quod dicit] etc.: 257C discurrat per causas singulas appellationis meliori modo et cum veritate qua poterit respondendo. Concludendo sic: “Quare apparet quod ipse iudex<sup>853</sup> dictum appellansem nullatenus aggrauauit nec causam dedit eidem appellanti, metuens ne secundum eius demerita ad iustitiam procedatur<sup>b</sup>, propter quod eius appellatio est friuola atque nulla, quia a nullo grauamine interiecta, nec ei est iure a iudice deferendum. Verum<sup>854</sup> propter reuerentiam sedis apostolice, ad quam extitit appellatum, dicit ipse iudex<sup>855</sup> quod dictam appellationem admittit eique defert et deferre intendit, totum presens negocium ad sanctissimum dominum nostrum papam et sanctam sedem apostolicam remittendo, assignando eidem appellanti certum tempus, scilicet tot menses proxime subsequentes,<sup>856</sup> infra quos cum processibus clausis et sigillatis sibi per ipsum iudicem<sup>857</sup> tradendis vel<sup>858</sup> alias data idonea cautione de presentando se in romana curia vel cum fida et tuta custodia eidem per ipsum iudicem<sup>859</sup> exhibenda habeat se in romana curia presentare domino nostro pape.” 257D

Et hanc responsionem offert ipse iudex<sup>860</sup> eidem appellanti pro apostolis affirmatiuis, et mandatur eam inseri immediate post interiectam appellationem eidem presentatam. Et sic tradet eam notario, qui appellationem eidem presentauit.<sup>861</sup>

ATTENDAT<sup>862</sup> AUTEM PRUDENS IUDEX<sup>863</sup> quod mox vt apostolos reuerentiales appellanti exhibuit in causa illa pro qua ille appellauit, statim ipse desinit esse iudex, nec potest amplius de illa cognoscere nisi sibi causa remissa per sanctissimum dominum nostrum papam, quare de causa illa se amplius intromittat nisi mittendo dictum appellansem

<sup>a</sup> For aggrauatum . . . aggrauare *Eym. has: appellansem aggrauasse (seemingly Iustitioris text of Eym. was defective).*

<sup>b</sup> For appellanti . . . procedatur *Eym. has: appellandi, sed ipse appellans, metuens ne secundum eius demerita ad iustitiam procedatur, appellauit. (The present text represents someone's attempt to restore sense to a defective passage; probably at some point appellandi was misread as appellanti, and then the following text was reworded to bring it into conformity with the misreading.)*

<sup>853</sup> *Eym.: inquisitor*

<sup>854</sup> *Eym. adds: ergo*

<sup>855</sup> *Eym.: inquisitor*

<sup>856</sup> *Eym.: seque-*

<sup>857</sup> *Eym: inquisitorem*

<sup>858</sup> *Eym.: et*

<sup>859</sup> *Eym.: inquisitorem*

<sup>860</sup> *Eym.: inquisitor*

<sup>861</sup> *Pause (Eym. then gives an alternative formula for granting the appeal)*

<sup>862</sup> *Resume*

<sup>863</sup> *Eym: inquisitor*

per modum predicatum ad dominum nostrum papam, assignando eidem terminum competentem, vtpote vnus mensis, duorum vel trium, quatenus interim possit se ad eundem disponere et parare recipiatque  
 258A ab eo de comparendo et se presentando in romanam<sup>864</sup> | curiam<sup>865</sup> infra eundem terminum assignatum idoneam cautionem,<sup>a</sup> vel si appellans non potest illam prestare, mittatur cum fida<sup>b</sup> et tuta custodia,<sup>866</sup> vel obliget se melius quo poterit quatenus se infra terminum assignatum in romanam<sup>867</sup> curiam<sup>868</sup> presentabit domino nostro pape, vel per ipsum non stabit.

Si autem iudex<sup>869</sup> habet causam aliam ac procedit contra eam<sup>870</sup> in alia causa in qua delatus non appellauit, in ipsa illa causa<sup>871</sup> iudex remanet prout ante iudex:<sup>872</sup> etiam<sup>873</sup> si post admissam appellationem et datis apostolis reuerentialibus ipse appellans accusatur et<sup>874</sup> denunciatur iudici<sup>875</sup> de alijs heresis<sup>876</sup> criminibus, de quibus non agitur in causa pro qua appellauit, non desinit esse iudex, imo potest procedere se ad<sup>c</sup> informandum et testes examinandum libere, prout prius. Et finita prima causa in romana curia vel ad iudicem remissa, potest procedere<sup>877</sup> libere in secunda.<sup>878</sup>

Aduertant autem iudices quod processus<sup>879</sup> clausos et sigillatos ad  
 258B romanam curiam mittant iudicibus assignatis qui iustitiam faciant processus meritis actitatis, nec inquisitores ibi curent | agere contra appellantes, sed dimittant eos predictis suis iudicibus iudicandos. Qui iudices, si inquisitores nolunt facere partem contra appellantes, procedent ex officio ad procuracionem appellantium, si voluerint expediti.<sup>880</sup>

<sup>a</sup> So *Eym.*; *ed. prin.*: idonea cautione

<sup>b</sup> So *Eym.*; *ed. prin.*: -e

<sup>c</sup> *Ed. prin.*: pro se ad; *Eym.*: procedere ad se

<sup>864</sup> *Eym.*: -a

<sup>865</sup> *Eym.*: -a

<sup>866</sup> For fida . . . custodia *Eym. has*: fida custodia et tuta

<sup>867</sup> *Eym.*: -a

<sup>868</sup> *Eym.*: -a

<sup>869</sup> *Eym.*: inquisitor

<sup>870</sup> *Eym.*: eum

<sup>871</sup> *Eym. adds*: inquisitor

<sup>872</sup> Not in *Eym.*

<sup>873</sup> *Eym.*: et

<sup>874</sup> *Eym.*: vel

<sup>875</sup> *Eym.*: inquisitori

<sup>876</sup> *Eym.*: heresibus vel

<sup>877</sup> *Eym. adds*: vt prius

<sup>878</sup> End

<sup>879</sup> Start of *Eym.* (460 1B–2B), which begins: . . . inquisitores dictos processus clauses . . .

<sup>880</sup> Pause

Aduertant etiam iudices quod si ad<sup>881</sup> appellantium instantiam citentur personaliter et compareant, caueant tamen<sup>882</sup> omnino litem non iurare, sed attendant processus exhibere et totam causam ad illos reducere et procurent, vt citius poterunt, remeare, ne ibi tedijs, miserijs, laboribus et expensis damnabiliter fatigentur. Sequuntur nanque damna ecclesie,<sup>883</sup> et heretici confortantur, et exposit non inueniunt iudices tantum fauorem et reuerentiam, nec timentur, prout eorum presentia facit.<sup>884</sup> Item ipsi heretici alij quicumque, videntes<sup>885</sup> iudices<sup>886</sup> in romana curia fatigari et detineri, erigent sibi cornua et contemnent<sup>a</sup> ac malignabuntur et audacius hereses seminabunt, et vbi agitur contra eos, simili modo<sup>887</sup> appellabunt.<sup>888</sup> Alij etiam iudices efficiuntur<sup>889</sup> debiliores ad negocia fidei prosequendum,<sup>890</sup> et ad hereticos extirpandum, metuentes ne per<sup>258C</sup> consimiles<sup>891</sup> appellationes tedijs et<sup>892</sup> miserijs<sup>893</sup> fatigentur,<sup>894</sup> et hec omnia cedent in<sup>895</sup> magnum preiudicium fidei et ecclesie sancte dei.<sup>896</sup> A quibus singulis sponsus ipsius ecclesie eam preseruare dignetur!

Sit laus deo, exterminium hereticis,<sup>b</sup> pax viuus, requies eterna defunctis. Amen.

<sup>a</sup> Ed. prin.: -et

<sup>b</sup> Ed prin.: heresis

<sup>881</sup> Resume (Eym. begins: Vbi autem inquisitores ad appellantium)

<sup>882</sup> Not in Eym.

<sup>883</sup> Pause (Eym. adds: sancte multa, quando inquisitores in romana curia propter causas huiusmodi longo tempore trahunt moram)

<sup>884</sup> The end of this passage replaces a section (460 1D) stating that in the absence of inquisitors, bishops are unable to suppress heresy so well because of their many other duties (the phrase non . . . facit is an adaptation of a phrase about bishops: nec inueniunt tantum fauorem nec reuerentur nec timentur prout inquisitores)

<sup>885</sup> Resume (Eym. begins: Secundum damnum est quo heretici, seu de heresi diffamati, delati vel suspecti, videntes . . .)

<sup>886</sup> Eym.: inquisitores

<sup>887</sup> For simili modo Eym. has: per diocesanos vel inquisitorum commissarios consimiliter

<sup>888</sup> Pause (Eym. adds: vt sic negocia fidei inuoluantur et securius hereses inserantur)

<sup>889</sup> Resume (Eym. begins: Tertium damnum est quia inquisitores sic in romana curia fatigati cum redierint et inquisitores aliarum partium huiusmodi illorum fatigationem audierint, efficiuntur debiliores . . .)

<sup>890</sup> Eym.: promouendum

<sup>891</sup> Eym. adds: delatorum de heresi

<sup>892</sup> Not in Eym.

<sup>893</sup> Eym. adds: paupertatibus, expensis et laboribus

<sup>894</sup> Pause (Eym. adds: et sic non curabunt negocia fidei promouere nec hereses extirpare, sed quiescent a laboribus suis)

<sup>895</sup> Resume

<sup>896</sup> End

## Appendix: Draft of the Bull Summis Desiderantes

223r Sicut<sup>a</sup> non sine anime nostre graui perturbatione accepimus, licet in prouincijs, ciuitatibus et diocesibus Muguntinensi, Coloniensi, Treuerensi, Salzburgensi et Bremensi<sup>b</sup> ac ceteris partibus Alamanie superioris quamplures utriusque sexus persone a fide catholica deuiantes cum demonibus incubis et succubis abutuntur ac suis incantacionibus, carminibus, coniuracionibus et alijs nephandis et anathematizatis superstitijs et sortilegijs, excessibus, criminibus et delictis mulierum partus, animalium fetus, terre fruges, uinearum uuas et arborum fructus necnon homines, mulieres, iumenta, pecora et pecudes et alia diuersorum generum animalia, uineas, pomeria, prata, pascua, blada, frumenta et alia perire, suffocari et extinguere et depriuere<sup>c</sup> faciant et procurarent, necnon homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes et alia animalia huiusmodi<sup>d</sup> diris intrinsecis et extrinsecis doloribus, tormentis, dampnis et incommodis afficiant et affligent, ac homines ne generare, et mulieres ne concipere, et viri ne uxori, et uxor ne viro reddere possent coniugales actus impediantur,<sup>e</sup> et fidem catholicam abnegarent, Henricus Institoris et Iacobus Sprenger, ordinis fratrum predicatorum et theologie professores, heretice prauitatis inquisitores in partibus Alamanie superioris dictorum prouincie, ciuitates et dioceses<sup>f</sup> predictae fore noscuntur<sup>g</sup> per sedem apostolicam deputati existunt: quia tamen prouincie, ciuitates<sup>h</sup> et dioceses<sup>i</sup> predictae nominatim et specificè expresse non fuerunt, et de talibus personis, excessibus, criminibus et delictis in litteris apostolicis deputationis

<sup>a</sup> Marginal correction of *quamuis*

<sup>b</sup> *Ed. prin.*: all these adjectives of towns in Germany are transcribed as ending in *-sis*

<sup>c</sup> *So ed. prin.*

<sup>d</sup> *Ed. prin.*: *huius*

<sup>e</sup> *Ed. prin.*: *-atur*

<sup>f</sup> *As the final version shows, in quibus is expected here*

<sup>g</sup> *Ed prin.*: *-ter*

<sup>h</sup> *Ed. prin.*: *-is*

<sup>i</sup> *Ed prin.*: *-is*

dictorum oratorum <non> precise mentionem<sup>a</sup> habetur, nonnulli clerici et alie persone laycales insipientes et minus docti dictis oratoribus non licere ad<sup>b</sup> inquisitionem, punitionem, correctionem, castigationem et emendationem de talibus excessibus, criminibus et delictis necessarias et oportunas ac de iure ordinatas descendere nec ad hoc eos admitti debere minus iuste asserere nituntur et satagunt. Cupientes igitur, ut excessus, crimina atque delicta a fidei abnegatione huiusmodi celeriter et prouide reprimantur, et abominationibus, que Christiana fide<sup>c</sup> profitentur, procul assistant, uolumus et apostolica auctoritate statuimus quod dicti inquisitores accersito secum Iohanne Gremper, clerico Constantiensis diocesis prouincie Maguntiensis, magistro in artibus, eorum notario, contra quascumque personas laycales et ecclesiasticas de talibus pestiferis excessibus, criminibus et delictis suspectas in prouincijs, ciuitatibus et diocesibus predictis commorantes, cuiuscumque conditionis et preeminentie fuerint, ad inquisitionem descendere ac eas punire, corrigere, castigare et emendare, et quod iustum fuerit facere, et<sup>d</sup> ex equo possint et ualeant, ac in quibuscumque supra dictarum prouinciarum ecclesijs parochialibus dei uerbum orthodoxis publice predicare admittantur in omnibus et per omnia, ac si de premissis excessibus, criminibus et delictis ac eorum qualitatibus in litteris predictis [de premissis] mentio facta fuisset.

Et nihilominus uenerabili fratri nostro episcopo Argentinensi auctoritate apostolica committimus et mandamus quatenus inquisitionibus predictis in premissis<sup>e</sup> oportune de eius presidio, quoties pro parte dictorum inquisitorum super hoc requisitus fuerit, assister ac una cum dictis inquisitoribus et notario per se uel alium inquirat, puniat, castigat, corrigit et emendat iuxta excessum<sup>f</sup> criminum et delictorum ac personarum huiusmodi qualitatis<sup>g</sup> ac faciat<sup>h</sup> eosdem inquisitores una cum eodem notario in prouincijs, ciuitatibus et diocesibus in partibus predictis ad inquisitionem, punitionem, castigationem, emendationem et correctionem huiusmodi admitti faciat ac contradictores tum seculares quam spirituales seu quocumque nomine, contione aut titulo censeatur, et censuram ecclesiasticam compescat, necnon legitimis super hijs per

<sup>a</sup> *Sc. mentio*

<sup>b</sup> *Ed. prin.: ab*

<sup>c</sup> *Christiana fide: so ed. prin.; sc. -am... -em*

<sup>d</sup> *Unnecessary*

<sup>e</sup> *So ed. prin.*


<sup>f</sup> *So ed. prin.; sc. -uum*

<sup>g</sup> *So ed. prin.; sc. -em*

<sup>h</sup> *Either this or the subsequent faciat should have been deleted*

eum habendis saluatis processibus illos, quoties opus fuerit, aggrauare et auxilium brachij secularis super hoc, si opus fuerit, inuocet. In contrarium facientibus . . . non obstantibus quibuscumque . . . cum clausulis oportunis.

Fiat ut petitur. I(nnocentius). Et quod episcopus predictus assistat, inquiret etc. per se uel alium etc., ut prefertur. Item cum inuocatione brachij secularis, et de uoluntate statuto, et alijs premissis, et cum potestate reaggrauandi etc., ut supra. Datum Rome apud sanctum Petrum, quarto, nonis decembris, anno primo.



The *Malleus Maleficarum* is the most famous early modern text on witches and witch hunting. Often known as "Hammer of Witches," the *Malleus* consists of a demonstration of the existence of witchcraft and a discussion of both the practice of witchcraft and cures for the injuries caused by it, together with a recommended method of exterminating it judicially. It was republished twenty-six times in the early modern period, and remained a standard text on witchcraft for centuries. Yet this key text has never before been available in a reliable modern scholarly edition. This fully annotated edition is based on the first edition of 1486–7 and presents the Latin text together with a full textual apparatus. The extensive introduction discusses the authorship, method of composition, and intellectual background of the work. The second volume provides the only accurate English translation available, together with detailed explanatory notes. This important edition makes this vital text accessible to historians of the period and offers extraordinary insights into the attitudes and prejudices inspired by the fear of witches.

**CAMBRIDGE**  
UNIVERSITY PRESS  
[www.cambridge.org](http://www.cambridge.org)

ISBN 0-521-81345-X



9 780521 813457